3 uentur difficultates: Et inter cæteras ultima eſt, † nam ut diffinitio bona ſit requiritur, ut cum ſuo diffinito conuertatur: Hoc eſt dicere ut nullo caſu detur diffinitum, in quo & diffinitio non cadat: Neque rurſus detur diffinitio, quæ aliud, quàm diffinitum ſignificet. Secundum ea, quæ habentur in l. j. §. i. ff. de dolo, & ibi not. Et not. glo. in l. nihil aliud eſt hæreditas, & in l. fi. ff. de uer. ſignifi. & glo. in uer. obligatio infert. de obligat. traditur in l. j. ff. de teſtam. & in l. i. ff. de acquir. poſſeſ. ubi aliquando dixi. & alibi ſæpe per Doctores. Sed iſta diffinitio in utroq; ex ſupradictis peccat, ergo non eſt bona. Nam datur ſubſtitutio, quæ non eſt ſecunda inſtitutio, & ſic datur diffinitum, in quo non cadit diffinitio.
4 † Nanq; ſubſtitutio fit in legatis, item in donationibus, cauſa mortis. l. ut hæredibus ff. de leg. ij. l. j. §. ſin autem aliqnid C. de cad. tollen. Et tamen illa non poteſt dici ſecunda inſtitutio: quia legatum non dicitur inſtitutio, & ita etiam fideicommiſſum, aut donatio cauſa mortis; ſed hæres dicitur inſtitutus. l. j. & per totum. ff. de hæredib. inſtit. & in l. j. ff. de uulg. & pupill. illæ autem diſpoſitiones alijs nominibus nuncupantur, quàm inſtitutio. Nempe legatum, aut fideicommiſſum. uel donatio cauſa mortis. immo ualde differunt ab inuicem iſti titul. ut ex tit. ff. & C. de hæredib. inſtit. iunctis titulis de leg. & in ſpecie in l. cogi. §. generaliter. ff. ad Trebell. melius in §. Aliud quoq; capitulum in Autẽ. ut cum de appella. cognoſc. Pariter etiam datur ſecunda inſtitutio, quæ non eſt ſubſtitutio: & ſic diffinitio, quæ non ponit diffinitum: ut eſt tex. in l. quærebatur §. fi. ff. de milit. teſtam. ubi eſt ſecunda inſtitutio, quæ tamen nõ
5 eſt ſubſtitutio. Quod apparet † quia dicitur ibi legata a priori relicta non eſſe à ſecundo ſoluenda. Quod utiq; fieri oporteat, ſi ille ſecundus eſſet ſubſtitutus. ut eſt tex. in l. licet imperator ff. de leg. j. & not. glo, in d. §. fi. l. quærebatur. de milit. teſt. Sed ſi uolumus tueri glo. poteſt ſic dici, omiſſis duabus reſponſionibus, quas tra-
6 debat Soc. in d. ru. ꝙ iſta uerba inſtitut. & ſubſtitut. † duobus modis in iure accipi poſſunt. uidelicet in lata, & generali ſignificatione. Item in ſpetie & in ſtricta. unde primo modo ſumptum uerbũ iſtud inſtituo ſignificare poteſt quamlibet ſeriem, ſeu rerum aut

actus

actus ordinationem, ſeu diſpoſitionem: ut ſi dicamus illum inſtituiſſe exercere ipſum, hoc eſt inſtruxiſſe, ſeu in ordinē redigiſſe. Item dicimus, Solon leges inſtituit; hoc eſt compoſuit, & ordinauit. Item populus ſine certa lege primum agere inſtituit, ideſt cœpit. ut in l. ij. in prin. ff. de orig. iur. Item dicitur actio inſtituitur, hoc eſt proponitur. in eadem l. ij. §. Deinde ex his legibus. & in l. j. ff. de interrogat. action. Item procurator inſtituitur ideſt creatur. ut in l. Procuratoribus C. de Procurat. Item canonica inſtitutio c. j. de Reg. iur. in vj. & in tit. de inſtituti. extra per totum. Sic etiam uerbum ſubſtitutio generaliter accipi poteſt pro quacunque cuiuſuis rei, ſeu actus ſub ordinatione, ſeu ſurrogatione in locum alterius rei, ſeu diſpoſitionis facta unde & uineæ dicuntur ſubſtitutæ. item pecora ſubſtituta, quando in demortuum locum ſupponuntur, & ſurrogantur. ut in l. Si grege ff. de leg. j. in l. Agri. ff. de uſufr. in §. ſed ſi gregis. inſtitutio. de rer. diuiſio. facit text. in l. in fundi. §. conductor. ff. de iure fiſci. & in l. tutores. §. in eum ff. de adminiſtratio. tuto. Si igitur in hac generali ſignificatione accipiatur hoc uerbum ſubſtituo, tunc loquitur contrarium: Quia uerum eſt in caſu legis ut hæredibus. ff. de legat. ſecundo & l. prima. §. ſin aūt aliquid C. de cad. tollen. quòd illa diſpoſitio dici poteſt ſubſtitutio hoc eſt ſurrogatio in locum præcedentis diſpoſitionis: & conſequenter etiam ſecunda inſtitutio appellari poteſt accipiendo pariter uerbum inſtituo in generali ſignificatione ut ſupra dixi: Et ſic dici poterit ſecunda inſtitutio, hoc eſt ſecunda ordinatio facta in locum præcedentis diſpoſitionis. Alio etiam modo accipiuntur in iure noſtro iſta uerba inſtituo. & ſubſtituo. & magis ſtricte, & in ſpetie, uidelicet pro ordinatione, ſeu diſpoſitione per teſtatorem factam de ſuis bonis, ſeu de ſua hæreditate in totum, uel in partem. Quæ diſpoſitio proprie, & ſtrictè inſtitutio,
7 & ſubſtitutio dicitur.† Et iſtò ſecundo modo accipiuntur iſta uerba in materia noſtra. Quia agitur nunc de diffinienda ſubſtitutione, prout in hæreditate fit et non aliter. Et ita intelligenda eſt diffinitio illa tradita per glo. in d. Rub. Ideoq; ceſſat contrarium, quia illud non loquitur de ſubſtitutione, quę in hæreditate facta ſit. prout de illa loquitur gloſ. in ſua diffinitione. & ſic ceſſat hæc prima difficultas. Ad ſecundam autem difficultatem quæ contra
8 diffinitionem mouebatur per tex. in l.† quęrebatur §. fi. ff. de Milit. teſtam. iuncto tex. in l. licet imperator ff. de leg. i. Reſpondetur, omiſſa reſponſione, quam tradebat Aret. & uidentur ſequi Soz. & Iaſ. in d. rub. Quòd immo & illa ſecunda inſtitutio de qua ibi, eſt ſubſtitu-

ſubſtitutio,ſcilicet directa Militaris.Quicquid ibi dixerit. gl.Bal.
9 & Raph.cuman. & Bart.& in d.l.licet imperator. ff.de le.i. † Quia miles non poteſt, poſtquam aliquis maior ei hæres extitit alio modo ſibi alium hæredem directo facere,niſi per ſubſtitutionem directam militarem.ut in l.Centurio.ff. de uulg.& pupil.& in l.Milites etiam his ff.de Milit.teſtam.Quod pagano non licet.ut ex tex. in §.fi. inſtit.de pupill. ſubſtit.Et ita expreſſe pone.militis diſpoſitionem ſecundum poſt primum,& poſt certum tempus ad ſucceſsionem in totum, uel in partem uocantem ſubſtitutionem appellat, tex.in d.l.Miles ita in prin.ibi nemine ſubſtituto,& in d. l. Milites
10 etiam ijs.ff.de Milit.teſt.†Neq; obſta.arg.quod ſumitur ex d.l.licet imperator.ff.de leg.j.ad demonſtrandum quòd illa non ſit ſubſtitutio: Quoniam legata cenſerentur ēt à ſecundo repetita. prout ibi dicitur.Cum tamen contrarium dicatur. in d.l.Quęrebatur §.fi.ergo non eſt ſubſtitutio. Nam prout Soc.& Iaſ.dicunt. illud procedit in ſubſtitutione uulgari, non autem etiam in directa Militari: Neq; licet de una ad aliam arguere: Nam illa ſecundum Regulas iuris communis,hæc autem ex priuilegio militum procedit. & complures differentias inter eas eſſe apparebit ex dicendis in ſua nimirum ergo eſſe debet, ſcilicet in uulgari legata cenſentur repetita d.l.licet imperator. non ſic tamen etiam in hac directa mi
11 litari. † Et ſi quidem uolumus etiam rationem aliquam diuerſitatis perquirere in hoc inter unam, & aliam poſſumus ſic dicere. Quod uulgariter ſubſtitutus ſuccedit, & ſubintrat in locum prioris, ac in illius defectum conſequitur hæreditatem: quia ſcilicet ille non uult, aut non poteſt eſſe hæres. Ideo congruum eſſe uiſum fuit, ut quemadmodum ille primus fuiſſet obſtrictus ſoluere legata,ita & iſte,qui in eius defectum eā obtinet, ad illa pariter
12 teneatur: † Non ſic autem eſt in caſu legis quærebatur.§.fi.quia ille ſecundus non ſuccedit ex defectu prioris, ut quia ipſe noluerit, aut non potuerit ſuccedere: Sed iſtud immediate & mediate eſt ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris qui ſic ordinauit, ut poſt illud tempus, alter ſuccederet. Neq; ille priori loco uocatus potuiſſet ſecus facere,quo minus ſcilicet ſecundus ſuccedere: Sicut hic poteſt,quando ſumus in ſubſtituto uulgari. Quia ſi primo loco inſtitutus uult adire,ſecundus repellitur. Sed ſi repudiat, tunc ſubſtitutus in eius locum ſubintrat: Ideo cum ſuis oneribus. Et ſcilicet & ipſe ex diſpoſitione expreſſa teſtatoris ſuccedat,tamen concurrit etiam factum ipſius inſtituti in caſu autem legis quærebatur. §. fi. ſuccedit ſubſtitutus ex immediata uoluntate teſtatoris, nec fa-

ctum

13 ctum inſtituti poteſt illam diſpoſitionem mutare. † Non omitto tamen quòd Rip. in rub. ff. de uulg. & pupill. dicebat quòd in d. l. quærebatur § fi. non poteſt dici ſubſtitutio, quare non eſt conditionalis inſtitutio: Quod eſſe oportet ſecundum eum. l. cohęredi. §. cohæres. ff. de uulg. & pupill. l. in ratione. §. quod uulgo. ff. Ad legem fal. Et Reſpondit ad tex. in d. l. Miles ita perſona dicit nemine ſubſtituto, quòd intelligitur de ſubſtituto dato uenientibus ab inteſtato. Et ideo concludit illum ſecundo loco ibi uocatum non poſſe dici ſubſtitutum. Pro qua opinione ego allego Deciſionem Bal. in conſ. 232. col. ij. uer. conſidera uol. v. cuius tamen dicta
14 mihi nequaquam uidentur procedere. † Nam non reperio in iure probatum, quòd ſubſtitutio aliter eſſe non poſsit, niſi ſit conditionalis inſtitutio: licet in illis iuribus per eum allegatis probetur quòd ſubſtitutio pupillaris eſt ſub conditione, ſcilicet, ſi pupillus in pupillari ætate deceſſerit. Sed hoc non concludit propterea nō poſse dari ſubſtitutionem aliquam, quæ non ſit conditionalis: immo contrarium expreſſe probatur in d. l. miles ita, & in d. l. milites
15 etiam ijs. ff. de milit. teſt. † Cui tex. in d. l. miles ita nullo pacto cō gruit ille ſuus intellectus quòd intelligatur de ſubſtituto dato uenientibus ab inteſtato, de quibus nihil adhuc locutus fuerat, ſed de illo quem poſt Titium uocauerat, poſtea ponit caſum, quando neminem poſt illum uocauerit: & eum ſubſtitutum appellat: & tūc inteſtati cauſæ locus eſt. Aliter etiam tolli poſſet hęc, ſecunda
16 difficultas, uidelicet quòd in. d. l. † quærabat. §. fi. ponitur caſus ſpetialis, & deuians à regulis iuris: quos caſus non eſt opus, ut diffinitio comprehendat: ſed ſufficit quod uera ſit quoad ius commune & ſecundum illius regulas: ea uerò, quæ ſunt de iure ſpeciali non poſſunt ſub tali diffinitione comprehendi: ſeu aliam diffinitionem ſeparatam exigunt. Et ita poſt reperi etiam reſpondere Lancel. polit. in ſuo tract. ſubſtit. Tertia obſtat difficulter contra hanc
17 diffinitionem, ex eo, quod dicitur, eſt ſecunda inſtitutio. † Nam ſubſtitutio poteſt fieri, & tertio. & quarto gradu, & ulteriori etiam. ut dicitur inſtit. de uulg. ſubſtit. in prin. & in l. j. in princ. & in. l Quidam teſtamento proculum eo. tit. & in l. ſi poſthumus in
18 princ. ff. de liber. & poſthum. † Ad iſtam difficultatem reſpondetur communiter per doctores, quod licet fiat ſubſtitutio tertio, quarto, uel ulteriori gradu, tamen ſecunda ſemper dicitur, quaſi
19 quod omnis poſt primam ſecunda ſit. † Sicut etiam nuptiæ poſteriores omnes poſt primas ſecundæ dicuntur. ut in Rub. C. de ſe-
20 cund. nupt. ubi Glo. & in. l. Si quis priore §. talem illo met tit. † Sed

iſtum intellige uerum non ex propria uerbi ſignificatione, ſed po-
tius ex legis interpretatione: quia uerbum illud Tertiæ aut Quar
tæ non ſignificant ſecundas. immo contrarium in iure uidemus,
ut in l.cum aliquis in l. Hac edictali in princ. C. de ſecun. nupt. &
in l. quæcunque in princ.C.de bon.quæ lib.uerum lex ita interpre
tatur, ut omnes nuptiæ poſt primas ſub iſto uocabulo ſecundarũ
comprehendi poſsint. Et ita intelligi poteſt gl. in d.Rubr. & in d.
l.Si quis priore.§.talem.C. de ſecund. nupt. & idem etiam poſſu-
mus ſic dicere de ſubſtitutione, ut interpretetur ſecunda inſtitu-
tio,cum poſt primam facta ſit,licet tertio uel ulteriori gradu ſit:ui
21 de per Dec. in d.Rub.C.de ſecund.nupt.col.ij. † uel aliter reſpon-
dendo dicas,quòd glo. dum dixit eſt ſecunda inſtitutio. Et cum
dixit de ſecund. nupt. habuit reſpectum ad illud, quod frequentius
fieri ſolet,& illud expreſsit. Non tamen quòd non & aliæ quoque
nuptiæ poſt ſecundas contrahi poſsint, & pariter aliæ ſubſtitutio-
22 nes poſt ſecundam nõ poſsint fieri.†Prout in optimo ſimili in Ru.
de duob. reis ubi ſic inſcribitur illa Rub. & tamen non eſt dubiũ
quod & tres, & quatuor rei ſimul conſtitui poſſunt. ut inſtit. de
duob.reis in prin. ibi duo pluresve rei conſtitui poſſunt. ſatis ta-
men eſſe putauit legislator ponere Rub. ſic de duob. Reis. cum il
lud, quod de duobus dicitur, idem quoq; eſt, quando tres, aut
quatuor ſunt. ſic & de ſecundis nuptijs dicitur, & de ſecunda in-
22 ſtitutione. † Alij aliter dicebant ualet quod etiam tertia, & quar-
ta ſubſtitutio,& deinceps omnes ſubſequentes poſſunt dici ſecun
da inſtitutio, quamlibet earum conſiderando habito reſpectu ad
immediate & proxime præcedentem: Nam tertia poteſt dici ſe-
cunda,reſpectu ſecundæ: Item quarta reſpectu tertiæ, & ab illa
tertia incipiendo. Sed tñ iſtud nihil eſt iudicio meo, Quia ſi præ
cedit ſecũda, & tertia, & quarta nõ recte incipimus dinumerare à
23 tertia omiſſa ſecunda. † Alii ẽt aliter dicebant ualet quod ſubſti-
tutio dicitur ſecunda inſtitutio reſpectu effectus. Quoniam & ſi
decem eſſent ſubſtitutiones, una tantum ſemper eſt habitura effe-
ctum: cæteræ uero pro non factis habentur l. poſt aditam C. de
23 impub. & alijs ſubſtit. † ſed aduerte, quia ſi ſic uolumus conſide-
rare effectum reſpectu aditionis hæreditatis, ſequitur, quod non
ſecunda, ſed prima inſtitutio eſſet appellanda, loquendo præſer-
tim de uulgari: quia ſtatim cum hæres primo loco inſtitutus adit,
omnes ſubſtitutiones deficiunt,& expirant d.l. poſt aditam. Adeo
quòd aditio, quæ fit ex cauſa ſubſtitutionis: eſt neceſſario ſemper
prima non autem ſecunda, quia præſupponitur, nunquam antea

fuiſſe

fuiſſe aditã hæreditatẽ. Ideoque apparet, quod ſi hunc effectum conſideramus, prima inſtitutio, non autem ſecunda eſſet dicenda. Vnde ſi uolumus tueri gl. puto nõ eſſe à ſupradictis recedẽdũ.
24 Quarta opponitur difficultas † quia alio etiam modo datur ſecunda inſtitutio, quę non eſt ſubſtitutio. ut ſi in prima parte teſtamẽti unus inſtituatur hæres, deinde in alia parte ut in l. quidam teſtamento proculum.ff.de uulg. & pupill. & expreſsius in l. iij. §. in eo. .ff. de liber.& poſth.& in l. Siquis hæredes, & l. ex uncijs.ff.de hæred.inſtit.illa enim dicitur in illis iuribus ſecunda inſtitutio, & tamen nõ eſt ſubſtitutio. Niſi defendendo diffinitionem glo. dicas,
25 † quod debet intelligi ſecunda inſtitutio non reſpectu ordinis ſcripturæ, ſed reſpectu gradus unde eſt ſecunda inſtitutio, hoc eſt ſecundo gradu facta. Verum tamen eſt, quod iſtud non erit ſaluare diffinitionem, ſed potius illam emendare, & ei ſupplere, ſeu mauis dicere, declarare, & interpretari. Quinto obijcitur difficultas.
26 † quia pater poteſt filio ſuo pupillo etiam exhæredato pupillariter ſubſtituere l. j.§. fi. ff. de uulg. & pupill. & §. Non ſolum inſtit.eo. tit. Et tamen hæc ſubſtitutio non poteſt dici ſecunda inſtitutio, ſed prima: Quia pupillus non fuit inſtitutus, ſed exheredatus. Et in iſtis bonis, in quibus fit pupillaris ſubſtitutio, & quæ ſint bona ipſius pupilli, nullus alius fuit inſtitutus: ſed iſte eſt primus ad illa bo
27 na uocatus ſed reſpondetur communiter † quód cum neceſſarium ſit præſupponere patrem ſibi prius hæredem aliquem inſtituiſſe, qñ facit pupillarem ſubſtitutionem cum alioquin non recte fieret illa ſubſtit. l.j.§.fi.& l.ij.§. prius, & §. Quisquis.ff.de uulg.& pupill. ideo eo reſpectu põt & iſta dici ſecũa inſtitut. in illo teſtamẽto
28 facta. Verũ iſta reſpõſio ex duobus uidet̃ pati difficultatem † primo quia ſecũda inſtitutio debet intelligi reſpectu eorundem bonorum, non autem diuerſorum, hoc eſt paternorum: Nanq; ſi unus ſit inſtitutus hęres in bonis meis, & alius in tuis, iſtæ non recte dicentur prima, & ſecunda inſtitutio, immo utraq; erit prima, quia
29 quælibet earum cuiuslibet illorum bona reſpiciet † cum igitur in bonis iſtius pupilli nullus alius fuerit inſtitutus præter iſtum ſubſtitutum, ſequitur quod non recte poteſt dici ſecunda inſtitutio. Ad quod facit optime quod tradit Paul. Caſtren. in l. j. colum. j. uerſi. in tex. ibi ſubſtitutio. ff. de uulg. & pupill. ſecundo patitur
30 difficultatem illa reſponſio. † Quia miles poteſt ſubſtituere pupillariter filio ſuo, etiam nemine ſibi prius hærede inſtituto. ut eſt tex. in l.ij.§. Quiſquis.ff. de. uulg. & pupill. & in l.in fraudem §. pen.& in l.miles ita in fi.ff.de milit.teſt. Quo caſu nullo modo poteſt dici

31 ſecunda inſtitutio. † Sed breuiter iſta ſecunda difficultas ut ab ea incipiamur, tollitur ex his, quæ dicta ſunt ſupra reſpondendo ad ſecundam difficultatem de l. quęrebatur §. fi. ualet quòd hic agitur de diffinienda ſubſtitutione, prout eſt ſecundum regulas iuris: Si qua uerò eſt ſubſtitutio, quæ fiat ex priuilegio, & iure ſingulari contra regulas iuris communis non eſt dubium, quod illa non comprehenditur: Quoniam illa aliam, & ſeparatam naturam, & ſubſtãtiam habet. Et hoc probabilius eſſe puto quàm ſit illud, qđ dicebat Polit. in ſuo trac. uidelicet qđ in iure nõ reperitur, quod miles poſsit filio pupillariter ſubſtituere, niſi prius ſibi hęredem inſtituerit: Et quòd iura ſupra allegata non dicunt, quod miles poſsit pupillariter ſubſtituere filio ſuo, quando ſibi prius non inſtituit hæredem: ſed dicunt quòd poſsit ei teſtamentum facere. Hęc enim mihi uidetur ſatis friuola, ne dicam uana ſubtilitas.
32 † Quoniam iura promiſcua his uerbis utuntur, & pro eodem habeat, facere teſtamentum pupillo, & ei pupillariter ſubſtituere, ut in eiſdem iuribus probatur. Et preſertim in d. l. Miles ita. §. fi. ff. de milit. teſt. ubi quæritur, ſi non ſit adita militis hæreditas, an ſubſtitutio quam pupillo fecit; ualeat? Et dicit ualere: Et aſsignat rationem: Quia permittitur militi facere filio teſtamentum, quamuis ſibi non fecerit: Et ſic apparet, quod pro eodem ibi ponitur. & in. §. Igitur. in. §. liberis, inſtit. de pupill. ſubſtit. in l. Siquis eum. §. j. & l. Patris & filij. ff. de uulg. & pupill. in quibus omnibus iuribus probatur, quod facere teſtamentum pro pupillo, nihil aliud intelligitur, niſi pupillariter ſubſtituere. Iura enim illam prouiſionem, quam facit pater filio ſuo impuberi, appellant pupillarem ſubſtitutionem, ſiue teſtamentum pupilli promiſcue. Teneas igitur præcedentem ſolutionem ad iſtam difficultatem motum contra communẽ reſponſionem. Ad illam uerò difficultatem contra communem reſponſionem ſupradictam, uidelicet quòd licet pater, dum ſubſtituit pupillariter, debeat prius ſibi facere teſtamentum, tamen non dicitur propterea ſecunda inſtitutio, quia in bonis pupilli ille ſubſtitutus eſt primo loco uocatus, & ſic reſpectu illorum bonorum non poteſt dici ſecunda, ſed optima inſtitutio: Reſpectu autem bonorum patris ſubſtitutio iſta non eſt in aliqua conſideratione: Quia in illis bonis non fuit facta: Sed pupillus ab eis, fuit exhęredatus. Sic poſſet ſaluando diffinitionem gloſæ, dici, ſi tamen intentio glo. fuit diffinire, q'ę fortè alia fuit, quòd hic agitur de ſubſtitutione ſic in genere & in abſtracto illam conſiderando. & non magis ad unam, quam ad aliam ſpeciem ſe reſtringendo. unde nos loquimur nunc de iſta ſpetie pupillaris ſubſtitutionis

nis pupillo exhæredato facta: Et ideo licet huic ſpeciei ſubſtitutionis hoc caſu tantum, ualet quando facta eſt pupillo exhæredato nõ omnino conueniat, non propterea minus recte eam procedere poſſe dicendum eſt. Et eo maxime quia extra iſtum caſum conueniet etiam pupillari ſubſtitutioni hæc diffinitio. unde ſatis eſt quod diffinitio conueniat ſubſtitutioni etiam pupillari, prout à communiter accidentibus, & regulariter fieri conſueuit: Regulariter autẽ non ſolet exhæredari ipſe pupillus merito. & niſi replicando diceret quòd quemadmodũ genus continetur ſingulis ſuis ſpetiebus ut ſi dicam animal. Nulla eſt ſpetics animalis cui non conueniet illud genus, ſcilicet animal. Ita & in ſubſtitutione in genere ſumpta dicendum eſt ut nulla debeat eſſe ſpeties ſubſtitutionis, cui non conueniat hoc genus ſic diffinitum, alias autem diffinitio non erit bona. Scias tamen, quod hodie iſta difficultas omnino ceſſat.
33 † Et ideo etiam iſto modo ſaluari diffinitio poterit. Quoniam, cum hodie pupillus exhæredari non poſsit, per tex. in l. Si quis in ſuo. §. legis. C. de inoff. teſt. non poterit dari iſta talis ſubſtitutio
34 pupillaris, quæ ſit facta exhæredato. † Et etiam per ius nouiſsimũ authenticorum illud eſt prohibitum in effectu: Quia cum exheredatio aliter fieri nõ poſsit, niſi inſerta ſit una ex illis quatuordecim cauſis, de quibus in auten. ut cum de Appellat. cognoſcitur. §. Aliud quoq; capitulum, & pupillus non poſsit tales cauſas committere d. §. legis. ſequitur dicendum, non poſſe talem ſubſtitutionẽ pupillo exhæredato fieri. Et ex iſtis poteſt hæc diffinitio defenſari ab obiectis contra eam factis. Secunda eſt diffinitio, quam dicunt Doctores poſuiſſe glo. in l. Qui liberis. in prin. ff. de uulg. &
35 pupill. † Quod ſit conditionalis inſtitutio, ut per Bar. in ſuo Trac. ſubſtit. in prælud. & per Doctores in Rub. ff. de uulg. & pupill. ſed breuiter ſuper hoc inſtando, primo dico intentionem illius gloſæ nullo modo fuiſſe diffinire ſic ſubſtitutionẽ, prout aperte ex eius uerbis colligitur: Sed hoc tantum dixit, nullam eſſe ſubſtitutionem quę non ſit conditionalis inſtitutio. Et ſic iſtud requiritur ſecundum glo. illam in ſubſtitutione: Sed non ſufficit propterea. Neq; hoc ſentit illa glo. Sed quicquid ſit circa ueritatem gloſæ, talis diffinitio ſine dubio non ſubſiſtit: Quia immo datur conditionalis in
36 ſtitutio † quæ non eſt ſubſtitutio. hoc probatũ in l. Siquis ita hæres inſtituatur ſi legitarius. ff. de hæredi. inſtit. licet poſsit fortè dici quòd immo eſt ſubſtitutio: Quia uenientes ab inteſtato poſſunt quodammodo dici ſaltem inſtituti. Et illis uolentibus hæredita-
37 tem ſit eis ille ſubſtitutus. † Nec remouet, quod tex. ille utitur

illo

illo uerbo inſtituatur : Quia ſæpe in iure reperietur uerbũ illud in
ſtituere,accipe pro ſubſtituere.ut in l. Gallus ff. de libe.& poſth. &
38 ibi notaui & alibi ẽt uei mediocriter diligens inuenire poterit.†Sed
tñ ueritas ita eſt , quod in illo teſtamento nullus alius fuerat inſti-
tutus,præter illum. Et ſiquidem uenientes ab inteſtato uolunt con
ſequi illam ſucceſsionem, non tamen illam utiq; dicentur habere
tanquam uocati,aut inſtituti in illo teſtamento. immo tex.ille con
trarium fortius dicit : Quia dicit illo legitimo ſucceſsionem uen·
dicante deficit conditio teſtamenti . De quo tamen tex.etiam infe
39 rius in ultima diffinitione dicam . † Sed ultra illum text. paſsim re
perientur inſtitutiones ſub conditione factæ,quæ tamen non ſunt
ſubſtitutiones,ut ſi dicam, ſi nauis ex Aſia uenerit . Si ſeius conſul.
factus fuerit,titium hæredem inſtituo . ut in l.Suus quoq; cũ duab.
ll.ſequ. ff.de hæredib. inſtit.& per totum . ff. de condit. inſti. per
totum. in l.j.§.ſin autem aliquid C. de Cad. tollen.& alibi in iure.
Et ſuper hoc ulterius non inſiſto, ex quo perſpicuum ſatis eſt .
Poſſet etiã alia moueri difficultas , uidelicet quod imo datur ſub-
ſtitutio,quæ non eſt conditionalis inſtitutio , ut in l. quærebatur.
§.fi.& in l.miles ita in prin. ff.de milit.teſt.ſed reſponderi etiam po
terit,prout dixi, circa præcedentem diffinitionem in ſecunda diffi
cultate in fine. uidelicet quod iure ſpeciali procedant, quæ non
eſt opus ut ſub diffinitione comprehendantur. Tertia eſt Diffini-
40 tio † ut duæ præcedentes ſimul iungãtur, uidelicet quod eſt ſecun
da conditionalis inſtitutio . Propter quod uerbum ſecunda,ceſſat
difficultas prima, quæ fuit contra pręcedentem mota : Quia in ca-
ſu illius argumenti eſt conditionalis inſtitutio,ſed prima, non au-
tem ſecunda.unde iſta tertia diffinitio pari paſſu cum prima proce
42 dit. Quarta eſt † quã tradebat Azo in ſumma C. de inſtit. & ſubſt.
ſub condit. fact. & eam refert hic Ripa , & Ozer. inſtit.de uulg.in
Rub.quod ſubſtitutio eſt ſecũdus gradus , uel tertius aut deinceps
omnium eorum , qui in locum inſtitutorum deficientium , uel nõ
adeuntium inſtituuntur. Sed hanc diffinitionem improbat ipſe
Ripa hic : Quia dicit,quod ſi pupillaris ſubſtitutio fiat filio exhære
dato,non dicetur facta in locum inſtitutorum deficientium , cum
ipſe ſit exhæredatus . Item ultra eum,quia cum ſit exhæredato non
poteſt dici ſecũdus,aut tertius gradus . Immo eſt primus reſpectu
illorum bonorum,ipſius pupilli , pro quibus eſt facta illa ſubſtitu-
tio. Sed potes iſtis argumentis reſpondere, prout ſupra dixi in
prima diffinitione circa quintam difficultatem . Quintam ponit
43 Ripa. † quod eſt conditionalis inſtitutio purificanda per non adi-
tionem

tionem, aut mortem, uel aliud impedimentum inſtituti, aut exhæredati. Et per illud uerbum exhęredati ceſſat difficultas de qua ſu
44 pra. ſed conſidera † quia immo datur conditionalis inſtitutio per mortem, uel non aditionem inſtituti, aut exhęredati purificanda, quæ tamen non dicetur ſubſtitutio. Et ſic non conuertitur cum ſuo diffinito, ergo non eſt bona per ea, quæ dicta ſunt ſupra in prima diffinitione. Exemplum autem apparet: ſi filium exhęredo, & Titium inſtituo in dimidia, & Gaium in alia dimidia ſub iſta conditione ſi filius exhæredatus deceſſerit in fra annum. Certum eſt hoc caſu quod uerificabitur per mortem illius exhæredati illa conditionalis inſtitutio de Gaio facta. Et tamen non eſt ſubſtitutio, tempore quod inſtituo Titium in dimidia, & Semproniũ in alia dimidia ſub iſta tamen conditione ſi Titius hęres non erit certum pariter & hoc caſu eſt, quòd illa conditionalis inſtitutio de Sempronio facta purificatur per mortem, uel per non aditionem Titij: quia illa uerba ſi Hæres non erit, ita intelliguntur, uel quia noluerit repudiando, uel non potuerit prius moriendo ut uidebimus infra in materia uulgaris ſubſtitutionis. Et tamẽ hęc nõ eſt ſubſtitutio & per conſequens diffinitio non eſt bona.

Sextam poſuit diffinitionem Cur. Inn. in rub. C. de impub. &
45 alijs ſubſtitus † ualet ꝙ eſt in alterius locum quantũ ad bona teſtatoris, uel pupilli repoſitio. & ad hoc allegat tex. in l. quamuis illo tit. ad finem. Et reſpondet ad tex. in l. j. § ſi proponatur. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. ubi non eſt reſpoſitio in locum alterius, ſed in locum ſuipſius. Quia fungitur ibi uice duorom, ut per eum
46 ibi ſed contra hanc diffinitionem obſtat difficultas † quia & cohęres in locum, & portionem cohæredis deficientis per ius accreſcendi reponitur, & tamen non dicitur ſubſtitutus, ſed per legem dicitur ſuccedere l. ſi inteſtamento in fi. ff. de uulg. & pupill.

Septimã reperio traditam diffinitionem per Ozer. inſtit. de uulg.
47 in rub. † uidelicet quod ſubſtitutio eſt ſecundus gradus inſtitutionis, & eorum, qui poſt primos honoratos honoranẽ ut ibi plene per eum. Sed obſtant duæ illæ difficultates de quibus ſupra in prima diffinitione in tertia difficultate, quia poteſt fieri ſubſtitutio & tertio, & quarto, & ulteriori gradu ut in l. j. in prin. ff. de uulg. & pupill. & inſtit. eo. tit. in prin. & l. ſi poſthumus. ff. de liber. & poſth. item obſtant ea, quæ ibi dixi circa quintam difficultatem de ſubſtitutione, quæ fieri poteſt etiam filio exhæredato. Niſi ſaluando reſpondeas, prout in utraq; difficultate dixi.

Octauam quoq; reperio traditam diffinitionem per Anton. Fum.

in ſuo

48 in ſuo tract. ſubſtit.† quod eſt in locum cuiuſcunque inſtituti hæ-
49 redi deficientes ſuppoſitio. Verum obſtat contra iſtam, † quia
etiam ille, qui per ius accreſcendi ſuccedit, dicitur ſuppoſitus in
locum inſtituti hæredis deficientis: & tamen non dicitur ſubſti-
tutus, immo ex diſpoſitione legis obtinet bona illa, ut eſt tex. in
l. Si in teſtamento, in fi.ff. de uulg. & pupill. & ſic non conuerti-
tur cum ſuo diffinito. Item obſtat illud, quod de pupillo exhære-
dato dictum eſt.
Nonam reperio traditam per Lancel. Polit. in ſuo tracta. ſubſtit.
50 † quod ſubſtitutio eſt ſequens inſtitutio. Sed contra iſtam obſtãt
ea, quæ dixi ſupra in prima diffinitione circa quartam difficultatẽ.
Quoniam ſi teſtator in una parte teſtamenti unum ſibi hæredem
inſtituat, & in alia parte alium, iſta ſecunda recte dicetur ſequens
inſtitutio: & tamen non eſt ſubſtitutio. Præterea obſtat, quod de
pupillo exhæredato dictum eſt ſupra & licet Polit. reſpondeat te-
ſtator neceſſe habet unum ſibi hæredem inſtituere. & iſta dicetur
ſequens inſtitutio: tamen non tollit obiectum circa quæ dixi. De
cimam tradidit Iaſ. in ſuo tractat. uidelicet quod ſubſtitutio eſt
51 ſequenti loco facta ſubordinatio. † Sed certè non iſta procedit
Quia plures reperientur ſub ordinationes ſequenti loco factæ, quę
tamen non ſunt ſubſtitutiones. ut probatur in l. ſiquis hæredis, &
in l. ex uncijs. ff. de hæredib. inſtit. cum alijs ſupra allegatis in pri-
ma diffinitione circa quartam difficultatem. Item quod de pupil
lo exhæredato ſæpe dictum eſt. Vndecimã deniq; non omitto dif
52 finitionem † quam ego pluribus iam annis elapſis dum ſcilicet in-
ſtitutiones interpretarer, tradidi: ſunt ferè anni xxij. Dumque po-
ſtea matutinas lectiones profiterer, interpretando legem præci-
bus C. de impub. eam probaui. Poſtquàm etiam cum ueſpertinis
lectionibus uacarem in lege Centurio. ff. de uulg. & pupill. in ea
dem perſeueraui ſententia. Nanque pariter mihi placet. & eſt hu
iuſmodi. Subſtitutio eſt diſpoſitio teſtatoris transferens hæredi-
tatem in aliquem defectum ſeu in locum alterius. Conſtat enim
hæc diffinitio ex genere, & differentijs † quod requiritur, ut bo-
53 na ſit: Item conuertitur cum ſuo diffinito. Et ponit ſubſtantialia
rei diffinitę, ut ſupra dictum eſt, & tradit Bart. in l.j.ff. de teſtam.
in l.j.ff. de acquir. poſſeſs. ubi aliquando dixi. Et in l. ſi is qui pro
emptore in ix. col. uerſi. Quæro ergo primo quid eſt fictio. ff. de
uſucap. Nam illud uerbum diſpoſitio in diffinitione poſitum eſt
loco generis. plures etenim ſunt ſpeties diſpoſitionum, puta legis,
teſtatoris, contrahentium, iudicis. &c. Dico teſtatoris, ad dif-
feren-

ferentiam aliàrum diſpoſitionum ſupra dictarum. Et præſertim ad differentiam iuris accreſcēdi: Quòd etiam poteſt dici diſpoſitio
54 transferens hæreditatem in locum alterius † non tamen eſt diſpo ſitio ſimplex teſtatoris, ſed legis. ut in d. l. ſi in teſtamento in fi. ff. de uulg. & pupill. & traditur per Doctores in rub. C. Quando non peten. partes, ubi dixi. Et ideo ceſſat iſta difficultas, quæ in alijs ſupra recenſitis diffinitionibus militabat. Item dico transferens hæreditatem ad differentiam legati, aut fideicommiſsi, quare & in illis poteſt fieri ſubſtitutio. ut in l. ut hæredibus. ff. de leg. ij. in l. j. §. ſin autem aliquid in fi. C. de Cad. tollen. item in defectum alterius ad differentiam inſtitutionis, quæ pariter eſt diſpoſitio teſtatoris transferens hæreditatem. Sed non in defectum alterius. ideoq; etiam ceſſat difficultas legis quidam teſtamento proculum. ff. de uulg. & pupill. & l. ſi quis hæredes. & l. ex uncijs. ff. de hęred. inſtit. de quibus ſupra dictum eſt. Et comprehendit hæc diffinitio etiam ſubſtitutionem pupillarem etiam eo caſu, quo fiebat exhæredato. Quia & tunc transfertur ex diſpoſitione teſtatoris hæreditas in locum, ſeu in defectum pupilli exhæredatis, ſic decedentis. Quæ tamen difficultas obſtat contra ferè omnes diffinitiones ſupra relatas. Quin imo comprehendere poteſt hęc diffinitio etiam directam militarem, de qua in d. l. quærebatur §. fi. & in l. Miles ita in princ. ff. de Milit. teſt. immo uerumetiā comprehendere poteſt hæc diffinitio fideicommiſſar. Et omnes ſubſtitutionum gradus, quotquot fiant, ut in l. 1. ff. de uulg. & pupill. & inſtitu. eo. titu. in princ. cum multis ſimil. ſolum moueri poteſt
55 † contra hanc meam diffinitionem difficultas, ſiquis pertinax allegare uellet textum in l. ſiquis ita hæres inſtituatur, ſi legitimus. ff. de hæredib. inſtit. ubi eſt diſpoſitio teſtatoris transferens hęreditatem in locum, ſeu in defectum alterius, hoc eſt uenientium ab inteſtato, & tamen non eſt ſubſtitutio: & ſic non eſt uerum quod conuertatur cum ſuo diffinito: quia ibi datur diffinitio, & tamen non eſt diffinitum. Aliud dici non poteſt, niſi quod immo ille dicatur ſaltem largo modo ibi ſubſtitutus: quia licet uenientes ab inteſtato non ſint expreſſè in illo teſtamento uocati, & hac ratione non poteſt, ille propriè dici ſubſtitutus, tamen negari hoc non poteſt, quin ille ſit ita demum uocatus, ſi modo illi non uendi cauerint hæreditatem. Si uerò eam uoluerint, excluditur ille, & expirat ſua uocatio ad exemplum uulgaris ſubſtitutionis. l. poſt aditam C. de impub. & alijs ſubſtit. Intentio igitur, & uoluntas teſtatoris etiam expreſſa ibi eſt, ut non aliter admittatur ille uocatus, niſi ſi uenientes ab inteſtato repudient: Et ſic ſi non repudiēt,

ipſę excludūtur illi uerò admittuntur. Et ſit tantum modo in illorum defectum, & caſu quo illi nolint eſſe hæredes. Et ſic apparet, ꝙ illeuirtualiter eſt eis ſubſtitutus: quia ipſis uolentibus non admittitur: ſed demum illis ceſſantibus. Alijs tamen uerbis etiam
56 diffiniri ſubſtitutio poſſet. † uidelicet quod ſubſtitutio eſt ſurrogatio in locum alterius in heræditate a teſtatore facta. Quæ diffinitio pari ferè paſſu cum præcedenti ambulat. Nec ſupradictis quicquam obſtat, quòd ille tex. in d. l. Si quis ita inſtituitur ſi legitimus, utitur illo uerbo inſtituatur, non autem dicit ſubſtituatur.
57 † Quia non ſolum uerba ſunt inſpicienda, ſed etiam, imo potius intētio, ſeu effectus ipſius diſpoſitionis. ut dicitur in l. ij. in fi. C. communia de leg. in l. pen. §. Docere. ff. Ne quis eum qui in ius uoc. & in l. ij. §. Hęc uerba. ff. quod quiſq; iur. Item eſt tex. formalis in. l. iij. C. de libe. præterit tex. in l. credendum in fine prin. ff. qui pet. tut.
58 Idq; præſertim † cum iſtud uerbum inſtituo aliàs in iure pro ſubſtituo poſitum reperitur: ut in l. Gallus in princ. & ferè per totum ff. de liber. & poſthum. Qui immo in formanda ſubſtitutione uulgari iureconſultus utitur iſto uerbo, ut in l. i. §. i. ff. de uulg. & pupill. Et hæc quo ad diffinitionem ſufficiant: ſuper qua latius inſiſtere uolui: quia multa occurerunt tractanda, quæ non parum aperiunt materiam iſtam, multumq; ad illius cognitionem conferre poſſunt: Secundo principaliter quæritur quotuplex eſt ſpecies
59 ſubſtitutionum. Et dico, † quod duæ ſunt principales ſpecies ſubſtitutionum uidelicet. Directa & obliqua, ſeu fideicommiſſaria. Rurſus directarum ſubſtitutionum quinq; ſunt ſpecies ſecundum. Doctores uidelicet uulgaris, pupillaris, exemplaris. Reciproca a-
60 liàs breuiloqua. Item compendioſa. Sed iſta diuiſio directarum ſubſtitutionum partim eſt defectiua & partim uidetur ſuperflua. Defectiua in eo eſt, quia omittit directam militarem quæ eſt ſpecies ſubſtantialis, & diuerſa ab alijs. de qua in l. Centurio. ff. de uulg. & pupill. in l. miles ita in prin. in l. milites etiam ijs in l. quærebatur §. fi. in l. in fraudem §. miles. ff. de milit. teſt. Superflua uerò
61 uidetur, ſecundum illam opinionem † quod reciproca, & compendioſa ſubſtitutiones non dicantur propriæ & uerę ſpecies ſubſtitutionum; quia ſemper reſoluuntur aut in uulgarem, aut in pupillarē, aut in exemplarem, aut in fideicommiſſariam. Et ſic cum non conſtituant certam, & ſeparatam ſpetiem ſubſtitutionis, non fuit opus illas ponere uti ſpetie ſubſtitutionis in eius partitione. Sed tamen, uidelicet uerum ſit, quod iſtæ duæ ſubſtituriones reſoluantur ſemper in una ex illis ſpetiebus ſubſtitutionum ut dictum eſt, tamen

quo

quo ad earum conceptionem,& quo ad modum & formam negari non poteſt, quin ſint diuerſæ ab illis alijs, prout latius infra uidebimus. Ideo expediens fuit, ut ipſæ quoq; ponerentur ad hoc ut cognoſceretur, ac declararetur quibus uerbis fieret,& quas ſub
62 ſtitutiones contineret,ac multa alia quæ neceſſariò fuerunt declaranda. Dico igitur quatuor eſſe ſpeties principales ſubſtitutionũ directarũ,uidelicet uulgaris, pupillaris, exemplaris, & directa militaris. Reciproca uerò & compendios non ſunt ſpecies ſubſtitutionum à prædictis diuerſæ, Niſi quo ad earum conceptionem, & formam: Nunquam enim conſtituunt aliam diuerſam à ſupradictis,aut à fideicommiſſaria.De his autem ſingulis inferius ſuis in locis opportunè tractabimus. Secunda autem principalis ſpeties
63 ſubſtitutionis eſt † quæ uulgò fideicommiſſaria dici ſolet. & uerbis præcaris, ſeu obliquis fit, qualia ſunt iſta Rogo,uolo, mando, fidei committo.& ſimil.ut inſtit.de ſingul. reb.per fideicom.relic. §.fi.Et iſta ſubſtitutio indiſtincte a quocunq; habente poteſtatem
64 de bonis ſuis diſponendi,fieri poteſt & cuicunq; etiam. † Et differt iſta a directis, quia per illas ipſo iure redeundo ille ſubſtitutus efficitur hæres abſq; alio facto præcedentis perſonæ. ut in l.ſi ager. ff. de rei uendic. & ibi not.& in l. cum hæredes in prin. ff.de acquir.poſſeſ. per hanc uerò fideicommiſſariam non ipſo iure, nec a ſeipſo, ſed reſtitutione hæredis uerbali, uel actuali interuenien-
65 te.l.facta.& l.reſtituta.ff.ad Tribel.Item in alio differt† quare in directis ſuccedit in totum illud, quod ei datum eſt ſine aliqua diminutione.Non ſic autem in fideicommiſſaria: quia in ea detrahi poteſt quarta ex ſenatuſconſulto Trebelliano.ut inſtit.de fideicõmiſ-
66 ſar hæredit.& ff.ad Trebel.per totum † ſecũdo differt.quia iura ſepulchrorum non tranſeunt in fideicommiſſarium, licet tranſeant in directo ſubſtitutum. l. Quia perinde.ff. ad Trebell. & ibi Bart.
67 not. † Et per illum tex. idem quoque eſſe dicit in iure patronatus eccleſiæ. Et idem ibi uult Alex. & Imola.in l.ſi patroni. in prin.ff. eod.tit. & dicit iſtud eſſe notatu digniſsimũ. Et hoc ſequitur Bal. in.l.fi.col.pen.C.de edicto diui.Adr.toll.& in. l. cum uirum.C.de fideicom.licet Rom.in d.l.ſi patroni contrarium teneat uidelicet. quod imo ius patronatus eccleſię tranſit in fideicommiſſarium, quemadmodum in hæredem extraneum tranſit. Sed ſuperior opi-
68 nio eſt communis. † Et idem quoq; eſſe dicit Iaſ.in l præcibus C. de impub.in iure patronatus libertorum per not.in d. l. Si patroni ubi tex.ff.ad Trebell.& not.glo.in l.ſciendum. ff.de uerb.ſignificat. uide per Dec.& alios in d. l.precibus ubi & ego aliquando di-

69 xi. † Tertiò differt,quia in fideicommiſſaria ueniunt tantummo-
do bona ipſius teſtatoris,in directa autem de iure communi . puta
in pupillari ueniunt etiam bona eius, cui fit ſubſtitutio l. Cohære-
di.§.cum filio ff.de. uulg. & pupill. & inſtit. de pupill. in prin.non
70 ſic autem etiam in directa † quæ eſt de iure ſpetiali ut eſt directa
militaris: quia in ea ueniunt bona teſtatoris tantum l. Centurio
ff.de uulg. & pupill. ſicut in fideicommiſſaria. Verum tamen eſt
quòd idem quoque eſt in uulgari: Quia & in ea ueniunt bona teſta
toris tantum. Quanto differt, quia datum cauſa conditionis im-
71 plendæ † ſoluitur ſubſtituto directo, non ſic autem ſi eſt ſubſtitu-
tus per fideicommiſſum ut eſt tex. in l.qui hæredi.§.cum hæreditas
de condit.& demonſtr.tradit.Bar.in.l.Qui liberis.§.Hæc uerba.ff.
72 de uulg.& pupill.An.& Caſtr.in d.l. præcibus. † in contrarium ta-
men ualidè obſtat tex.in l.is,qui §.ſi.ff.de leg. preſt.in Deciſione,
& in eius ratione nam dicitur ibi, quòd ſi fuerit intentata bonorũ
poſſeſsio contra tabulas: & ab hærede ſcripto ſic fuerit auocata
hæreditas,damnum gratia conditionis implendę, eſt ſoluendum ip
ſi,qui per bonorum poſſeſsionem obtinuit hæreditatem. Non au-
tem illi, à quo fuit auocata hæreditas:ergo eodem modo dicendũ
eſſet in eo,qui reſtituit hæreditatem: ut non illi ſed ei, cui fuit re-
73 ſtituta ipſa hæreditas ſit ſoluendum † Et præſertim quia bonorum
poſſeſſor nõ eſt uerè hæres.§.quos autem.inſtit.de bonorũ poſſeſſ.
ſicut nec fideicommiſſarius l.ſi filium.§.j.ff.quodcum eo. l.poſtulã
74 dę.ff.ad Trebell.Item magis augetur difficultas † quia is,qui auo-
cat hæreditatem per bonorum poſſeſsionem contra tabulas, obti-
net ſucceſsionem contra uoluntatem teſtatoris. l.i.ff. de leg.præ-
ſtan. Non ſic autem in fideicommiſſaria: quia ex expreſſa teſtato-
ris uoluntate & diſpoſitione obtinet ſucceſsionẽ. Ergo multò ma
gis in iſto, quàm in illo hoc deberet procedere. Inſuper aſsignat
75 rationem tex.illè. † Quia abſurdum eſſe dicit,unum commoda hæ-
reditatis habere, & alium onera ſuſtinere. Quæ ratio ad unguem
militat in caſu d.l.Qui herædi.§.cum hæreditas. ff. de condit. & de-
monſtrat. Item pondera, quia utraq; lex eſt eiuſdem iuriſconſulti
ſcilicet Pauli: Iſtius eſt apud non difficile contrarium. Doctores
in l.præcibus multas tradunt reſponſiones.ſed eas ibi aliàs reproba
ui: unde pro uera ſolutione nonnullas alias differentias ponunt
Doctores in d.l.præcibus,uide ibi per eos.
Sed iuxta prædicta quæritur quotuplex ſit hæc ſubſtitutio fideicõ-
76 miſſaria † glo.in rub.ff.de uulg.& pupill.ſimpliciter dicit quod eſt
duplex, & Doctores cõiter hoc ſequuntur, non tamen aperit
quomodo

quomodo exemplificari debeat iſta duplicitas: Et non pauca uerſatur difficultas inter Doctores in exemplificanda iſta duplicitate. fideicommiſſariæ ſubſtitutionis. Puto igitur, quòd intentio illius gloſæ hæc fuerit, licet non exprimat, ut quædam ſit in uniuerſa hæreditate, quædam uerò in parte hæreditatis [puta in dimidia, tertia. quarta. & ſimil.] quæ intentio gloſæ colligitur ex tex. quem ipſa allegat. 5. in. §. fi. inſti. de pupill. ſubſtit. in prin. qui tex. loquitur de tali ſubſtitutione fideicommiſſaria in tota hęreditate, uel in parte

77 facta. dictum autem gloſę, aut Doctor intelligitur † quãdo aliud non apparet de illius mente, ſecundum legem, quam allegat. l. Non ſolum. §. liberationis uerba ff. de liberat. leg. ubi Bart. Not. & hanc declarationem huius duplicis fideicommiſſariæ ponit Bart. in d. rub. ſequuntur. Alex. & Imola ibi ſed Aret. improbat hanc declarationem, quem etiam ſequuntur Soc. & Iaſ. Quoniam nihil uidetur referre an fideicommiſſaria ſubſtitutio fiat in uniuerſa hæreditate, uel in portione, quò ad hunc effectum. ut inde reſultent diuerſæ ſpecies ſubſtitutionis fideicommiſſariæ. Nam utroq; caſu dicitur uniuerſalis: & utroq; caſu poteſt hæres cogi ad adeundam l. co

78 gi. §. † ſed & ſiquis ad Trebell. nec quicquam ad rem hanc pertinet, quòd iſta ſit in ampliori parte hæreditatis: illa uerò in minori:

79 † Quia non differunt ad inuicem niſi per plus, & minus quæ differentia non dicitur conſtituere diuerſas ſpecies, l. fi. ff. de fundo inſtr. quod confirmatur, quia uidemus in directis ſubſtitutionibus non fuiſſe factam talem differentiam, ut quædam ſit in tota hæreditate, quædam uerò in parte: Quia hoc non reddit eas ſpetie diuerſas. Nec obſtat ſi fortè dicatur, quòd immo differunt inter ſe quia quando in tota hæreditate eſt facta, poteſt detrahi Trebellianica: Non ſic autem quando in parte, quia totum eſt reſtituendũ, ut inſtit. de fideicommiſſar. hęredit. nam per iſtud adhuc non fiunt diuerſæ ſpeties: quia non prouenit ex natura ipſius diſpoſitionis ſed extrinſecus. Et ad prædicta facit tex. in. §. Nihil autem intereſt. inſtit. eo. titu. de fideicommiſſar. hæredit.

Aliter ergo & ſecundo modo hoc declarabat Bal. in d. rub. & tra

80 dunt Aret. Soz. & Iaſ. nulla de Bald. facta mentione † uidelicet quòd ſubſtitutio fideicommiſſaria, alia eſt uniuerſalis ſiue in tota hæreditate, ſiue in parte, nihil enim quoad hoc refert, dummodo in quota ſit: de qua inſtit. de fideicommiſſar. hęredit. & ff. ad Trebell. Alia uerò in re ſingulari ut inſtit. de ſing. reb. per fideicommiſs. relictis. Sed nec iſta in totum ſatisfacit quia hoc in iſta materia in effectu tractatur de ſubſtitutione prout in hæreditate

ſit

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

81 fit † & ſic de uniuerſali: & ita illa gloſſ. in d. rub. loquitur, ut ex eius uerbis apertè colligitur uerum eſt, quòd ſi uellemus accipere iſtud uerbum ſubſtituere generaliter & largo modo, ita ut etiam ad legata particularia trahatur, ut in l. ut hæredibus. ff. de leg. ij. & in l. 1. §. ſinautem aliquid C. de Cad. tollen. tunc poſſet declaratio illa procedere. Sed uero non ita ſumitur. Alij aliter decla-
82 rant † quòd quædam eſt fideicommiſſaria, quę ſemper ita fuit, ut in caſu §. fin. inſtit. de pupill. & in l. ſecunda. ff. ad Trebell. Alia uerò, quæ ab initio fuit, (ut Doctores loquuntur, rectius tamen dici debet, quæ ab initio potuit eſſe directa, poſtea uerò fuit obli qua. ut in caſu l. præcibus C. de impub. & alijs ſubſtit. Quia ſi ibi extitiſſet caſus mortis tempore pupillaris ætatis, potuiſſet ualere iure directo: ſi uerò extiterit caſus poſt pubertatem, ſortitur effectum ut fideicommiſſaria ſecundum intellectum communem. Et poteſt poni exemplum in compendioſa à pagana filia impuberi facta. Sed iſta declaratio nullo modo ſubſiſtit. Quia aut extitit caſus infra pubertatem, aut poſt. Siquidem ante, reſultat directa: ideo ſiniſtra immo inepto loqueremur de ſpetie fideicommiſſariæ. Si uerò poſt, tunc eſt fideicommiſſaria, & illa quidem nihil omnino differt ab ea, quæ ab initio & ſemper iure tantum fideicommiſsi ualere potuit ut in d. §. fi. inſtit. de pupill. & in l. ſcæuola ff. ad Trebell. Alii dicunt, quòd quædam pure, quædam ſub con-
83 ditione fit. † Alij quòd quædam ab hærede, quædam à fideicommiſſario, uel legatario. Alij quòd quædam tacita, quædam expreſſa. Sed iſtæ omnes differentiæ non ſunt ſubſtantiales: ideo non poſſunt conſtituere diuerſas ſpeties, & in hoc poteſt dici quot capita tot ſententiæ. Ego uerò putarem aliter, & rectius dici poſſe.
84 † Quòd opinio gloſæ ſit falſa, & quòd imo una tantum ſit ſpeties ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, loquendo de ſubſtitutione, pro ut i tota hac materia hactenus ſupra tractata: & de qua loquitur, & intelligit glo. in d. rub. uidelicet de illa, quę in hæreditate fit. Nam reperiemus, quod fideicommiſſaria ſubſtitutio ſemper eſt eiuſdem naturæ, & ſemper uniformis. Sed quando latius & generalius uerbum iſtud ſubſtitutio ſumere uelimus, ita quòd etiam ad illam ſpetiem diſpoſitionis referatur, quæ in legatis, & donationibus cauſa mortis fit: tunc procedere poterit declaratio, quam poſuit poſt Bal. Are. & alij in d. rub. ſequunt̃ uidelicet quod quædã eſt ſubſtitutio fideicommiſſaria uniuerſalis ſiue in tota hæreditates, ſiue in quota. Quædam uerò eſt particularis, ut inſtit. de ſin gul. reb. per fideicommiſſar. hæredit. Sed ut uerum fatear, magis

placet

placet quod ſupra dixi, quia uerbum capitur in ſui magis propria ſignificatione: item quia hæc fuit intentio illius gloſſ. quia alias debuiſſet uti eadem diſtinctione etiam in directis ſubſtitutionibus. cum & in illis pariter poſsit & in re uniuerſali, & in particulari fieri. ut in d.l. ut hæredibus.ff.de leg. ij. & in d.l. 1.§. ſin autẽ aliquid C. de Cad. tollen. Sed illa glo. ibi de hoc nihil dixit, ergo apparet eum ſumpſiſſe illud uerbũ non ĩ illa ſignificatione generali, ſed potius prout ad hæreditatem refertur. Quo ſtante conclu do ſubſtitionis fideicommiſſariæ unam tantum eſſe ſpetiem, non autem duas, ſic in propria ſignificatione illam ſumendo, quicquid ſit circa intentionem illius gloſæ.

Nunc verò ſupereſt, ut uideamus an fideicommiſſaria ſubſtitutio
85 dicatur propriè ſubſtitutio † quę quidem quęſtio eſt multum neceſſaria, præſertim propter ſtatuta loquentia de ſubſtitutione, an uerificentur in fideicommiſſaria. Articulus eſt ualde dubius: & quia diſputando poſſem de facili utramuis partem defenſare. Negatiuam autem tenent Bal. Salic. & Paul. Caſtren. in Rub. C.eo. & Dec. etiam ibi hoc ſequitur poſt Nicol. de Matar. inferentes ad ſtatuta de ſubſtitutione loquentia, ut non uerificentur in fidei commiſſaria: eandem quoq; opinionem tenet Iaſ. in Rub.C. de in ſtit. & ſubſtit. ſub condit. factis. Alex. uerò in Rub. ff. de vulga. & pupill. Contrarium tenet, uidelicet quod immo Fideicommiſſarius poſsit dici ſubſtitutus, licet non dicatur propriè hæres.

Nos igitur uideamus fundamenta, & rationes utriuſq; opinionis: deinde quid de ſtatuto ſit concludendum.

Primo igitur pro communi ex ordine procedendo allegatur glo. in d. rub. ff. de uulg.& pupill.item glo. in §. qua ratione, in uerſi. Ad exemplum inſtit. de pupill. ubi iſtæ gloſę ſimul cum alijs ſubſtitutionibus de quibus loquuntur, non enumerant iſtam fideicommiſſariam. Sed de ea ab ijs ſeparatim ponunt: ergo ſentiunt quod non ſit propriè ſubſtitutio. ſed ad iſtud primum reſpondetur, quod iſtæ gloſæ ſeparatim, & diſtinctè de ſubſtitutionibus directis, & de obliquis locutæ ſunt, quia ſunt ſpeties ſubſtitutionum inter ſe diuerſæ & ſeparatæ unde ego bene fateor quod ſubſtitutio fideicommiſſaria non eſt ſubſtituo directa, & ſic non eſt illa ſpeties: ſed non propterea ſequitur, ergo non eſt ſubſtitutio in genere, prout nos loquimur, uel prout ſumitur in alia ſpetie: ut ſi de boue prius loquar, deinde de equo; licet bos non ſit equus, nec è contra: tamen non remanet quia utrunque animal ſit. Secundo allegantur uerba Rub. C. de inſtit. & ſubſtit. & reſtritut.

ſub

ſub condit. fact. & in l. generaliter in prin. ubi tanquam diuerſa iſta ponuntur, uidelicet ſubſtitutio, & reſtitutio. Nam copula
86 † Et, ponitur inter diuerſa, ut not. in rub. ff. de iuris & facti ignor.
87 Sed & ad iſtud reſponde † quòd copula quandoque ponitur etiam inter genus & ſpetiem, ut in ſacris literis legitur. Dicite diſcipulis, & Petro. Item apud noſtros legumlatores in rub. C. de ſeruit. & aqua: nam aqua eſt ſpecies ſeruitutis. Et iſta reſponſio procedit
88 ſecundum communem literã † in qua adeſt copula, uerùm ſecundum aliam literam in qua non eſt copula inter uerbum ſubſtitutionis, & reſtitutionis, ſed diſiunctiua, ut in codice manu ſcripto, qui apud nos nõ reperitur, adeſt dictio ſeu: legitur. n. de inſti. & ſub
89 ſtit. ſeu reſtit. non procedit prædicta reſpõſio. † Sed tunc dic quòd minus obſtat quoniam dictio illa ſeu ſtat quodammodo expoſitiuè, quaſi duo ſint quodammodo ſinonyma iſta uerba ſcilicet ſubſtitutio, & reſtitutio: uel aliter reſponderi poteſt ſecundum com-
90 munem literam † quod eſt uerum diuerſa hæc eſſe inter ſe, uidelicet ſubſtitutio, & reſtitutio, & ſic fideicommiſſum, capiendo uerbum illud ſubſtituo pro directa ſubſtitutione, & ſic pro iſta ſpetie. prout ita loquitur: fateor nanq; fideicommiſſariam ſubſtitutionẽ diuerſam eſſe in directa: Nec etiam hoc contendimus: ſed non ſequitur propterea, licet non ſit illa ſpecies, uidelicet directa, quia ſit ſubſtitutio in genere illam ſumendo: nam & pupillaris ſubſtitutio non eſt uulgaris, nec e contrá: tamen non propterea minus eſt dicenda propriè & uerè ſubſtitutio. ita ergo licet fideicommiſſaria non ſit directá ſubſtitutio, non ſequitur, ergo non eſt ſubſtitutio: ita in genere uerbum iſtud ſumendo. prout in ſimili dici-
91 mus de adoptione, † quod uerbum in genere ſumptum & comprehendit in ſe adoptionem in ſpetie, & etiam arrogationem: l. ij. ff. de adopt. & inſtit. eo. tit. §. & utrunque æquè prorpiè uerum ſi adoptionem pro ſpetie illa ſumamus, quando ſit de illo, qui eſt in alterius poteſtate conſtitutus: certum erit, quòd arrogatio quid diuerſum ab ea dicetur: & idem quoq; de uerbo cognationis.
Tertiò poſt iſtã partẽ adducitur. Quia ſubſtitutio dicitur ſecunda inſtitutio, prout ſupra latè in diffinitione uidimus. Sed iſta diffinitio non cadit in fideicommiſſario. quia ille non eſt inſtitutus.
92 † patet quia non capit propria auctoritate, ſed de manu alterius, ut not. in l. eam quam C. de fideicom. in glo. in uer. directis & probatur in l. facta & in l. Reſtituta. ff. ad Trebell. Sed reſponde quod illa diffinitio reſpicit directam tantũmodo ſubſtitutionem, non etiam fideicommiſſariam. ideo arg. concludit hoc tantum ſcilicet quòd
non

non eſt directa ſubſtitutio quod fateor: Sed non concludit non eſſe ſubſtitutionem ſimpliciter, & abſolutè. de quo nunc agimus. Et hoc tenendo illam Diffinitionem, de qua latius ſupra in prima quæſtione dixi.

Quantũ ad hoc perpenduntur uerba rub.C.de impub.& alijs ſubſtit.nam imperator ibi ſeu potius compilatores iuris aſſerunt ſe ibi uelle tractare de omnibus ſubſtitutionibus, cum dicat de impuberum & alijs. Et tamen de fideicommiſſaria in nigro non tractatur, præterquã ĩ l.præcibus,ubi de fideicommiſſaria incidenter dicitur ſecundum unum intellectum. Ergo ex hoc apparet,quod iſta non eſt ſubſtitutio; quia de illa quoque ibi tractatum fuiſſet, ſicut de alijs: Sed de iſta alius fit tractatus,ut in tit.de inſtit.& ſubſtit.& reſtit.ſub condi.fact.& etiam in tit.de fideicom. Sed facilis eſt reſpõſio: primò enim poteſt dici,quòd immo ibi etiam de fideicommiſſaria tractatur in d. l. præcibus, nec minus principaliter quàm de

93 alijs. † Præterea illud uerbum de alijs intelligitur, ſcilicet directis: quia eius natura eſt ſimilitudinem cum præcedenti termino ſignificare.Bald.in l.conueniendum col.iiij.uer.Item eſt arg.a natura correlatiuorum.C.de epiſ.& cler.& in l. ſi fugitiui col.fi.C.de ſer. fu

94 git.cum ſimil. Quintò adducitur, † Quia ſubſtitutio dicitur quædam ſurrogatio in locum primi hæredis. Surrogatio autem ſapit naturam eius,cui ſurrogatur. l. ſi eum §. qui iniuriarum. ff.ſi quis caut. §.fuerat inſtit. de action. Sed iſtud cadit in directa tantum, non etiam in obliqua: Nam ſubſtitutio directò efficitur hæres ad unguem,ſicut & inſtitutus: non ſic autem in fideicommiſſario: quia ipſe utiliter tantum: item illo totum capit, quando eſt in ſoli

95 dum ſubſtitutus: iſte autem deducta quarta Trebellianica. † Sed reſpondetur, quòd immo ſapit naturam eius, cui ſurrogatur: Et licet utiliter tantum, nihil refert: quia ſapit nihil dominus, quo ad effectum,naturam hæredis. Et quòd detrahatur quarta,non facit ut non ſapiat illius naturam: & eo maxime quia iſta eſt ſurrogatio, quæ ab homine fit,non autem a lege: De qua ſurrogatione a lege facta loquuntur iura illa allegata. Et licet in aliquo diſcrepat, non tamen minus dicitur ſapere illius naturam, ut declarat Iaſ.in d.l ſi eum.§.qui iniuriarum in ſecundo not.poſt Paul. Caſtr.conſ. lxxiij.col.fin.uolu.j.quod incipit licet iſta domina: unde ſufficit quòd iſte ſurrogatus ſapiat illius naturam, cui ſurrogatur, quatenus poteſt, & in quibus poteſt, per prædicta.

Sextò adducitur tex.ubi uidetur caſus in l. Tutores. §. hæres inſtitutus.ff.de adminiſtr. tut.ubi hæres inſtitutus rogatus fuerat im-

D puberi

puberi hæreditatem reſtituere,& ſuper fideicommiſſaria; & tamen dicit neminem fuiſſe datum ſubſtitutum: Ideoq; hærede defuncto teſtamentum defecit contra utilitatem impuberis: ergo fideicommiſſum non eſt ſubſtitutio: quia ſi eſſet quoquo modo ſubſtitutio non rectè locutus fuiſſet iuriſconſultus ibi non fuiſſe datum ſubſti

96 tutum. † Sed licet iſte tex.uerè non parum ſtringat,tamen poteſt pro reſponſione dici,ut ſuperius dicebam.quòd dum tex.ille dicit non fuiſſe datum ſubſtitutum intelligitur, ſcilicet directo: Quòd uerum eſt: quia impubes ille non poterat dici directò ſubſtitutus.

97 & ꝙ hoc eſt uerum quòd ſcilicet de directa ſubſtitutione loquatur tex.ille, probatur, quia in tex.dicitur teſtamentum fuiſſe deſtitutũ ob non aditionem heredis inſtituti in præiudicium impuberis, cui erat per fideicommiſſum reſtituenda hareditas: quod utiq; ſentit tex. futurum non fuiſſe ſi datus ſubſtitutus fuiſſet: Quia per ipſum confirmari teſtamentum potuiſſet. ut in l. iij. §. fi. ff. de liber. & poſth.ergo neceſſariò eſt intelligendum illum tex.loqui de ſubſtitutione directa: fideicommiſſaria enim non operatur effectum illum: quia nec ipſa poteſt adiri ita ut ex hoc confirmetur teſtamẽtum, ſed eget adminiculo alterius,uidelicet reſtituentis.l.reſtituta & l.facta.ff.ad Trebel.& ibidem ſcilicet.in d.l.Tutores.§.hæres inſtitutus hoc probatur, & diximus ſupra in differentijs inter directam,& fideicommiſſariam ſubſtitutionem. Septimo & ultimo

98 loco † iſta opinio probatur in l. Recuſare. §. titius. ff. ad Trebell. ubi hæres inſtitutus rogatus erat per fideicommiſſum reſtituere illi,qui etiam fuerat ſubſtitutus, ergo apparet manifeſtò diuerſa hæc inter ſe eſſe, cum alioquin fruſtra repetitæ illæ duæ diſpoſitiones

99 in eiuſdem perſona fuiſſent. † Sed ad iſtum tex.reſpondetur.in eo nihil aliud probari,niſi quòd ſubſtitutio fideicommiſſaria eſt quid diuerſum adiecta, quod quidem ego neminem puto eſſe negaturũ, nam & una directa eſt diuerſa ab alia,puta uulgaris a pupillari,& e contra, & diuerſos operatur effectus: etiam tamen utraque dicitur ſubſtitutio. ideo etiam dico, quòd & ſi uerum ſit, quòd fideicommiſſum eſt quid diuerſum a ſubſtitutione directa,& ſic una non eſt alia: tamen non per hoc arguendum eſt, quòd non ſit ſubſtitutio ſimpliciter & abſolutè illam conſiderando.& non magis in iſta, quàm in illa ſpetie. & in quæſtione propoſita non quæritur, an ſubſtitutio fideicommiſſaria dicatur propriè ſubſtitutio directa: quia certum, & indubitatum eſt, non eſſe: immo eſſe ſpecies diuerſas, & oppoſitas conſtat: Sed quæritur an ſit ſubſtitutio ſimpliciter& abſolutè ac ita in genere conſiderata.

† Contraria

100 †Contraria autem opinio,quam tenuit Ale.in rub.ff.de uulg.& pupill.& ſequitur Soc.& Claud. Aquen. idem Alex. in rub. C.de impub. uidelicet quòd hæc diſpoſitio dicatur ſubſtitutio propriè
99 probatur primò; † Quia in legatis, & donationibus cauſa mortis, ac etiam in fideicommiſsis particularibus fit ſubſtitutio l.ut hæredibus.ff.de leg.ij.l.j.§.ſinautem aliquid C.de cad.tollen. l.ſi legata relicta C.de leg.& l.titius,& ſeius cum duabus ll. ſequen. ff.de hæred. inſtit. ergo multo magis dari in fideicommiſsis uniuerſalibus
100 ſubſtitutio poterit. † Sed ad iſtud,ſicuti tenenda communis opinio foret: poſſet reſponderi, non eſſe dubium,fieri poſſe ſubſtitutionem per fideicommiſſum uniuerſale, ſicut in legatis & donationibus cauſa mortis: Sed dubium eſt an iſta dicitur propria ſubſtitutio? Nec inde ſumi arg.aliquod poteſt,quòd in legatis,& donationibus cauſa mortis fit: Quoniam latè ſumpto uocabulo,etiam unicè dicitur ſubſtitutus: Item pecora in demortuorum locum ſubſtituta dicuntur,ut in.§.Sed ſi gregis inſtit.de rerum diuiſ.in.l. ſi grege legato.ff.de leg.j in.l.in fraudem.§.ſi conductor.ff.de iure fiſci. iſtud enim uerbum ſubſtituo in ſui generali, & lata ſignificatione ſumptum, poteſt referri ad quancunque ſubſtitutionem quocunque modo factam & in quacunque materia. & idem de uerbo inſtituo, prout ſuperius dixi circa diffinitionē. præterea dico dili-
101 genter eſſe conſiderandum † Quia fortè dici poſſet magis propria ſubſtitutio illa,quæ fit legatario,aut donatario cauſa mortis,quàm ſit illa,quæ fit hæredi per uiam fideicommiſsi: Quia ſubſtitutus legatario, aut donatario per omnia conſequitur ius illud, quod erat penes legatarium,aut quòd futurum fuiſſet:& idē in ſubſtitutione donatarij, & etiam fideicommiſſarij ſingularis. non ſic autem eſt in eo, qui per uiam fideicommiſsi ſubſtituitur hæredi inſtituto: quia non per omnia ius illius conſequitur,ut ſupra dictum fuit. Et hoc uolui dixiſſe animaduertendi,& cogitandi gratia. Stat ergo
102 concluſio ſecundum ſupradicta †quòd licet ſubſtituo uerbum propter ſui generalitatem poſsit etiam ad diſpoſitionem fideicommiſſariam referri:non tamē ſequitur,id propriè & uerè dici,ſed impropriè: & hinc eſt,quòd in dubio ſubſtitutio intelligitur directa, nō
103 autem obliqua,ſeu fideicommiſſaria.c.j.de teſtamen.in vj. † Quia ſcilicet uerba in dubio,in propria ſignificatione accipiuntur l. non aliter.ff.de leg.iij.l.i.§.ſi is qui nauem. ff. de exercit.actio. l.i. ff.de fonte l.iij.§.hæc uerba.ff.de neg. geſt. cum ſimil.
104 Secundò pro iſta opinione communi allegatur † quia uerbum ſubſtituo, a quo ſubſtitutio deducitur, dicitur uerbum commune. l.

iam hoc iure, ibi hoc communi uerbo extra. ff.de uulg. & pupill. & ſic tam ad directam, quàm ad fideicommiſſariam ęque refertur. Quæ tamen uerba minime puto ego talem ſenſum habere; ſed potius intelligi ibi commune uerbum, quia & ad uulgarem, & ad pupillarem poteſt referri. non autem intelligi ibi commune reſpectu directæ & fideicommiſſariæ, de qua ibi uerbum nullum: neque de illa ibi quicquam agitur. uel dic commune uerbum, quia ad utrũq; ex ills filijs pariter referri poteſt. Sed & tenendo communem illam intelligentiam ad illa uerba, uidelicet quòd & directam, & fideicommiſſariam ſignificet, reſponde, quòd quatenus ad fideicommiſſariam refertur, impropriè eſt, & longo modo.

105 Nec nouum iſtud eſt † quòd unum uerbum ad plura relatum quo ad unum ſtet propriè, quo ad aliud impropriè, ut not. in l.ij. ff. de off. proconſ. & leg. & in l.j. C. quando ciuil. actio præiud. tertio.

106 cum ſimil. Tertiò allegantur multa iura ſimul † in quibus hæc diſpoſitio fideicommiſſaria appellatur ſubſtitutio. ut in l. Cohæredi. §. cum filio uer. nec aliud ſecundum. ff. de uulg. & pupill. in l. hæredes mei. §. cum ita &. §. ſeq. & in l. afilia. §. fi. & in. l. Secunda. ff. ad Trebell. & in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. iuncta glo. ibi. ſed reſponde, ut ſupra, quòd non negatur iſtud uerbum poſſe ad hanc diſpoſitionem referri: immo & ad complures alias, ut demonſtratum fuit; ſed longè, & impropriè, non autem ex ſui propria ſignificatione. Ex prædictis ergo apparet quantum dubia reddatur iſta quæſtio.

107 Concludendo autem ergo ſic puto dicendum, † uidelicet quòd Aut conſideramus ſubſtitutionem directam in ſpetie, & tunc non ſit dubium fideicommiſſariam non eſſe illã, ſed ab ea eſſe diuerſam, ut ex his, quæ in diſcurſu articuli dixi, apparet: nam nomina ſunt diuerſa, ergo etiam diuerſę res dici debent. l. ſi idem C. de teſtam.

108 † Item diuerſa initia, item diuerſam cauſam finalem hæ diſpoſitiones habuere. De diuerſitate initij apparet, quia fideicommiſſa hoc initiũ habuere, & ex iſta cauſa primum introducta fuerunt ut ſcilicet bona ad aliquẽ aliàs inuicem hoc modo deuenire poſſent ex teſtatoris uoluntate. Nam rogabat per fideicommiſſum ille, qui inſtitui poterat, ut bona reſtitueret ei, qui inſtitui non poterat. §.j. inſtit. de fideicommiſs. hęredit. ſubſtitutio uerò directa alia de cauſa fuit introducta, nempe ut conſeruari ea mediante, teſtameta poſſent, primo inſtituto fortè non adeunte, ut eſt tex. in l.j. C. de Cad. tolen. item diuerſi effectus inde oriuntur: quia per ſubſtitutionem directam ille efficitur hæres ipſo iure, & directo quidẽ:

per

per fideicommiſſariam uerò, utiliter tantum, & demum facta ſibi reſtitutione l. facta & l. reſtituta. ff. ad Trebell. & plures alios diuerſos effectus poſui ſupra. Et ita ſumitur in l. recuſare. §. titius. ff. ad Trebell. & in l. Tutores §. hæres inſtitutus. ff. de adminiſtr. tut. aut uerò capitur ſubſtitutio in genere tunc contrarium dico. Et uera hoc caſu ſit opinio, quam tenet Ale. Soz. & Claud. Aquen. quia licet ſubſtitutio directa diuerſum nomé, diuerſum effectum, & finem à fideicommiſſaria habet: & una ſpeties non eſt alia: tamen
109 ſecus in genere † quia genus comprehendit ſub ſe omnes ſuas ſpeties. Item quælibet ſpeties habet ſuum genus neceſſariò, Bart. in l. Siquid earum §. interemptum & in l. ſeq. in §. intereſt. ff. de leg. iij. terminus enim iſte ſubſtitutio in genere ſumptus prædicatur de ſubſtitutione directa, & de fideicommiſſaria. Et utraq; ſub ſuo genere æque continetur licet unus non ſit alius, ſicut ſi dicam homo & aſinus inter ſe diuerſiſsima ſunt, & unum non eſt aliud: ſed ſi animal ponamus, ſine dubio & homo & aſinus continetur: adeo quòd & homo, & aſinus æque propriè animal dicitur. Ideoq; fateor ſubſtitutionem directam à fideicommiſſaria differre, & unam non eſſe aliam, & ita procedat communis opinio, & omnia pro ea allegata. Sed iſta non eſt quæſtio propoſita: ſed iſta an ſub genere contineatur ſubſtitutio fideicommiſſaria. Et ita in hoc articulo a tentaui utranq; opinionem euertere, & utráq; ſuſtinere diuerſis tamen caſibus, & reſpectibus conſideratis. Et reſolutionem. quam tradidi, puto ueriſsimam.

Et ſi diceretur, ergo ſecundum prædicta ſequitur, quòd ſubſtitio, quæ fit in legatis, dicitur propriè ſubſtitutio, quia ſub genere iſto continetur. Reſpondeo non eſſe uerum, quia hic nos agimus de ſubſtitutione uniuerſali in genere ſumpta, non autem de particulari, ut de illa, quæ fit in legatis &c. Remanet ergo copioſe diſcuſſus iſte articulus: & pauca ſunt, ut puto, quæ ex prædictis non remaneant abſoluta.

110 Et ex his puto inferri † quòd quemadmodum diſpoſitio fideicommiſſaria dicitur ſubſtitutio in genere ſumpta, ita etiam fideicommiſſarius dici poterit ſubſtitutus, ſumendo hoc uerbum in genere
111 non autem in ſpetie pro ſubſtituto directo. † Non tamen dicitur propriè hęres ipſe fideicommiſſarius l. poſtulánte §. fi. ff. ad Trebell. & l. ſi filiusfamiliàs §. j. ff. quod cum eo. Idque etiam uiua ra-
112 tione probatur. Nam qui ſemel eſt hæres, non poteſt deſinere eſſe hæres l. ei, qui ſoluendo l. ultima. ff. de hæredib. inſtit. l. Et ſi ſine §. ſed quod Papiniánus. ff. de Minor. & §. reſtituta inſtit. de fideicommiſs.

commiſs. hæredit. ergo eſt impoſsibile, quod etiam fideicommiſ-
113 ſarius dicatur hæres † quia ſic duo eſſent hæredes inſolidum eodẽ tempore, & reſpectu eiuſdem rei, & portionis, quod eſſe non poteſt. l. Si ut certo §. ſi duobus uehiculum. ff. comodati. & l. quod contra §. uni duo. ff. de Reg. iur. Non idem autem contingit in uerbo ſubſtitutus, aut ſubſtitutio. Quia iſta ſunt uerba generica, quę æque propriè continent utrunq;: uerbum autem hęres unam tantum ſpetiẽ ſignificat. Et ubicunque trahitur ad aliam ſpetiem, tũc eſt ex impropria ſignificatione, iuribus pręallegatis. Et ideo inferri poteſt rectè conſuluiſſe Ant. de But. in conſi lxxvi. in fi. ubi cum quidam prætenderet ſe ius habere in quadam hæreditate pro tertia parte tanquam hæres inſtitutus, ex uno capite. Item ex alio capite in alia parte tanquam fideicommiſſarius. Arbiter laudauit ſuper iure hæreditario, non intelligitur etiam de fideicommiſſaria portione laudaſſẽ. Quod puto ueriſsimum, tum per prædicta, tum ẽt præſertim, quia cum de utroq; iure ibi ſpecificè fieret mentio cur non dicamus unum comprendere aliud arg. l. cum ex filio §. j. ff. de uulga. & pupill. cum ſimil.

Et ex prędictis inferri poteſt ad quæſtionem, de qua per Pau. Caſt.
114 in rub. C. de impub. † uidelicet; ſi ſtatutum facit mentionem de ſubſtitutione, an intelligatur de directa tantum, an uerò etiam de fideicommiſſaria? Nanq; aut conſtat accipere ſubſtitutionem in genere, & tunc utranq; comprehendat, ut ex ſupradictis apparet. Aut uerò conſtat, quòd in ſpetie accipit, & tunc ſecus, prout ſic erat in caſu legis recuſare §. Titius ff. ad Trebell. & in l. Tutores §. Hæres inſtitutus ff. de adminiſt. tut. & in caſu conſi. Ant. de But. lxxvi. in fi. de quo ſupra. Aut deniq; de hoc nihil cõſtat, quo modo ſcilicet ſtatutum acceperit illud uerbum. Et tunc non erit hoc decidendũ ex illa inueſtigatione, an ſit propriè ſubſtitutio, necne. ut Doctores opinantur. Sed dico quòd erit conſideranda
115 ratio, qua moti fuerunt ſtatuentes. † Quoniam per eam ampliatur, & extenditur diſpoſitio ipſa ad omnes caſus in quibus ratio ipſa militat, etiam quod impropriè ſub uerbis contineatur, ut not. in clem. j. in uer. eligatur de elect. & in auten. ut hi, qui oblig. licet perhib. habere rei min. in uerſi. ad curationem, & eſt tex. in l. nomen §. fi. ff. de leg. iij. ſolet etiam allegari l. regula §. & licet ff. de
116 iur. & facti ignor. Bar. in l. pater filium, in fi. ff. de leg. iij. † & pariter ratio reſtringit, ut non omnes caſus comprehendantur, licet etiam propriè ſub uerbis contineatur ſi ratio non militat. l. cum pater §. dulciſsimis. ff. de leg. ij. optimum text. allego ad iſtud in l.

pen.§. de uno.ff.de Ritu. nupt. ibi diſpoſitio illius ſenatuſconſulti prohibentis tutorem pupillam, cuius tutelam geſsit, in matrimonium collocare ſibi, aut filio ut in l. pen. C. de interd. matr. non habet locum in caſu, 117 de quo ibi, quia in illo ceſſat ratio (quicquid de uerbis ſit) pulchrè tradit Curt. ſen. in conſi. xliiii. col. v. uerſi. decimo præmiſſa cura. in conſil. ccxxxvi. colu. v. in prin. & conſi. ccxliii. col. i & ii. Addo etiam bonum tex. in l. in actionibus ff. de his qui not. in fam. & ibi Bald. in ulti. not. unde dico quod ſi ratio ſtatuti militat in fideicommiſſaria ſubſtitutione, in illa uerificabitur ipſa diſpoſitio: & ex hoc apparebit ſtatutum accepiſſe uerbum illud ſubſtitutio, in genere, non autem in ſpetie. Exem-

117 plum, pone ſtatutum dicit† quod cuicunq; iuri præſcribatur ſpacio uiginti annorum excepto iure inſtitutionis, aut ſubſtitutionis: certè dico quòd uerificabitur etiam fideicommiſſaria. Quoniam ratio ſtatuti eſt aut fauor ultimæ uoluntatis, aut fortè præſumpta ignoratio heredis. At utrauis ratio pariter, & æque militat in fi-

118 deicommiſſaria, ſic ut in directa † ideo non eſt, cur ſecus in iſta, quàm in illa dicamus, ut aliàs ita dicit iureconſultus in l. iij. §. j. in uerſi. Nam diuus Marcus ff. de iniuſto. rupto. irr. unde non eſt opus, quod dicamus hic fieri extenſionem aliquam. Quia ſtatutum iſtud accepit illud uerbum ſubſtituo in genere, ſecundum quam

119 ſignificationem etiam fideicommiſſaria continetur. † Prædicta autem procedunt ſiue ratio ſit expreſſa in ipſo ſtatuto, ſiue non dummodo alia non poſsit aſsignari iuxta not. per glo. & Bal. in l. quamuis C. de fideicomm. plura allegat. Dec. in conſi. ccccxl v. col. ij. uerſi. Nam dum teſtator. Curt. ſen. in conſi. ix. col. 5. in fi.

120 uerſi. ego in deo † Si uerò ratio ſtatuti non militat in fideicommiſſaria ſubſtitutione, ſed tantummodo in directa, tunc contrarium dicemus, uidelicet quòd in illa non habet locum diſpoſitio ſtatuti; nam hoc caſu apparet, quòd ſtatuentes ſumpſerunt uerbum il

121 lud ſubſtitutionis pro iſta ſpetie, ſcilicet directæ † & una ſpecies non continet alias, quemadmodum genus eas continet, ut per Bart. in d. l. Siquid earum §. interemptum, & in l. ſeq. §. intereſt ff. de leg. iij. Exemplum dicit ſtatutum, quilibet inſtitutus, uel ſubſtitutus rogatur alij reſtituere, retineat tertiam partem tantum pro Trebellianica: certum eſt hoc caſu, quod non habebit locum iſtud in fideicommiſſario ſubſtituto, cui reſtituta fuit hæreditas, & detracta eſt Trebellianica & qui eſt grauatus alij reſtituere

121 † quoniam ipſe non poteſt aliam deducere Trebellianicam, nec legatarius falcidiam. ut eſt tex. in l. lex Falcidia §. Nanque ff. ad l. Falcid.

Falcid. ideo ex hoc apparet, quòd ſtatuentes non intellexerunt de hoc ſubſtituto fideicommiſſario: quia in eo non militat ratio ſtatuti: ſed tantummodo de directo ſubſtituto ſenſus, & conſequenter de illa ſpetie tantum. Et ſic concludo quòd ratio ſtatuti
122 eſt illa, quę declarat quomodò ſit accipiendum illud uerbum † ſi uerò tertio caſu de ratione ſtatuti apparere non poteſt, quia non ſit expreſſa, uel uariæ poſsint aſsignari rationes, tūc adhuc puto nō eſſe procedendum illa uia, an propriè, uel impropriè ſit ſubſtitutio: ſed dico tunc ſtatutum fore intelligendum de directa ſubſti-
123 tutione, non autem de fideicommiſſaria. † Non tamen illa ratione quia magis ſit propriè ſubſtitutio, quàm ſit fideicommiſſaria. Quia omnes ſpeties ſub ſuo genere æque propriè comprehenduntur, ut ſub iſto genere animal ita bos continetur, ſicut equus, aſi-
124 nus &c. Sed illa ratione † quia uerba in ſpetie potius, quàm in genere ſunt accipienda, ut per Bart. in l. Hoc legatum ff. de leg. iij. & in l. i. in fine prin. ff. de edendo. Sed ſcio ſtatim quemlibet eſſe dicturum, ſi fideicommiſſaria ſubſtitutio eſt una ex ſpeciebus ſubſtitutionis, & ſub illo genere comprehēditur, cur nō ſic uerificatur
125 ſtatutum in ipſa, ſicut uerificatur in directa. † Dico iſtud eſſe quia iſta ſcilicet directa eſt potentior altera, uidelicet fideicommiſſaria. & iſtud non arguit maiorem proprietatem: Nam quia leo eſt fortior equo, non ideo dicendum eſt, quòd ſit magis propriè animal, quàm ſit equus. ſic ergo inter directam, & fideicommiſſariam ſubſtitutiones euenit. Quòd autem directa ſit fortior fideicommiſſaria, apparet quia per illam ipſo iure efficitur hęres, & directo quidem: per iſtam uerò utiliter tantum, & id quidem mediante alterius facto. l. facta & l. reſtituta. ff. ad Trebell. item ex directa nulla fit diminutio, ſed ſolidum capit. in fideicommiſſaria ſecus, quia Trebellianica deducitur: & plura alia conſiderari poſsint. ut dixi ſupra circa differentias directæ & obliquæ ſubſtitutionis, & traditur
127 in l. præcibus ubi etiam dixi. † Et iſta ſit ratio. c. ſi pater de teſta.
128 in vj. dum dicit in dubio ſubſtitutionem præſumi directam, † uidelicet quia uerba, & diſpoſitiones in dubio in potentiori ſignificatu accipiuntur. l. j. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager uectig. uel emphiteot. pet. facit tex. in l. quęritur. ff. de ſtatu hom. & ſic concludo, quòd fideicommiſſaria ſubſtitutio non ſit minus propriè ſpeties ſubſtitutionis, quàm ſit directa, licet iſta ſit illa fortior, & potentior. utroq; enim iure ſubſtituitur. licet modus, & effectus ſit diuerſus. Quæ omnia Nota. quia pulchra, & utilia ſunt.
Quartò principaliter, & ultimò uidendum ſupereſt, ad quid fuerit introducta

129 introducta ſubſtitutio † ? Duas rationes puto poſſe aſsignari prima eſt ratio conſeruandi teſtamenti: Nam ad hoc ut teſtamẽtum eſſe
130 ctũ habeat † requiritur aditio hæredit. aliàs tota diſpoſitio corruit, l. Si nemo. ff. de teſtam. tut. & l. ij. §. quisquis. ff. de uulg. & pupill.
131 † & ideo caput, atq; fundamentum teſtamenti appellatur hæredis inſtitutio. §. ante hæredis inſtitutionem, inſtit. de leg. & §. in primis inſtit. de fideicommiſſar. hæredit. l. i. §. fi. ff. de uulg. & pupill. unde
132 quia poterat euenire, † quòd hæres primo loco ſcriptus non poſſet adire: morte fortaſsis præuentus, aut etiã quia nolet adire fortaſsis quia dannoſam exiſtimaret hæreditatem, uel quauis alia de cauſa l. quia poterat. ff. ad Trebel. ita quòd teſtamentum deſtitui de facili poterat: & ſic uana efficiebatur diſpoſitio teſtatoris. ideò ne iſtud eueniret; quod ſumopere curarunt legis latores. fuit lege cautum ut poſt primum hæredem, & in illius defectum poſsit & alius gradus hæredum conſtitui: ex cuius aditione, primo non adeunte, confirmari teſtamentum poſſet. & iſtam rationem aſsignat tex.
133 in l. j. in prin. C. de Cad. tollen. † nam perempto primo gradu per non aditionem inſtituti non minus poteſt confirmari teſtamentũ a ſecundo ut eſt text. in l. iij. ff. de liber. & expoſit. item aliam quoq;
134 poſſumus rationem aſsignare: † latiſsima enim fuit ab initio unicuiq; conceſſa facultas de bonis ſuis diſponendi. l. j. in princ. ff. ad l. falcid. l. uerbis legis. ff. de uer. ſignific. quod & poſteriores leges poſtea ſeruari mandarunt l. i. C. de ſacroſanct. eccl. l. iubemus C. de teſtam. cum ſimil. unde quoniam hærede non adeunte, deſtituitur teſtamentum, & ſucceſsio deuoluitur ad uenientes ab inteſtato: & potuiſſet eſſe alia uoluntas ipſius diſponentis. Quia fortè aliquis alius eſſe potuiſſet, quem poſt primum hæredem inſtitutum magis diligeret teſtator, & conſequenter ad quem ipſe magis optaret, bona ſua deuenire, quàm ad euenientes ab inteſtato idcirco ut & in hoc ſeruari plenius poſſet uoluntas diſponentis, fuit introducta hęc uia, qua mediante poteſt ipſe teſtator uocare ſubſtituendo, quem magis uelit ad ſuam admitti hæreditatem ſeu ſucceſsionem poſt primum illum hæredem ad inſtitutum, eum ſibi ſucceſſorem conſtituere.
135 † Et hæ rationes locum habent in ſubſtitutione ſimpliciter, & abſolute ſumpta: uel etiam in uulgari; in pupillari autem, ultra ſupradictas rationes, eſt & alia particularis ratio, uidelicet impotentia pupilli ad teſtandum propter defectum ætatis l. ij. in prin. ff. de uulg. & pupill. & inſtit. eo. tit. in princ. & pariter in exemplari propter defectum ſanę mentis, aut ſimilę impedimentum l. ex facto. ff. de uulg. & pupill. l. humanitatis C. de

impub. & alijs ſubſtit. & §. Qua ratione inſtit. eo. tit. de pupill. in directa uerò militari procedunt etiam duæ illæ rationes iunctis etiam priuilegijs militum, & iuncto illorum fauore apud leges. In fideicommiſſaria non militat illa ratio conſeruandi teſtamenti:

135 † Quia illa non poteſt habere locum, niſi prius fuerit adita hæreditas per hæredem ſcriptum; & ſic confirmatum ſit teſtamentum: Qui hæres inſtitutus poſtmodum reſtituat ipſi fideicommiſſario ut eſt tex. in §. in primis inſt. de fideicommiſſar. heredit. facit l. quia poterat & l. Recuſare §. titius. & l. nam quòd §. fi. & l. Cogi. ff. ad Trebell. cum multis ſimil. Ideoq; in ea militat tantummodo ratio conſeruandæ uoluntates teſtatoris. In reciproca & compendioſa non eſt opus aliam aſsignare rationem, cum ſemper in aliquam ex ſupradictis ſubſtitutionibus in effectu reſoluantur, ut ſupra circa diuiſionem ſubſtitutionum dictum fuit. & hæc hactenus præludionem gratia ad iſtam materiam dicta ſufficiant.

VVLGARIS.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio uulgaris eſt generalior cæteris directis.*
2 *Quid ſit uulgaris ſubſtitutio.*
3 *Habilitas perſonarum eſt præſupponenda.*
4 *Habilitas perſonæ in ſubſtitutione uulgari quomodo intelligatur.*
5 *Vulgaris illa ſubſtitutio, ad quam porrigitur expreſſa pupillaris quid requirat.*
6 *Spiritualia non omnibus, competum.*
7 *Definitio ſeu declaratio non debet fieri per illudmet uerbum.*
8 *Ratio non debet eſſe eadem cum dicto.*
9 *Secunda diffinitio.*
10 *Subſtitutio etian à milite facta cenſetur de iure communi facta ſi eo modo ualere poteſt.*
11 *Ius accreſcendi poteſt dici ſurrogatio in locum prioris.*
12 *Tertia diffinitio.*
13 *Subſtitutio uulgaris poteſt ſecundo tertio & ulteriori gradu fieri.*
14 *Quarta diffinitio.*
15 *In bona diffinitione quæ nam concurrere oporteat.*

16 *Ius accreſcendi non eſt ſimpliciter diſpoſitio teſtatoris, ſed legis.*
17 *Per pupillarem non in hæreditate teſtatoris, ſed pupilli ſucceditur.*
18 *Quinta diffinitio.*
19 *Sexta difinitio.*
20 *Quotuplex eſt ſubſtitutio.*
21 *Vulgaris ſubſtitutio tribus modis expreſſa dici poteſt, ſecundum* Doctores.
22 *Vuulgaris ſubſtitutio tripliciter tacita dici poteſt ſecundum* Doctores.
23 *Vulgaris ſubſtitutio triplex ſecundum nos aliter, quàm dicant* Doctores.
24 *Verba uulgaris ſubſtitutionis, ſi hæres non erit quam ſignificationem habeant.*
25 *Subſtitutio uulgaris uerbis generalibus.*
26 *Subſtitutiones, quæ in* Reciproca, *& quæ in compendioſa continentur an dici debeant expreſſæ uel tacitæ.*
27 *Tacitum quid dicatur, & quid expreſſum.*
28 *Vulgaris ſubſtitutio quæ uenit ex legis interpretatione, & in multis iuribus exempla ponuntur.*
29 *Vulgaris expreßa porrigitur ad pupillarem tantum, & pupillaris expræſſa ad tacitam uulgarem quicquid Polit. dicat l. iam hoc iure ff. de uulg. & pupill.*
30 *Exemplum tacitæ uulgaris in l. Galia.ff.de liber.& poſth.*
31 *Tacita uulgaris in l. Titius & Seius.ff.de hæredib.inſtit.*
32 *Idem in caſu l.fi.C. de hæredib.inſtit.*
33 *In caſu l. ſiquis inſtituatur heres ſi legitimus .ff. de hæredib.inſtit. an, & quæ ſit ſubſtitutio.*
34 *In caſu illius legis uenientes ab inteſtato non dicuntur uocati.*
35 *Vulgaris ſubſtitutio unde dicta ſit.*
36 *Vulgaris Subſtitutio magis latè patet, quàm cæteræ ſubſtitutiones.*
37 *Nomina ad beneplacitum imponuntur.*
38 *Quare fuerit uulgaris ſubſtitutio inuenta.*
39 *Vnicuiq; licere debet de bonis ſuis diſponere.*
40 *Lex ſumopere curat, ut uoluntates defunctorum ſeruentur, & effectum habeant.*
41 *Teſtamentum effectum habere non poteſt niſi hæreditas adita fuerit & nume. 50.*
42 *Quibus uerbis fiat uulgaris ſubſtitutio.*
43 *Subſtitutio uulgaris habet duo extrema.*
44 *Verba inſtitutionis non ſunt de uulgari ſubſtitutione, ſunt tamen ad illam neceſſaria ut ſint expreſſa, uel ſaltem tacita.*
45 *Intellectus legis ſiquis inſtituatur hæres ſi legitimus. ff. de hered. inſtit.*
46 *Intellectus legis cum in teſtamento.ff.de hæred. inſtit. legis* Gallus *in prin.*

ff. de liber & poſtb.l.Cohæredi §.fin.ff.de uulg. & pupill.& l.ſi pater impuberi eo.tit.
47 Inſtitutio præcedere debet ſubſtitutionem ſaltem quò ad ordinem intellectus.
48 Verba ſubſtitutionis uulgaris habent duo extrema ſeu duas partes ſiue ſit expreſſa, ſiue tacita, ſeu præſumpta.
49 Si teſtator dicat Titium inſtituo, & ſi hæres non erit uolo quòd reſtituat Seiæ, an ſit uulgaris ſubſtitutio uel fideicommiſſaria.
51 Quid non poteſt eodem ter. incipere, & deſiſtere.
52 Verba iſta uolo ut reſtituat, fideicommiſſum ſignificant.
53 In quæſtione ſupra dicta quomodo intelligantur illa uerba, ſi hæres non erit.
54 Hæres grauatus alij reſtituere, cogitur adire, ut reſtituat.
55 Verba cum effectu ſunt accipienda.
56 Expreſſio eius, quod tacitè ineſt nihil operatur.
57 Quomodo accipantur uerba illa uulgaris ſubſtitionis, ſi hæres non erit.
58 Quid quando teſtatoræ per illa uerba ſubſtituit, illi quem uerè ſciebat liberum aut ſui iuris eſſe.
59 Quid quando illi ſubſtituit, quem uerè ſciebat eſſe ſeruum.
60 Item quando teſtator errauit circa conditionem illius, quem inſtituit: ut quia putabat cum eſſe liberum cum tamen ſeruus eſſet.
62 Concordia legis cum proponat C. de hæredib. inſtit. & legis ſi paterfamilias. ff. eo. tit.
62 Si teſtator inſtituit ſeruum ſuum quem tamen liberum eſſe putabat, inſtitutio eſt nulla, non ſic autem ſi erat alienus ſeruus, uel ſaltem communis.
63 Item quomodo accipiuntur illa uerba ſi hæres non erit, quando non apparet an teſtator uoluerit alium effici hæredum, uel non.
64 Quomodo accipiuntur quando teſtator errauit credens illum eſſe ſeruum, ſuum cum tamen liber erat.
65 Quilibet cenſetur ſuipſius contemplatione potius inſtitutus.
66 Teſtator ſeruum ſuum inſtituẽdo de cenſetur illi dare libertate, & ſi nihil dicat.
67 Item quomodo accipiantur quando credebat illum eſſe ſeruum alienũ quare alij bona fide ſeruiebat & ſic uerè liberat.
68 Liber homo bona fide ſeruiens quid & ex qua cauſa poſſeſſori quærat.
69 Quomodo accipiantur illa uerba quando incertum eſt an teſtator uerè ſciuerit conditionem inſtituti, an in ea errauerit.
70 In caſu l. ſi paterfamilias ff. de hære.inſt.quid fiat de alio ſemiſſe illius hæreditatis, & quomodo legatur illa tex.
71 Si ſubſtitutio uulgaris ſit expreſſa facta in certum caſum puta ſi hæres eſſe noluerit, an trahatur etiam ad caſum, ſi hæres eſſe non potuerit & nunc-

& num.91.

72 *Declaratur lex Gallus §. & quid ſi tantum.ff.de liber.& poſth. & nu.75. 79.80. 83.*

73 *Poſthumus, qui non erat ſuus tempore teſtamenti conditi, non poteret inſtitui.*

74 *Ea, quæ maioris declarationis cauſa dicta ſunt, non debent ut ſuperflua damnari.*

77 *Vbi ratio diuerſa reddi non poteſt, non eſt etiam diuerſum ius ſtatuendum.*

78 *Licet lex in uno caſu loqui uideatur, tamen ad alios ſimiles generaliter eſt trahenda:*

81 *Differentiæ uerbales, aut nimium ſcrupuloſæ non ſunt habendæ in conſideratione.*

82 *Voluntas teſtatoris potiſſimum eſt attendenda reiecta ſcrupuloſitate uerborum.*

84 *Conditio neceſſaria ad effectum actus poteſt in forma ſpecifica impleri. non ſic in uoluntaria.*

85 *Lex final.C.de inſtit.& ſubſtit.ſub condit.factis.*

87 *Verbum impubes in ſubſtitutione poſitum non impendit quo minus & uulgaris contineatur.*

88 *Lex final. C. de poſth. hæredib. contrarius legi comodiſſime.ff.de liber. & poſth. & num.*

89 *Subſtitutio uulgaris in unum caſum facta trahitur ad alium etiam diſſimilem imo contrarium, & quod in aliam ſpetiem ſubſtitutionis tranſeat.*

90 *Lex comodiſſime ff. de liber. & poſth. & num. 92.*

93 *Inſtitutio dificilius inducitur, quàm ſubſtitutio & quæ ſit ratio præſertim in filio.*

94 *Validitas teſtamenti dependet ab inſtitutione.*

95 *Subſtitutio non eſt de forma ſubſtantiali teſtamenti.*

96 *Caſus inter ſe ſimiles, diſſimiles, aut contrarij.*

97 *Concordia tex. in l. commodiſſime. ff.de lib. & poſth. & l.fi. C.de poſthu. hæredib.inſtit.*

98 *Intellectus ad legem pater Seuerinam in prin.ff.de condit. & demonſtrat.*

99 *Regula legis cum prætor ff.de iud.& l. Maritus C.de procurat.declaratur.*

100 *Regula l.ueteribus ff.de pact.& l.quicquid aſtringēdæ ff.de uer.obligat.procedit in contractibus non etiam in ultimis uoluntatibus & ratione nume.102.*

101 *Quod quos non dixit, cenſetur uoluiſſe.*

103 *Sufficit de uoluntate teſtatoris apparere etiam ex coniecturis, licet contra uerborum ſignificationem, uno etiam in contractibus iſtud procedit.*

104 *Subſtitutio ad unum tempus facta non trahitur ad aliud.*

105 *Arg. de tempore ad quantitatem, ſeu ad portionem procedit. Item & de tempore ad locum item ad perſonas, & ad res.*
106 *Subſtitutio in unum caſum facta non trahitur ad alium ex uerò ſimili mente teſtatoris.*
107 *Lex Titio uſusfructus ff. de condit. & demonſtrat.*
108 *Libertatis cauſa fauorabilis ualde.*
109 *L. 4 ff. de acquir. hæredit.*
110 *Intellectus l. qui ex duabus. ff. de aquir. heredit.*
111 *Caſus in quo conditionalis institutio tranſmittitur pendente conditione. Ne quia pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedat.*
112 *Verbum nequiuerit continet ſub ſe uerbum noluerit.*
113 *Primus effectus uulgaris ſubſtitutionis eſt, ut porrigatur ad pupillarem.*
114 *An iſtud procedat, quando mater eſt in medio.*
115 *Lex præcibus C. de impub. & num. 130.*
116 *Verbum omnino quam ſignificationem habeat.*
117 *Lex fin. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. factis, & num. 123.*
118 *Vulgaris expreſſa porrigitur ad pupillarem tacitam, ſeu præſumptam ex coniectura tamen teſtatoris.*
119 *Nulla ex legibus de pupillari tacita loquentibus ponit limitationem, quando mater ſupereſt. & 129. & 131.*
129 *Lex iam hoc iure. ff. de uulg. & pupill.*
121 *Duo tantum caſus excipiuntur, in quibus uulgaris expreſſa non porrigitur ad pupillarem.*
122 *Matris exiſtentia non eſt in aliqua conſideratione in iſta materia. & 123.*
123 *Lex quamuis C. de impub. & alijs ſubſtit.*
124 *Mater excluditur à ſucceßione filij per pupillarem ſubſtitutionem, etiam ultima & 133. ubi procedit & in non expreſſa.*
126 *Pupillaris, quæ continetur in compendioſa, & quæ continetur in recipro ca matrem excludit.*
127 *Pupillaris, quæ in compendioſa continetur non eſt omnino expreſſa. Et idem in illa, quæ in Reciproca.*
128 *Plus & Minus non conſtituit ſpecificam differentiam.*
129 *Differentiæ nimium ſubtiles uti ſcrupuloſæ ſunt abijciendæ.*
133 *Mater non excluditur per tacitam pupillarem, quando eſt inſtituta & num. 134 limitatur ut nu. 137.*
136 *Non eſt opus diſcutere an in uulgari expreſſa ſit tacita pupillaris, ſed an operetur effectum ſuum contra matrem. An uerò nullo modo inſit. tenendo quòd mater excludatur.*
137 *Sed loquendo ſecundum aliam opinionẽ quòd non excluditur, dico quòd non in eſt ex uerbis, ſed eſt ex legis diſpoſitione ſic interpretantis*

mentem teſtatoris.

138 *Quando mater eſt inſtituta, & abſtinet ab hæreditate, tunc pupillaris tacita locum habet, & idem ſi aliter non ſit hæres.*
139 *Si ſemel eſt aperta uia ſucceſsionis ab inteſtato, non iterum reuertendum ad ſucceſsionem ex teſtamento, & quomodo iſtud procedat.*
140 *Conditio ſi ſine filijs deceſſerit uerificat ſi filij extant, licet non ſint hæredes & quomodo iſtud procedat.*
141 *Secundus effectus uulgaris ſubſtitutionis eſt, quare impedit ius accreſcendi: & nunquid procedat etiam in tacita ſubſtitutione num. 143. & ſeg.*
142 *Ius accreſcendi non eſt ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris, ſed ex tacita, immo ex legis diſpoſitione & nu. 145.*
143 *Expreßum facit ceſſare tacitum.*
147 *Verbum quaſi, & uerbum ueluti ſimilitudinem ſignificant.*
147 *Subſtitutio uulgaris an excludat ius deliberandi?*
149 *Verba illa uulgaris ſubſtitutionis ſi hæres non erit, quomodo uerificentur & num. 158.*
150 *L. ſi quis filium §. 1. ff. de acquir. hær.*
150 *L. 1. C. de his, qui ante apert. tab. & num. 152.*
152 *Natura dictionum, licet, & ſi, tamen ſi, etiam ſi,*
153 *Verbum inuicem non ſemper reciprocam habet ſignificationem.*
154 *L. 3. C. de iure delib.*
155 *Duplex ius deliberandi.*
156 *Subſtitutus admitti non poteſt, antequam euacuatus omnino ſit gradus inſtitutionis, & quando dicitur euacuatus, & num. ſeg.*
156 *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.*
158 *L. 1. §. cum autem in ſuperiore C. de Cad. tollen.*
159 *L. fin. C. de neceſſar. ſer. hæred. inſtit.*
161 *Beneficium debet intelligi citra præiudicium tertij, cui eſt ius quæſitum.*
162 *Tranſmiiſsio, quæ fit ex diſpoſitione l. cum antiquioribus C. de iure delib. non minus excludit ſubſtitutum, quàm cæteræ.*
163 *Limitatur ſupradicta concluſio.*
164 *Hodie perraro locum habet ius deliberandi ſtante beneficio inuentarij, de quo in l. fi. C. de iure deliber.*
165 *Tertius effectus uulgaris ſubſtitutionis, quia facit de neceſſario uoluntarium. Et an hoc ſit uerum?*
165 *Quomodo extinguatur, aut finiet uulgaris ſubſtitutio.*

Capiendo

CApiendo nunc ſingulas ſpeties ſubſtitutionum, Primò uidendum eſt de uulgari; prout & legum latores ab iſta cępiſſe uidētur. ut in tit. ff. de uulg.
1 & pupill. & inſtit. de uulg. & hoc fortè, † quia hęc eſt generalior cæteris directis.

Pro huius igitur ſubſtitutionis declaratione primò uidendum eſt, quid ſit ſubſtitutio uulgaris: Secundò quotuplex ſit. tertiò unde & quare dicatur uulgaris. Quartò qua ratione fuerit introducta hæc ſubſtitutio. Quintò quibus uerbis fiat. Sextò quomodo intelligantur, & quot modis illa uerba huius ſubſtitutionis, ſi hæres non erit Septimò qui ſint effectus uulgaris ſub ſtitutionis. Octauò quomodo extinguatur, ſeu finiat. Redeun-
2 do igitur ad primum, † quæro, quid ſit uulgaris ſubſtitutio, ut ſciamus quid ſit illud, de quo nunc tractamus Ioannes de I mo. in l. j. ff. de uulg. & pupill. col. ij. uer. extra glo. Sic difinit, quòd ſubſtitutio uulgaris eſt ſubſtitutio directa, quæ à quolibet, & cuilibet fieri poteſt, nihil ſpecialitatis habens quæ difinitio ſatis uidetur quòd poſsit ſuſtineri: conſtat enim ex genere, & differentijs: Nam uerbum ſubſtitutio eſt loco generis: cum multæ ſint ſpecies ſubſtitutionum ut ſupra fuit declaratum in præludijs. uerbum autem directa ponitur ad differentiam fideicommiſſariæ. uerba illa à quolibet, & cuilibet, ad differentiam pupillaris, quæ à patre tantum, & pupillo tantum in poteſtate exiſtenti fieri poteſt. Item ad differentiam exemplaris, quæ à parentibus tantum, item furioſis, aut mente captis tantum fieri poteſt, ut in l. humanitates C. de impub. & alijs ſubſtitut. & in §. qua ratione inſtitut. de pupill. ſubſtit. Item nihil ſpetialitatis habent ad diffierentiam directæ militaris, quæ de iure ſpetiali ex militum priuilegio fit. ut in l. Centurio. ff. de uulg. & pupill. & in l. miles ita in princ. & in l. milites etiam his. ff. de milit. teſt. hāc tamen diſſinitionem purgabat Lancel. Polit. in ſuo tract. ſubſtit. ideo quia non eſt uerum, quòd a quolibet, & cuilibet fieri poſsit: Nam ſi ſit aliquis infans, uel furioſus aut ſeruus, certum eſt quòd ab eo fieri ſubſtitutio iſta minime poterit. rurſus incapaci pariter fieri non poterit. Sed eam defendendo dico, quòd hic non diſſinitur perſona illius, qui ſubſtitutionem uulgarem facit: ſed diſſinimus ſubſtitutionē iam factam:
3 † ideo præſupponimus perſonam aliàs habilem ad teſtandum: cum alioquin inepta, aut potius captioſa eſſet intelligentia in eo, qui teſtamenti factionem non habet: quia nec uulgaris, nec alia cadere in eo

in eo poterit & ita etiam ex parte illius, cui ſit,capacitas, & teſtamenti factio paſsiua præſupponenda eſt: fruſtra enim de ſubſtitutione quæreremus,ſi non præſupponamus perſonam habilem. Ad
4 quòd facit tex.in l. qui teſtamento in prin.ff. de teſtam. † nec prædictis obſtat,quòd idem Polit.dicebat,quòd ſi uolumus præſupponere habilitates perſonarum etiam pupillaris a quolibet,& cuilibet fieri poteſt, habili tamen. Nam dico quòd habilitas quam ſubintelligimus,aut præſupponimus in perſonis, eſt intelligenda habilitas in uniuerſum, uidelicet quòd ſit capax teſtamenti factionis actiuę, & paſsiuę: & tunc uerum eſt; quòd uulgaris ſubſtitutio a quolibet & cuilibet fieri poteſt. Non autem eſt intelligendum de habilitate reſpectu iſtam, uel illius ſpetiei ſubſtitutionis. Non etiam obſtat
5 aliud,quòd ipſe contra hanc diffinitionem dicebat,† uidelicet quòd non conuenit illi uulgari, quæ continetur in expreſſa pupillari, ſeu rectius loquendo,ad quem porrigitur expreſſa pupillaris.ut in l. iã hoc iure.ff.de uulg. & pupill. cum concord. Quia illa non a quolibet, & cuilibet fieri poteſt. Sed a patre tantum: & filijs pupillis, & in poteſtate exiſtentibus tantum. Nam reſpondetur,quod hic diffinitur ſubſtitutio expreſſa,eſt quæ uerbis teſtatoris inducitur: Illa autem prouenit ex legis extenſione,ſeu interpretatione. Prætered dico, quòd immo eſt illa,prout uulgaris eſt; à quolibet,& cuilibet fieri poteſt: Neq; illæ qualitates, uidelicet quòd a patre tantum fiat & filijs tantum pupillis &c. ad illam ſunt quoquo modo neceſſariæ. Sed ad ipſam tantum modo pupillarem. magis tamen ob-
6 ſtat illud † quòd idem Polit. dicebat,illa uerba nihil ſpetialitatis habent ſunt ſuperflua propter alia uerba a quolibet,& cuilibet: quia certum eſt, quòd ea, quæ ſpetiali priuilegio alicui conceduntur, non a quolibet.& cuilibet fieri poſſunt: immo hæc contraria ad inuicem uidentur. l. j. C. de theſauris lib. x. l.j. in fi.ff.ad municip.
7 † ex alio etiam uidetur quòd hæc diffinitio non ſubſiſtat,quia dum uult diffinire, & declarare quid ſit ſubſtitutio, dicit quòd eſt ſubſtitutio, & ſic per idemmet uerbum. Adeo quòd non declarat ſubſtantiam huius diſpoſitionis, de quo nunc quæritur,prout in ſimili
8 dicitur† quòd ratio non debet eſſe eadem cum dicto ſecundam igi
9 tur diffinitionem tradebat idem Polit. quòd † uulgaris ſubſtitutio eſt ſurrogatio quædam hæredis in locum prioris, qui non exiſtet. Et hanc ſimpliciter ſequitur Iaſ. in ſuo tract. ſubſtit. ſed cõtra iſtã diffinitionem mouetur difficultas, quia non conuertitur cum ſuo diffinito: quod requiritur, ut bona ſit, prout dixi ſupra in Prælud. & allegari ſolet.tex.in l.j. §. j.ff. de dolo.iſtud autem apparet, quia

directa militaris poteſt dici ſurrogatio in locum hæredis, qui non exiſteret. & ſic datur diffinitio abſque diffinitio: niſi ſaluando diffinitionem dicat, quòd immo non eſt diffinitio abſq; diffinito: quia aut primus inſtitutus fuit hæres, aut non. ſi fuit hæres, non ſumus in caſu diffinitionis, quæ loquitur quando primus non fuit hæres:
10 aut fuit hæres, † & tunc etiam quòd a milite ſit facta, tamen erit uulgaris, arg. l. Centurio. ff. de uulg. & pupil. ubi ſi miles filio ſuo pupillo facit ſubſtitutionem compendioſam, & contingat illam in pupillari ætate decedere, ualebit ut pupillaris, & ceſſabit priuilegium militis: quia non eſt neceſſariũ: ita ergo & in caſu uulgaris dicemus. Sed quid ſi conſtaret militem uti uoluiſſe iure militari, quo caſu erit directa militaris, non autem uulgaris. tunc dicam ſatis eſſe, quòd diffinitio procedat ſecundum diſpoſitionem iuris communis ut dixi ſupra. Ex alio tamen hæc diffinitio patitur dif-
11 ficultatem: quia datur diffinitio abſq; diffinito: † nam & ius accreſcendi poteſt dici ſurrogatio hęredis in locum prioris, qui non exiſteret. Ex duobus enim, aut pluribus hæredibus inſtitutis, ſi unus eorum deficit, & ſic hæres non exiſtit, portio ſua cohæredibus accreſcit: & ſic in illius locum ſurrogantur. ut habetur in l. j. C. quãdo non pet. part. petent aceres. in l. qui plures. ff. de uulg. & pupill. & alibi ſæpe.

Tertiam tradebat diffinitionem Iaſ. in l. j. col. iij. uer. extra. glo. ff. de
12 uulg. & pupill. uidelicet † quòd ſubſtitutio eſt ſecunda inſtitutio directa, quæ a quolibet, & cuilibet fieri poteſt. Et hanc approbat Guliel. de Benedict. in c. Raynutius in uerb. Si abſque liberis. ij. de teſtam. & eam declarant, prout per eos. uerum contra hanc diffinitionem obſtãt ea, quæ dixi ſupra in prælud ijs circa diffinitionem
13 ſubſtitutionis in genere, in tertia difficultate † Nam non ſolum ſecunda ſubſtitutio fieri poteſt, ſed etiam tertiá, & quarta, deinceps ad libitum teſtatoris: ideo non recte dicitur ſecunda inſtitutio, cũ poſſit eſſe longe ulterior. ut in l. j. in prin. ff. de uulg. & pupil. & inſtit. eo. tit. in princ. nec dicatur, quòd omnes ſubſtitutiones pro ſecunda inſtitutione habentur quot ſint, prout de nuptijs ſecundis dicitur: quia omnes poſt primus, ſecundæ dicuntur, quia in ea iura ſupra allegata contrarium dicunt: non enim dicunt: quòd omnes ſubſtitutiones poſt inſtitutionem ſecunda dicitur: aut quòd ſint ſecundi gradus: Sed immo appellant plures ſubſtitutiones, & plures gradus, ut in d. l. in prin. & in l. quidam teſtamento proculũ. ff. de uulg. & pupill. & inſtit. eo. tit. in princ. ideoq; quot erunt ſubſtitutiones, tot dicentur gradus. ut in prædictis iuribus: ultra quòd uerba

uerba repugnant, ut tertia, aut quarta dicatur ſecunda inſtitutio. obſtant etiam ea, quæ ibi in dicta diffinitione ſubſtitutionis in genere dixi ſuper quarta difficultate.

Quapropter ego nunc duo & uiginti ſunt anni, ſic uulgarem ſub-
14 ſtitutionem diffiniendo† dicebam quòd eſt diſpoſitio teſtatoris directo & communi iure transferens hæreditatem ſuam in aliquem in defectum præcedentis non exiſtentis hæredis. continet enim
15 iſta diffinitio ſubſtantialia rei diffinitæ: † conſtat ex genere & differentijs: item cōuertitur cum ſuo diffinito, ſi recte conſideretur: & prout in bona diffinitione hęc omnia concurrere oportet. uerbum illud diſpoſitio teſtatoris eſt loco generis: plures enim ſunt ſpeties diſpoſitionum: teſtatoris dico ad differentiam diſpoſitionis legis, ut in ſucceſsione ab inteſtato: Item ad differentiam iuris
16 accreſcendi, † quod non eſt ſimpliciter diſpoſitio teſtatoris, ſed legis, ut in l. ſi in teſtamento. ff. de uulg. & pupill. item dico quòd ſubſtitutio uulgaris eſt diſpoſitio teſtatoris, declarando ſubſtantiã ipſius rei: non autem debet dici, prout dicebat Ioann. de Imol. quòd ſubſtitutio uulgaris eſt ſubſtitutio &c. inſuper dico directo ad differentiam fideicommiſſariæ. item communi iure ad differentiam directæ militaris, quæ ex iure militari, ſeu ſpeciali fit l. centurio. ff. de uulg. & pupill. & l. miles ita in prin. & in l. milites etiam hic. ff. de milit. teſt. cum ſimil. transferens hæreditatem: dico ad differentiam ſubſtitutionis, quæ in legatis, & donationibus cauſa
17 mortis fieri poteſt. ſuam † dico ad differentiam pupillaris; per quã non in hæreditate ipſius teſtatoris ſuccedit ſed in hæreditate, & in bonis pupilli ut declarat text. inſtit. de pupill. in prin. & ff. eo. tit. in l. j. In defectum præcedentis non exiſtentis hæredis dixi, ut comprehendant. oēs curſus, in quibus uerificari hæc ſubſtitutio poteſt. ut quia nolit repudiando, uel quia non poſſet morte præuentus, uel aliter quomodocunq; nam in omnibus iſtis caſibus uerificari hæc ſubſtitutio poteſt ut infra in progreſſu materiæ uidebimus. Item hæc diffinitio conuertitur cum ſuo diffinito: Quia non dabitur ſubſtitutio ulla uulgaris, cui hæc diffinitio, nō conueniat: rurſus nec erit hæc diffinitio quæ non ſit uulgaris ſubſtitutio item in ea ceſſant omnes difficultates ſupra motæ, ſi rectè ſingulæ conſide-
18 rentur. Alijs quoq; uerbis ſic diffiniri poteſt † ꝙ eſt cōpoſitio teſtatoris continens ſucceſsiuũ gradum hęreditatis ſuę in defectum prę cedentis de iure communi. Succeſsiuum gradum dico, ut comprehendere poſsit omnes ſubſtitutiones, quæ fieri poſſunt, ſuis primo, ſiue ſecundo, uel ulteriori loco: cætera uerba proſequere & de

F 2 clara

clara ut in præcedenti diffinitione dictum fuit.

Aliam quoq; inueni traditam fuiſſe diffinitionem per quem dam.
19 Ant.fumeum in ſuo Tract.ſubſtit. † uidelicet quòd uulgaris ſubſtitutio eſt altera hæredis inſtitutio directa in locum non adeuntis prioris inſtituti. Sed contra hanc obſtat, quòd de directa militari dicitur: quia & illi conuenit diffinitio, & tamen non eſt uulgaris. niſi tamen reſpondens, prout dixi ſupra circa ſecundam diffinitionem. Et iſta ſufficiant quo ad diffinitionem uulgaris ſubſtitutionis. Secundo principaliter quæritur quotuplex ſit ſubſtitutio uul-
20. garis. † Aliqui dixere eam duplicem eſſe, uidelicet expreſſam, & ta-
21 citam ut glo.inſtit.de pupill. in §. qua ratione in glo. magna. † Et expreſſa ſubdiuiditur, quia quædam expreſſa uerbis generalibus. ut illa, quæ continetur in reciproca, & in compendioſa. Quædam expreſſa ſpetialiter, ut ſi hæres non erit, titium ſubſtituo. Quædam deniq; expreſſa ſingulariter; ut ſi moritur, priuſquam adeat: uel ſi hæres eſſe noluerit, caium ſuſtituo. ut per Bart.in l. j. ff.de uulg.&
22 pupill. † Et tacita uulgaris pariter ſubdiuiditur. ſecundum Doctores: quia alia præſumpta, Alia interpretata, alia rubea, ut per Guli. de cunio in l.precibus.C.eo.& ibi etiam Cin.additur. tertium mẽbrum, principale per Bar.in d.l.j. uidelicet alia expreſſa. alia tacita. alia partim expreſſa, & partim tacita. ſuper qua quidem diuiſione plura dicuntur per Doctores, quàm fortè expediat. ut per Polit.in ſuo Tract.& per alios. mihi certè non diſplicet omnes iſtas ſubſtitutiones uulgares poſitas fuiſſe per Bart.& alios antiquos: & ſi nõ in ueram & ſubſtantialem diuiſionem reſultat dialectico ſcilicet more, ſaltem ad hoc deſeruit, qui a apertiùs declaratur, & intelligitur materia iſtius ſubſtitutionis uulgaris ego autem, quantum ad
23 diuiſionem attinet, † Dico quòd alia eſt ſubſtitutio uulgaris, quæ uerbis formalibus per teſtatorem expreſsis fit alia uerò, quæ reſultat ex uerbis pariter per teſtatorem, expreſsis, non tamen formaliter ſed ex eorum generalitate. alia denique, quæ ex interpretatione legis mentem teſtatoris ſic interpretantis inducitur. prima igitur, quæ expreſſa uerbis formalibus dicitur, eſt illa, de qua in l. j. in princ.ff.de uulg.& pupill.& inſtit.eo.tit. in prin. uidelicet ſi titius
24 hæres non erit ſeium ſubſtituo: Quæ uerba illam habent ſignificationem, ut quia non uult, uel quia non poteſt eſſe hæres l. cum proponat C.de hæredib.inſtit. Et ideo uter ex illis duobus caſibus eueniat ſubſtitutum admittitur tanquam ex ſubſtitutione expreſſè facta: Et hoc in eo, cuius conditionem teſtator ſciebat neque in ea errabat: aliàs autem locum habet quod dicitur in l.ſi præterfamilias

lias cum l. ſequen. ff. de uulg. & pupill. & in §. fi. inſtit. eod. titu.
25 †Illa eſt uulgaris, quæ reſultat non ex formalibus uerbis, de quibus ſupra proxime. ſed ex quibuſdam uerbis generalibus, ut quando fit reciproca ſubſtitutio, uos inuicem ſubſtituo. uel compendioſa ut quandocunque deceſſerit, &c. nam in concipiendis iſtis ſubſtitutionibus non exprimuntur uerba illa formalia uulgaris, ſubſtitutionis, ſed quædam alia uerba, quæ ob eorum generalitatem poſſunt ita uulgarem ſignificare, ſicut aliam ſpetiem ut pupillarem, fideicommiſſariam, & ſimiles. Et ſi quidem euenit caſus uulgaris, ut quia inſtitutus repudiat, uel prius moriatur, quam adeat, illamet uulgaris reſultat in ſubſtantia, quæ etiam ex uerbis formalibus reſultat uidelicet ſi hæres non erit, &c. & illoſmet effectus operatur Et idem etiam ſi euenit caſus pupillaris. ut quia ille decedat adita iam hæreditate, ſed in pupillari ætate: & idem de fideicommiſſaria, ſi forte poſt aditam & poſt pubertatem moriatur. Adeo ſane quòd differentia tantum conſiſtit in modo, aut forma uerborum, quæ exprimuntur in illis concipiendis. Sed ſi quæras an iſtæ ſubſtitu-
26 tiones, quæ ſic in reciproca † & in compendioſa continentur, debeant dici tacitæ an uero expreſſæ. Dico quòd non poſſunt dici omnino expreſſæ, quia uerum eſt quoad formalitatem uerborum non eſſe expreſſam uulgarem, ſic etiam nec pupillarem: quia non fuerant expreſſa uerba illa ſi hæres non erit &c. uerum tamen eſt, quòd ſub generalitate uerborum poſſunt dici quoquo modo expreſſæ, prout fatetur etiam Bart. in d. l. j. in ſecunda quæſtione principali. ff. de uulg. & pupill. & Alex. in conſi. cci. col. iij. uer. Confir-
27 mantur colum. vj. † tacitum enim dicitur illud quod non ex uerborum. ſed potius ex interpretatione uenit, ut eſt in caſu l. iam hoc iure. ff. de uulg. & pupil. in caſu autem noſtro non eſt neceſſaria aliqua interpretatio, quia uerba ex eorum ſignificatione poſſunt caſum hunc importare, ut declarat Bal. in conſ. lij. num. ij. uerſ. ex his etiam apparet col. j. faciunt etiam quæ tradunt Bart. & alij in l. Prætor ait in prin. ff de noui operis nunciat. & alij Doctores ibi notãt & quæ tradit Aret. in conſi. cccxciij. col. j. Dec. conſ. cclix. num. 3. licet ergo habet ſubſtitutiones ꝑ prædicta magis expreſſæ poſsint dici, quàm ſint illæ, de quibus in d. l. Iam hoc iure, tamẽ in ueritate nõ poſſunt abſolutè dici expreſſæ, prout ſunt illæ, quorum uerba formalia expreſſa fuerunt quę illarum tantum ſignificant ut in d. l. i. & ij. ff. de uulg. & pupill. & inſtit. eod. tit. Non enim expreſſum omnino illud dicitur, quod ſub generalitate uerborum eſt inuolutum ut tradit Oldr. in conſi. cxciij. colum. ij. uerſi. quartò requiritur.

Tertia

Tertia uerò ſubſtitutio uulgaris eſt, quæ uenit ex legis interpreta-
28 tione, † quando ſcilicet teſtator in uno caſu facit ſubſtitutionem, & ille caſus non extitit, ſed euenit alius caſus quem uerba ſubſtitutionis per teſtatorẽ factæ non comprehendunt nec ſpecifice, nec ſub eorum generalitate: tamen lex ſecuta uerè ſimilem mentem teſtatoris, & illam ſic interpretando extendit ſubſtitutionem illam in certum caſum per teſtatorem factam etiam ad illum, qui extitit; licet ſub uerbis per teſtatorem expreſsis nullo modo contineatur
29 Exempla plura ex multis legibus colligi poſſunt. † Et primò ex lege iam hoc iure. ff. de uulg. & pupill. ubi ſi teſtatòr facit ſubſtitutionem pupillarẽ ſub illis uerbis ſi hæres erit, & in pupillaris ætate deceſſerit: quæ quidem uerba ſine dubio nec ſpecifice, neq; ſub eorum generalitate cõprehendunt caſum, quando ille pupillus decederat antequam ſit hæres: immo uerò iſti duo caſus ſunt contrarij ad inuicẽ, uidelicet ꝙ pupillus decedat poſtquã ſit hæres: uel anteq̃ ſit heres: ideoq; ex ui uerborũ caſus uulgaris ſubſtitutionis nullo modo cõprehenditur: tñ lex hoc modo interpretatur mentem teſtatoris, quando caſus ille extitit, uidelicet quòd ſi pupillus hæres inſtitutus decedat antequàm adeat hæreditatem quòd ſubſtitutus pariter admittatur ex uulgari, licet non ſit caſus iſte quoquo modo in uerbis comprehenſus. uerũ tamen eſt, quòd Polit. in ſuo tractatu in minus forte in hoc ſubtilizando contrarium attentauit. in materia pupillaris in uer. octauo. principaliter. ubi dicit quòd licet uulgaris expræſſa porrigatur ad tacitam pupillarem: non ſic tamen contra eſt, quia pupillaris expræſſa non porrigitur ad tacitam uulgarẽ. Quæ tamen opinio mihi nullo modo uidetur probanda, immo uerò eſt contra tex. in l. iam hoc iure: de quo tamẽ in loco ſuo dicemus latius. Hoc idem ergo erit ſi pater filio ſuo pupillo ſubſtituat uulgariter, uidelicet ſi hæres non erit: & in ipſo eueniat caſus, quòd ſit hæres, & poſtea in pupillari ætate decedet: licet in ea ſubſtitutione caſus uulgaris tantum ſit expreſſus, tamen admittetur ſubſtitutus etiam in iſto caſu ex tacita pupillari: quia lex ita interpretatur mentem teſtatoris, ut in d. l. iam hoc iure in primo reſponſo, & in. l. quamuis C. de impub. & alijs ſubſtit. & idem probat in l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. factis. ubi illa ſubſtitutio facta ſub illis uerbis, ſi poſthumus non naſcetur, uerificatur etiam in caſu ſi naſcatur, & impubes moriatur, eo caſu ſcilicet, quando mater non ſupereſſet. Aliud quoque exemplum tacitę uulgaris poni poteſt in caſu legis Gallus in princ. iuncto. §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſth. ubi caſus mortis per teſtatorem expreſſus uerificatur

catur

catur etiam in aquę & ignis interdictione : immo uerò & in emancipatione . quòd ibi fit per extenſionem ſecundæ ad prouiſionem Galli. & licèt Bart. ponat iſtum caſum ſub alio membro, tamẽ mihi uidetur, quòd immo ſub iſtomet contineatur. Quia illa uerba ꝑ teſtatorẽ expræſſa pariter non continebant caſum iſtum, quemadmodum etiam in caſu d. l. iam hoc iure . & eſt lex etiam his, quæ hoc facit interpretando mentem teſtatoris , & caſum eius expreſſum extendendo etiam ad alium , qui extitit licet diuerſum ab ex-
31 preſſo . † Et eò etiam pertinere exiſtimo , quòd habetur in l. titius & ſeius cum l. ſeq. ff. de heredib. inſtit. Nam & ibi, cum uerba ſubſtitutionis per teſtatorem expreſſa deficerent, lex ea ſupplet. ſic interprætando mentem teſtatoris . uerum tamen eſt, quòd illa poſſet dici ſubſtitutio expræſſa uerbis generalibus, de qua in ſecundo membro locuti fuimus : quia illa uerba uter eorum uiuet, hæres eſto, uidentur æquipollere illis uerbis, eos inuicem ſubſtituo . Sed utcunque illa uerba non ſunt expræſſa, ſed tacita & à lege ſic in-
32 terprætata. † & hoc idem dico in caſu legis fin. C. de hæredi. inſtit. ubi uerba illa ambigua , Sempronius Plotij hæres eſto , lex uariò interpretatur , ſecundum caſuum diuerſorum contingentiam : & ſic eſt ex interpretatione , ſeu ex declaratione legis illa ſubſtitutio uulgaris in illo caſu , uidelicet quando teſtator ſibi hæredem prius inſtituerat Plotium. & poſtea protulit illa uerba , Sempronius Plotij hæres eſto . Siue modo tacitam , ſiue pręſumptam, ſiue dubiam ipſam appelles , non puto ex his conſtitui debere diuerſa membra ſubſtitutionis uulgaris : cum ſemper in omnibus iſtis caſibus non ſit ex ſignificatione ipſorum uerborum , ſed ex legis interpretatione , ſiue quia uerba ſunt dubia , ut ibi , ſiue quia ita ſit præſumpta mens diſponentis , ſatis eſt, quòd non eſt expreſſa ſubſtitutio ex uerbis, ſed eſt interpretata à lege , quæ ſic intelligit men-
33 tem teſtator. † Quid autem in caſu legis ſiquis inſtituatur hæres ſi legitimus ff. de hæredib. inſtit. an ibi dicatur tacita, an præſumpta, ſiue dubia ſubſtitutio , aut interpretata ? Ego breuiter puto nullam ibi eſſe ſubſtitutionem , ſed potius dici ibi debet inſtitutio facta ſub conditione illa , ſi ueniente ab inteſtato non fuerint hæredes . Quemadmodum ſi ſub quauis alia conditione fuiſſent inſtituti , puta ſi nauis ex Aſia uenerit : & illi uenientes ab inteſtato in
34 caſu illius legis † non dicantur inſtituti , aut uocati per illa uerba ſecundum intellectum , quem ad illum tex. puto ueriorem .

Tertiò principaliter quæritur, unde dicta ſit uulgaris ſubſtitutio,
35 & cur ſic dicatur † & quoniam iſta quæſtio eſt inutilis , & parum

fructuoſa

fructuoſa, idcirco non immorabor. Doctores ſex aut ſeptem cau ſas reddunt, cur ita dicta ſit, ut per eos, non referro. Hoc tantum dico, quod puto uerum, ideo ſic appellatam fuiſſe hanc ſub-
36 ſtitutionem, quia ipſa magis latè patet, quàm ceteræ aliæ † nam pupillaris non ab omnibus, neq; omnibus fieri poteſt: ſed à parentibus tantum filios in poteſtate habentibus: item filijs tantum pupillis, & in poteſtate exiſtentibus. Similiter exemplaris à parentibus tantum fieri poteſt filijs, furioſis, mente captis, aut alio ſimili morbo laborantibus. Directa militaris à militibus tantum fit. ceteræ uerò ſcilicet, reciproca, item compendioſa, & fideicommiſſaria, licet & ipſe poſsint plerunque & omnibus, & ab omnibus fieri, tamen alijs rationibus commodius alijs nominibus ap-
37 pellatę fuere † ne omnes ſimul eodem nomine uocarentur. Et nomina ad beneplacitum imponuntur, ut notatur in rub. ff. ſoluto matr. & alibi paſsim. Supradictæ enim aliæ ſpecies ſubſtitutionum, uidelicet pupillaris, exemplaris, & directa militaris aliquid ſpetialitatis in ſe habent, pro ut in earum ſingulis petere poteſt: nec autem indiferenter ab omnibus, & omnibus fieri poteſt, qui modò taſtamenti fectionem habent: meritò ergò illarum reſpectu uulgaris dicta eſt.
Quartò principaliter quæritur quare fuerit hęc ſubſtitutio uulga-
38 ris inuenta? † & breuiter etiam in hoc inſtando dico primum eadem ratione fuiſſę introductam, qua fuit data facultas inſtituendi hæredem, legata relinquendi & cætera, quæ in teſtamentis diſpo-
39 nuntur † ut ſcilicet unicuiq; liceat de bonis ſuis ad libitum diſponere l. j. C. de ſacro ſanct. eccl. & uti legaſſet ſuę rei, ità ius eſto l. j. in prin. ff. ad l. falcid. l. uerbis legis. ff. de uerb. ſignific. uel magis
40 ſpecifice declarando dici poteſt † quoniam lex ſumopere curat, ut uoluntates defunctorum ſuum ſortiantur effectum: & pro lege eã ſeruari mandauit §. diſponat in aut. de nupt. fac it tex. in l. fi. C. de fideicom. & in l. hac cõſultiſsima §. at cũ humana fragilitas C. qui teſtam. facere poſſunt. cum ſimil. ideo etiam publicam dicitur re-
41 ſtituere utilitatem. l. uel negare. ff. quemad. teſt. operant. † unde cum teſtamenta effectum habere non poſsint, niſi hæreditas adeatur l. Si nemo. ff. de teſtam. tut. ſi hęres inſtitutus non adiret, omnia in teſtamento ſcripta corruerent ideo lex introduxit iſtum alium gradum, ut per illum ſuſtineri teſtamentum poſsit, hærede primo non adeunte. facit tex. in l. in princ. C. de Cad. tollen. item quia eſſe poſſet, quòd teſtator magis cuperet, bona ſua ad aliquem pertinere poſt primum hęredem, ſeu illo non adeunte, quàm ad uenientes

tes ab inteſtato: ideo ut plenius ſatisfieri poſsit uoluntati defunctorum, fuit & iſta ſpecies ſubſtitutionis introducta. De quo latius etiam dixi ſupra in Prælud. in fine.

42 Quintò principaliter quæritur,† quibus uerbis fiat ſubſtitutio uulgaris: in qua quæſtione non recedendo ab his, quæ Bart. tradit in
43 l.j.ff.de uulg.& pupill. †Dico quòd ſubſtitutio uulgaris, quæ fit ſpecificis, & expreſsis uerbis habet duo extrema, ſeu duas partes ſubſtantiales. unum extremum, eſt quòd refertur ad eum, cui fit ipſa ſubſtitutio: Alterum, quòd refertur ad eum, qui ſubſtituitur: & primum ſemper eſt negatiuum, ſeu priuatiuum, ut ſi titius hæres non erit: ſecundum uerò eſt affirmatiuum, ſeu poſitiuum, uidelicet
44 Sempronium ſubſtituo. † illa uerò uerba alia, uidelicet. titium inſtituo, non ſunt de ipſa ſubſtitutione: ideo non eſt nunc de illis loquendum, tanquã non ſint uerba ſubſtitutionis: bene fateor, quòd illa uerba adeſſe debent, & præcedere ipſam ſubſtitutionem ſaltẽ quo ad ordinem intellectus: quia cum ſubſtitutio uulgaris ſit facta in locum ſeu in effectum pręcedentis, ut dictum eſt in diffinitione. meritò &c. Et hæc uerba expræſſa debent eſſe, ut in l. j. in prin. ff.
45 de uulg.& pupill. † ſuis ſaltem tacitè, ut in caſu l. ſi ita inſtituatur hæres ſi legitimus.ff.de hæred.inſtit. ſecundum illum intellectum, quòd ibi ſit ſubſtitutio uulgaris dicenda: cum tamen mihi rectius uideatur dici debere inſtitutionem ſub illa conditione factam, uidelicet. ſi legitimus hæres, eſſe noluerit: prout etiam uerbum inſtituatur indicat. de qua latiſsimè agit hic Polit.num.6.& nume.16. & ita & ipſe concludit. licet Bart. uideatur aliter intelligere. in d.
46 l.j. in tertia quæſtione. † melius ergo ponatur exemplum, in quo non eſt facta expreſſa ſubſtitutio, ſed tantum tacitè ſubintelligitur. in caſu l.cum in teſtamento. ff. de hæredib. inſtit. & in l. Gallus in prin.ff.de liber.& poſt.& in l.cohæredi.§.ſi.ff.de uulg.& pupill.ſecundum unum intellectum. & in l. ſi pater impuberes eo.tit. quæ iura allegat hic Bal. puto tamen ego pro uero intellectu illarum legum, quòd iuris conſulti ibi non præſupponant in teſtamentis illis non fuiſſe factam expreſſam inſtitutionem: ſed referunt tantum modo ſubſtitutiones, prout in iuribus illis factæ fuerant & de quibus tantum contingerat dubitari: non autem etiam de inſtitutionibus dubitabatur: ideo de eis non erat opus loqui: præſupponũt tamen iuriſconſulti in teſtamentis illis eas factas fuiſſe: ſed gratia euitandæ prolixitatis non referuntur: quia nec de eis quæſtio erat, ut dixi: & præſertim in caſu l. Gallus quia ibi deciditur tantum circá poſthumi nepotis uocationem; ſuper qua materia uidere potes

neque ad ſatietatem Polit. in ſuo tract. cuius prolixam diſputatio-nem non intendo referre. ualde tamen gauiſus ſum, poſtq̃ reperij ipsũ ita ad unguem, ut ſupra ego dixi, concludentem circa illa iura ſub num. 19. quod etiam ipſe comprobat. per tex. in d. l. gallus. §. in
47 omnibus, & per text. in l. ſi mater. §. j. ff. de uulg. & pupill. † dixi autem inſtitutionem præcedere oportere ipſam ſubſtitutionem. ſaltem quo ad ordinem intellectus; ex eo quia interdum ordo ſcripturę etiam alius eſſe poteſt, ut habetur in l. ij. §. prius. ff. de uulg. & pupill. ubi ſatis eſt, quòd quo ad ordinem intellectus inſtitutio præcedat licet ordo ſcripturæ alius ſit.

48 † Ad propoſitum igitur redeundo, uerba, quibus conficitur ſubſtitutio uulgaris, uidelicet ſi titius hæres non erit, ſubſtituo Gaium, habent duas partes, quarum una eſt negatiua ſeu priuatiua, ut ſi hæres non erit, ſi non naſcitur, ſi moriatur, & cætera id genus: Altera uerò pars eſt affirmatiua, uidelicet Gaium ſubſtituo, aut ſimil. Et iſtud eſt perpetuò uerum, & procedet in quacunque ſubſtitutione uulgari nedum in illa, quæ expræſsis & ſpecificis uerbis facta eſt. nam etiam quando duos inſtituit teſtator, aut plures, & dixit, eoſq; inuicem ſubſtituo: licet deſint uerba illa, quæ ad eum, cui fit ſubſtitutio, referuntur, uidelicet ſi alter eorum hæres non erit, tamen ſubaudiuntur. & iſte eſt modus formandi has ſubſtitutiones in perſona plurium breuibus uerbis, omiſsis illis quæ tamen ſubaudiuntur; ideoq; breuiloqua illa fuit a noſtris Doctoribus appellata: in ea tamen exprimuntur illa uerba ſubſtitutionis, quæ faciunt ipſum ſubſtitutum. ſimiliter & quando fit uulgaris in compendioſa contenta, ut quandocunque deceſſerit, titium ſubſtituo: Nam & his exprimuntur uerba, quæ ad utrunq; referuntur; illa enim uerba quandocunque deceſſerit, ſunt uerba negatiua ſeu priuatiua: idem enim eſt decedere, quòd non uiuere. pariter & in illa uulgari, quam tacitam, ſeu præſumptam, aut interpretatam a lege dicimus. Et denique in omnibus illis caſibus, in quibus lex tacitè ſubintelligit, ſeu interpretatur aut præſumit ſubſtitutionem iſtam, ſemper ſubaudiuntur uerba illa ex una parte negatiua, ex altera affirmatiua, ut fuit ſupra declaratum: Nam in caſu l. Iam hoc iure, dum in pupillari illa ſubſtitutione ſubintelligitur a lege tacita uulgaris, illa uerba ſubintelliguntur uidelicet ſi filius pupillus hæres non erit: uerba autem affirmatiua, quæ ad ſubſtitutum referuntur erant expreſſa ſub uno tantũ caſu, uidelicet ſi pupillus hæres eſſet, & in pupillari ætate decederet. trahuntur autem uerba illa per legem etiam ad aliam caſum, qui extitit in perſona eiuſdem pupilli, ſcilicet quando

hæres

hæres non fuit. & lex facit hanc interpratationem ex mēte præſumpta teſtatoris, quia credit, quòd ſi caſum iſtum cogitaſſet & uenturum, pariter in illo ſubſtitutum uocaſſet: unde etiam in caſu iſto ſubintelliguntur illa uerba negatiua, ſeu priuatiua, ſi hæres non erit. Et iſtud idem interpretando facit lex, etiam quando expræſsè eſt facta ſubſtitutio uulgaris ſub illis uerbis ſi hæres non erit: quia pariter lex interpretatur mentem teſtatoris, ut etiam ſi ſit hæres, & in pupillari ætate deceſſerit, admittatur ſubſtitutus ex ſubſtitutione pupillari, licet uerba per teſtatorem expræſſa hoc non ſignificent.

Quod tamen ſemper intellige, ſi modo concurrant ea, quæ ſunt ad pupillarem neceſſaria, ut prædicta probātur in d. l. iam hoc iure. ff. de uulg. & pupill. in l. hæreditatem, & in l. quāuis C. de impub. & alijs ſubſtit. & in l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condi. factis. & idem quòd ſupra dixi, uidelicet quòd ſubintelligantur uerba illa negatiua ſeu priuatiua ex parte eius, cui ſit; & affirmatiua ex parte eius, qui ſubſtituitur, procedit etiā in quacunq; alia tacita, ſiue præſumpta uulgari ſubſtitutione, ut in caſu. l. Gallus. §. & quid ſi tantū ff. de liber. & poſth. item in caſu l. titius & ſeius cum l. ſeq. ff. de hæredib. inſtit. nam illa uerba uter eorum uiuet, hæres eſto, ſic intelliguntur, ideſt ſi unus moriatur, & ſic uerba priuatiua, ſeu negatiua, alter ſit, hæres. Sic & in caſu fin. C. de hære. inſtit. in illis enim uerbis Semproni jus plocij hæres eſto, lex illam ſubſtitutionē interpretatur in caſu uulgaris: unde ſubintelliguntur illa uerba, ſi Plocius hæres non erit, Sempronius hæres eſto. Et denique hoc idem erit in omnibus caſibus uulgaris ſubſtitutionis, ſiue tacitæ, ſiue expræſſę, ſiue quocunque modo factæ.

Iuxta prædicta Pol. annectit complures quæſtiones. quæ tractātur per Todores in l. j. ff. de uulg. & pupill. & in l. Gallus. ff. de liber. & poſth. quas, ut nimiam prolixitatem, & faſtidium, nedum ſatietatē

49 euitem, conſultò prætermitto. † duo tantum uerba dicam ſuper prima ſua quæſtione, dum quærit, ſi teſtator dicat, titium inſtituo. Et ſi hæres non erit, uolo quòd reſtituat ſeio. an ſit uulgaris ſubſtitutio, uel fideicommiſſaria? & ſi quidem eſt fideicommiſſaria, uidetur quòd non poſsit ualere: præſertim quia ſi inſtitutus nō

50 eſt hæres, non eſt qui reſtituat: † immo totum teſtamentum, conſequenter & fideicommiſſum corruit. l. ſi nemo. ff. de teſta. tut. l. quia poterat. ff. ad Trebel. quòd etiam confirmatur ſecundum eū, quia ita uidetur relictum fideicommiſſum, ut illo tantum caſu inci

51 piat habere effectum † in quo ſi aliàs ualidum fuiſſet, anichilatum foret. Prout in ſimili de uſufructu alicui, cum morietur relicto,

dici pôt ut in l.titio cum moriatur.ff. de uſufr.& in l. uſufructū. ff de uſufr.legato ſed breuiter ego puto rē modico negocio termina ri poſſe ut cōcludamus ſubſtitutionē illā fideicōmiſſariā dici oportere:non aūt directā uulgarem quouis modo dici poſſe : niſi uellimus album pro nigro exponere : illa enim uerba uolo ut reſtituat,
52 †ſunt uerba fideicommiſſum importantia, non autem directam diſpoſitionem, ut eſt tex. in §.fi. inſtit. de ſingul. reb. per fideicom. relictis in l. cohęredi. §.cum filio ff.de uulg.& pupi.tradit Bart. in
53 l.Centurio.eo.tit.†nec magnam difficultatem faciunt illa uerba ſi hæres non erit : quia ſi eſt factum fideicommiſſum eo caſu, quo hæres non erit,nec poterit fideicommiſſum ipſum habere locum: quoniam,ſi nullus eſſet hęres,non eſt qui reſtituat,neq; ex cuius aditione teſtamentum confirmetur. Nam reſpondeo, quòd illorū uerborum rectus ſenſus debet eſſe iſte, & ita intelligenda ſunt illa uerba,uidelicet ſi ipſe hæres ſcriptus noluerit hæreditatem cum effectu habere, ſeu pro ſe retinere, tunc uoluit teſtator ipſum reſtituere eam fideicommiſſario: & ſicut eo caſu adeat, non tamen animo eam retinendi quando hæres eſſe non uult: ſed ad hunc finē ut confirmetur teſtamentum,& ut reſtituat: prout hoc idem euenire uidemus in quolibet hærede alij reſtituere grauato : quia & ſi
54 ipſe hæreditatem illam habere non uult cum effectu † cogitur tamen eam adire & fideicommiſſario reſtituere, ut eſt tex.in §. ſed ſi recenſet inſtit.de fideicommiſſa. hæredit. & in l.quia poterat in l. recuſare in l. Nam quod §. pen.& fin.& in l. cogi.ff. ad Trebell. ita ergo & in propoſito noſtro erit, quia ſi hęres inſtitutus noluerit hęreditatem illam, quia fortè damnoſam & ære alieno grauatam exiſtimet, uel aliàs quia ſic ſibi ſedeat, ut in prællegata l.quia poterat ff.ad Trebell. erit purificata conditiò ſubſtitutionis fideicommiſſarię ex uoluntate expreſſa ipſius teſtatoris. Et ad hoc ut locum habeat cogitur adire; & reſtituere, iuxta diſpoſitionem iurium ſupra allegatorum. Neque dicetur propterea conditionem illam deficere, ſcilicet ſi hæres non erit: quia intelligi debet de effectuali exiſtentia hæredis, & in hoc eſt purificata ipſa conditio : non autem debet intelligi de iſta uerbali, quæ ad finem confirmandæ ſubſtitutionis fideicommiſſariæ fit, non autem ad finem hæreditatis obtinendæ, tum per regulam generalem uerba ita accipi de
55 bere † ſcilicet cum effectu. l. j.§.fi.ff. quod quiſque iur. l. pen.ff. nequis eum.l.ij.in fi.C.communia de leg. & in ſpetie eſt tex.in l. j. § ſi nemo,& §. ſi quis adita ff. ad Tertull. tum potiſsimum in caſu iſto ita interpretari oportet, ut repugnantia ſeu perplexitas euitetur,

tur, & ut uoluntas defuncti ſuſtineatur. Et propterea non eſt uerum, quòd fideicommiſſarius eo tempore habere incipiat, quo debet deſinere, ſcilicet cum hæres titius fuit: quoniam illa uerba ſubſtitutionis ut dictum eſt, ſunt intelligenda, ſi hæres non fuerit, ſcilicet cum effectu habere heręditatem: non autem quando ipſam recuſat, ſed coactus adit, ut confirmetur teſtamentum, & eam reſtituat ſtatim: non etiam quando inſtitutus hæres grauatur alij reſtituere ſub aliqua conditione, puta ſi deceſſerit ſine liberis, aut ſine tacite quoq; ineſt, ut ſi ſtatim repudiat, & ſic nolit eſſe hæres, admittatur tamen fideicommiſſarius: & ille cogitur adire,
56 & reſtituere. ut eſt dictum † unde nunc eſt expreſſum id, quod tacite inerat. Quod nihil operatur. l.3.ff. de leg. 1. l. non recta C. de fideiuſſor.

57 Sextò principaliter quæritur † quomodo intelligantur, & quàm interpretationem recipiant illa uerba ſubſtitutionis uulgaris, uidelicet ſi hæres non erit, quod Bart. poſuit in primo effectu ipſius ſubſtitutionis. Circa quod eſt conſiderandum quia quandoq; illa uerba ſi hæres non erit apponuntur illi inſtituto, qui eſt ſui iuris: quandoq; uerò ei, qui alieno iuri ſubiectus eſt: & diuerſo modo quidem in perſona cuiuſq; eorum accipiuntur dicta uerba: ſed in quolibet dictorum caſuum eſt diſtinguendum: quia aut teſtator uerè ſcit conditionem illius, quem inſtituit, puta quòd ſit ſui iuris, aut alieni: aut errat circam eam. Aut incertum eſt ſciuerit uerò, an errauerit circa conditionem illius, quem inſtituit, & cui per illa uerba ſi hæres non erit, ſubſtituit. Primo igitur caſu ſci-
58 licet † quãdo teſtator inſtituit eum, qui uerò liber & ſui iuris erat: & hoc teſtator uerè ſciebat: eique uulgariter ſubſtituit per illa uerba, ſi hæres non erit. Tunc interpretantur uidelicet, ſi ipſe non ſit hæres ad ſui ipſius commodum adeundo, uel mutata conditione, alium hæredem non fecerit, puta quia Monaſterium ingrediatur, cui acquirat, Autẽ. ingreſsi C. de ſacro ſanct. eccle. uel quia det ſe in arrogationem alterius, uel ſeruus efficiatur: & domini, aut patris arrogatoris iuſſu non adeat: his enim caſibus ſubſtitutus admittitur ex illis uerbis, quæ in eis omnibus caſibus uerificãtur: & pariter in eis ſingulis deficeret ſubſtitutio, ſi in aliquo ex eis adiret inſtitutus hęreditatem. Ita exponit hęc uerba tex. in l. ſi
59 paterfamiliàs ff. de hæredib. inſtit. in uer. ſi. Atque † quando uerò teſtator inſtituit illum, qui ſub alterius eſt poteſtate. Et hoc ipſe ſcit, neque errat: tunc illa uerba hunc habent ſenſum, uidelicet ſi ei, in cuius eſt poteſtate, non acquirat, uel ſibi ipſi: ſi fortè cõ

tingat

tingat, ipſum liberum, aut ſi iuris effici, prout ſic prædicta uerba exponuntur in præallegata. l. ſi paterfamiliàs, in uerſi. Nam qui ſcit,& in §.fi.in uer.illa enim uerba,inſtit. de uulg.& ideo ſi aliquis prędictorum caſuum exiſtat, euaneſcit ſubſtitutio: aliàs autem Subſtitutus admittitur.

Secundo caſu principali, ſcilicet quando teſtator errauit circa cõ
60 ditionem inſtituti, † cui per illa uerba, ſi hæres non erit, ſubſtituit, & tunc aut teſtator putauit eum eſſe liberum, cum tamen ſeruus eſſet: & iſto caſu eſt aduertendum, quia duo iura ſunt, quæ
61 uidentur inuicem pugnare † nam tex.in l. cum proponas C. de hæredib.inſtit. uult quod ſubſtitutus in totum admittatur: tex. autẽ in d.l.ſi paterfamiliàs ff.eo.tit.uult quod hoc eodẽ caſu admittatur in partem tantummodo. Vnde pro concordia dictorum iurium dic, quod aut conſtat, quidnam teſtator uoluerit circa hoc, puta quia conſtat ipſum noluiſſe alium effici hæredem per iſtum inſtitutum: & tunc ipſe inſtitutus excluditur, & ſubſtitutus in totũ admittitur. Et iſte eſt caſus l. cum proponas C.de hæred.inſtitut. in uerſi. Nam ſi credere. Si uerò uoluit etiam alium per hunc quẽ liberum eſſe putabat, heræde m poſſe effici, puta quod ſecundum opinionem ſuam, efficeretur ſeruus, uel aliàs conditionem mutaret, & tunc, ſi adiuit hæreditatem, iuſſu domini, uel patris arrogatoris, aut Monaſterij, ſi antefactus fuiſſet Monachus, ſubſtitutus in totum excluditur: quòd ſi non adiret hæreditatem, non obtemperando fortè domino quòd poteſt, ut not. in d. l. cum proponas tunc, quia extitit conditio ſubſtitutionis, ſubſtitutus in totum admittitur, ut eſt tex. in d. l.cum proponas in fin.que in iſtis terminis eſt intelligenda.

62 Prædicta autem uera ſunt, & procedunt † quando ille erat ſeruus alienus, uel ſaltem communis ipſius teſtatoris, & alienus: quem tamen ipſe teſtator liberum, aut libertum manumiſſum putabat, ut dicitur in d.l.cum proponas & non ſine miniſterio:quoniã ſi illa, in cuius conditionem teſtator errauit credens eſſe liberum, eſſet ſeruus proprius ipſius teſtatoris, tunc inſtitutio eſſet inutilis, etiam in milite, ut eſt tex. in l. neque enim §. ſi ſeruum, & ibi
63 gloſſ.ff.de milit.teſt. † ſi deniq; non apparet, quid circa illa uerba ſenſerit teſtator, an ſcilicet uoluerit per illum inſtitutum alium effici hęerdem, puta dominum, patrem arrogatorem, uel Monaſterium, an noluerit: tunc procedit, quod dicitur in d. l. ſi paterfamiliàs. ff. de hæredib.inſtit.& in §. fi.inſtit.de uulg. quæ nota pro intellectu, & concordia illorum iurium, quæ aliàs interſe pugnare

gnare uidentur, ſcilicet d.l. cum proponas cum d. l. ſi paterfamiliàs, & cum d. §. fi. & ita illa iura declarat Bart. in d.l. cum proponas, in uerſi. ulterius opp. & in d. l. ſi paterfamiliàs.

64 Quando uerò teſtator errauit † circa conditionem inſtituti, cui ſubſtituit per illa uerba ſi hæres non erit. Quia è conuerſo putabat eum eſſe ſeruum, cum tamen uerè liber erat: tunc ipſe ex ſua inſti tutione admittitur, & ſibi ipſi quærit, ſi adire uelit, excluſo omnino ſubſtituto: nam ſi illum inſtituit credens eſſe ſeruum, multo quidem magis credendum eſt, illum hoc idem facturum fore, ſi

65 eum liberum ſciuiſſet: † maxime quia quilibet cenſetur ſui ipſius contemplatione inſtitutus, non alterius, ut per glo. in uer. is traditur, in l. id eſt ff. de heræd. inſtit. Nam aut iſte reputabatur

66 ſeruus ipſius teſtatoris: tunc ſine dubio hoc procedit † quia & ſi uerè ſeruus ſuus fuiſſet, cenſetur tamen illi dare libertatem, eum inſtituendo, & ſi nihil de hoc dixerit, ut eſt tex. inſtit. de hæred. inſtit. in prin. & §. j. quibus ex cauſ. manum. non licet, & in l. pen. C.

67 de neceſſar. ſer. hæredib. inſtit. † aut uerò reputabatur ſeruus alienus, ut quia alij bona fide ſeruiebat: & tunc idem, ſcilicet ut ſi-

68 bipſi adeundo, quærat, quia poſſeſſori non quærit † niſi quod ex re ipſius, poſſeſſoris, aut ex opera ipſius bona fide ſeruientis prouenit ſecundum tamen ea, quę habentur in l. liber homo ff. de acquir. rerum dominio tangit Bart. in d.l. ſi paterfamiliàs ff. de hæred. inſtit. in uer. quęrit glo.

69 Tertio autem caſu principali quando ſcilicet incertum eſt † an teſtator uerè ſciuerit conditionem ipſius inſtituti, an ſuper ea errauerit: dicendum eſt in dubio credendum eſſe, quòd nõ errauerit: niſi ex aliquibus coniecturis aliud appareat. Ideoq; dicendum eſt, prout ſupra dixi, in caſu quando non ignorauit conditionẽ eius: itidem & quando ex coniecturis appareret ipſum in inſtituti conditionem erraſſe, dicendum erit, ut ex ſupradictis colligitur. Ideo non eſt opus repetere. deniq; circa illum tex. in d.l. ſi paterfamiliàs

70 ff. de hæres inſtit. † multis uerbis inſtat Polit. quidnam faciendum ſit de alio ſemiſſe illius hęreditatis: cum tex. ille dicat unum ſemiſſem diuidendum eſſe inter hæredem inſtitutum, & ſubſtitutum: de alio autem ſemiſſe nihil in illo tex. dicitur. ſed glo. Bart. & alij Doctores dicunt illum ad inſtitutum pertinere. Polit. autem ex pluribus nititur probare, quòd ille tex. ſit mẽdoſus: & quòd debet ibi præſupponi illum hæredem inſtitutum, quem ingratum eſſe credebat teſtator non in aſſe ſed in dimidia tantum hæreditatis fuiſſe ſcriptum: cui fuit poſtmodum datus ſubſtitutus, ideo dici-

tur

tur de ſemiſſe tantum. Sed certè difficultas iſta ſecundum literam meam ceſſat; nam in libro meo ita legitur, ſi hæres non eſſet Sempronium cohæredem ſubſtituerit: ideo ex illa litera apparet, ſubſtitutum etiam fuiſſe pro parte inſtitutum, ſimul cum illo, quem ingenuum eſſe credebat: unde unum ſemiſſem habet ille Sempronius ſubſtitutus iure ſuæ inſtitutionis, alius uerò ſemis inter eundem ſubſtitutum diuiditur & ipſum inſtitutum pro alia dimidia qui uerè ſeruus erat, ſed teſtator ingenuum illum eſſe exiſtimabat. & iſta declaratio ad illum tex. tradita fuit per Alciat. li. j. diſpunct. capi. ij. qui in antiquiſsimo codice ſe ita ſcriptum repperiſſe atteſtatur.

Sed iuxta prædicta circa uerba, quibus concipitur uulgaris ſubſti-
71 tutio. † pulcrum & neceſſarium tractatur dubium: quid enim ſi uerba huius ſubſtitutionis ita ſint concepta, ut unum caſum nominant, & ſpecifice exprimant, puto ſi hæres eſſe noluerit ille, qui eſt inſtitutus: an uerificetur etiam in alio caſu uidelicet ſi hæres eſſe non potuerit, aut in alio ſimili? & è conuerſo quoq; ſi ſit expreſſus iſte caſus, ſi hæres eſſe non potuerit; an uerificetur etiam ſi ille hæres eſſe noluerit? licet aliqui ut Polit. in ſuo tract. ponant hanc quęſtionem pro primo effectu huius ſubſtitutionis, mihi tamen non rectè inter effectus uulgaris hoc poni uiſum eſt: ſed in hoc quicq; ſuo ordine procedere poteſt, modici enim effectus hæc ſunt.

In iſto igitur pulcherrimo, & latiſsimo articulo duę ſunt principales opiniones. & ualde dubię propter iura, quæ hinc inde allegantur. quæ quidem iura intendo latè diſcutere. una eſt affirmatiua, altera uerò negatiua: affirmatiua autem, uidelicet quòd ad alterũ quoque caſum uerba iſta trahantur, & ſic unus tantum expræſſus ſit, communis appellatur. quæ quidem primò probatur per tex. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſth. ubi conſilium Galli, de quo in prin. illius legis, & quòd loquebatur tantum in caſu, in quo poſthumus nepos per mortem filij efficeretur ſuus, habet etiã locum, quando ipſe filius per emancipationem, aut etiam per aquæ & ignis interdictionem, aut per alium ſimilem caſum deſineret eſſe ſuus: & illo modo poſthumus poſtea illius locum ſubintrando
72 efficeretur ſuus. Et ſtringendo adhuc magis arg. † dic quòd ſumus ibi in materia ſtrictę interprætationis, ut pote quæ exorbitans erat a communi diſpoſitione iuris, ſeu à communi obſeruantia: quia poſthumi, quia non erant ſui tempore teſtamenti, non poterant inſtitui, prout aliàs declaraui in d. l. Gallus. & fortè ponam in fine huius tractat.

Sed

Sed qui commonem refellere intendunt, dicebant huic uidelicet, ſic poſſe reſponderi, illud incontrarium retorquendo: quia ibi immò probatur potiùs extenſionem hanc non fieri: cum propterea fuerit neceſſaria expræſſa diſpoſitio ſcæuolæ iuriſconſulti illam ſic extendentes: ſi enim illa diſpoſitio Galli loquens ſpecifice in caſu mortis filij extendibilis de ſe fuiſſet ad ſimiles caſus, puta emancipationis, uel aquę & ignis interdictionis, &c. prout nos nũc uolumus hanc diſpoſitionem teſtatoris in unum tantummodo caſum factã extendibilem eſſe dicere etiam ad alium caſum; certè ſuperflua ac minus neceſſaria fuiſſet illa ſuppletio ſcæuolæ, Poteſt tamen inductio pro communi facta ab iſta obiectione defendi: quia licet conſilium Galli de ſe fuiſſet extendibile etiam ad conſimiles caſus, tamen non fuit inconueniens, ut expræſsius illud per ſcæuolam de-
74 clararetur: † ea enim quæ minoris declarationis gratia, & ut omnis dubitatio tollatur, fiunt, non ſunt ut ſuperflua damnanda l. quæ dubitationis tollendæ ff. de reg. iur. & præſertim in materia illa poſthumi non ſui tempore conditi teſtamenti inſtituendi, cui
75 uel legis diſpoſitio, uel ſaltem uſus reſtragabatur † ex alio tamen uidetur dici poſſe communem opinionem ibi non probari. Quia ſi tu dicis quod conſilium Galli fuiſſet etiam ex ſe extendibile ad illos alios caſus, ego contrarium dicam: nec ullibi hoc probatur. Neq; uis fieri poteſt ſuper §. & quid ſi tantum, cum ibi ſit expreſſa extenſio per iuriſconſultum facta: & nobis non itidem quoque facere licet. Ideoq; aliunde quærenda ſunt argumenta, an nobis liceat extendere diſpoſitionem teſtatoris (ſemota expreſſa legis
76 extenſione) uerùm iterum † pro communi opinione ſuper illo tex. inſtando dicat, quòd iuriſconſultus ibi nobis tradit doctrinam in interpretanda mente teſtatoris, ut licet uerba caſus illos non exprimant, tamen ex ſententia ipſius teſtatoris id fiat, cum lex illa ita nos doceat: ex qua hæc colligitur doctrina. quemadmodum enim lex ibi uult, ut extenſio fiat in materia illa, quæ aliàs erat de ſui natura reſtringibilis, cur ſecus fieri uoluerit in alia materia or-
77 dinaria, & indifferenti: ratio enim nulla eſt † cur diuerſum dici debeat, meritò idem quoq; decidendum eſt, ex uulgatis, & eſt pulcher tex. ad hoc in l. 3. §. 1. uerſi. Nam diuus Marcus ff. de iniuſto rup. irr. teſt. & præſertim cum leges iuriſconſultorum plærumq;
78 per modum tradendi doctrinam generalem procedant † & licet in uno caſu tantum loqui uideantur, tamen is, qui iuriſdictioni præeſt, poteſt ex illa deciſione doctrinam ſumere ad ſimilium quoque caſuum deciſionem, ut dicit text. in l. iura. & expreſsius in

H l. non

79 l. non poſſunt ff. de leg. & in l. fi. in princ. C. eo. titu. † quicquid ergo eſſet ante illam diſpoſitionem ſcęuolæ,& ut fateamur pro uero illud, quòd aduerſantes communi opinióni eſtrüunt, uidelicet quod fuerit neceſſaria illa diſpoſitio ſcæuolæ: & quod prouiſio Galli non potuiſſet (illa ſepoſita) extendi ad illos caſus, tamen hodie poſtquàm ſuperuenit illa diſpoſitio, quæ ſit expreſſa mandat, quod ſi teſtator ita poſthumum nepotem ſubſtituerit, in caſu, in quo filius per mortem deſinat eſſe in poteſtate teſtatoris, extendetur tamen etiam ad caſum, in quo filius ipſe per emancipationem, aut aquæ & ignis interdictionem, aut per alium ſimilem caſum deſinat filius eſſe ſuus: & eo modo nepos ipſe eius locum ſubintrando ſuus eſſe incipiat: non uideo cur ibi non euidentiſsime probetur communis opinio, ut etiam in caſu noſtro ſi teſtator uulgariter ſubſtituat, ſi inſtitutus hæres eſſe nolüerit, non habeat etiam locum, & non extendatur ad caſum ſi hæres eſſe non potuerit, uel è conuerſo: cum ratio diüerſa reddi non poteſt d. l. 3. §. 1. in fi. ff. de iniuſto rupto. irr. teſt. cum multis ſimil. immo uerò cum ſtrictior ſit materia illius l. Gallus, quam ſit materia noſtra. Neque ſumus nos, qui facimus hanc interpretationem ſeu hanc extenſionem, hoc eſt ex capite noſtro, ſed ex illius legis diſpoſitione, quæ ita fieri nos docet, certè illa diſpoſitione uti nos poſſumus etiam in ſimilibus caſibus d. l. non poſſunt ff. de legib. & d. l. fi. C. eo. tit. in prin. & profectò ſatis abſonum, ne etiam ridiculum dicam, foret, ſi dicamus nobis non licet extendere ſubſtitutionem in uno caſu factam in teſtamento puta Titij ad alium caſum ſimilem, ideo quia non reperitur à lege fuiſſe factam extenſionem iſtam: ſufficit enim ſemel traditam fuiſſe doctrinam per iuriſconſultum, prout ibi fuit.

Vt tamen nihil omittatur ex his, quæ ad hunc diſceptationem mi-
80 hi neceſſaria eſſe uidentur † ſubtiliter conſiderando aduerto. Quia caſus illi, ad quos per ſcæuolam iuriſconſultum ibi fit extenſio, non ſolum ſimiles ſunt caſui per teſtatorem expreſſo. Aut per Gallum in ſua prouiſione conſiderato, ſed etiam ſunt de eademmet ſpetie: nam ille expreſsit caſum mortis ipſius filij in quem caſum ſubſtituit teſtator nepotem poſthumum: qui caſus eſt ſub illa ſpetie impotentiæ: ſub qua eadem ſpetie ſunt quoque caſus alij, ad quos extenſio fit ibi per ſcæuolem, uidelicet ſi ſit emancipatus, uel deportatus, quia & ex illis caſibus non poteſt non deſinere eſſe ſuus ille, & ſi uellet. At nos tractamus de facienda extenſione unius caſus contenti ſub una ſpetie, puta impotentiæ ad caſum,

qui

qui ſub alia ſpetie, ſcilicet uoluntalis continetur: & ſic apparet maiorem hic eſſe diſsimilitudinem, quàm in caſu illius legis ſecun-
81 dum prædictam conſiderationem. † Sed tamen dicas quòd iſta eſt uerbalis,& nimium ſcrupuloſa differentia ſeu potius dicam pernicioſa. prout dixit iure conſultus in l.ſi ſeruum.§.ſequitur. ff.de uer. obligat. qui loquitur in materia ſtipulationis, & ſic ſtricti iuris l. Quicquid aſtringendæ. ff.illomet titu. & ideo multo minus eſt in conſideratione legis,qãdo ſumus in conſeruanda uoluntate
82 teſtatoris; quam potiſsimum ſeruari debere, † ac intueri in primis debere mandat lex,omiſſa uerborũ ſcrupuloſitate, l.in conditionibus primum locum ff.de condit. & demonſtrat. & l. pater ſeuerinam eo.tit.l.iij.C.de lib. præter.& tex.formalis in l.quiſquis. ff.de uer.ſignific.cum multis alijs,quæ poſſent allegari. unde remanet defenſatum hoc primum fundamentum communis opinionis ſumptũ ex d.l.Gallus.ab iſta prima reſponſione: ſuper qua hæc omnia diſcutere uolui,ut omnis prorſus ceſſaret difficultas,& nullus ſcrupus,aut nodus remaneret.

83 Secundo modo principaliter † reſpondebatur ad iſtud primũ fundamentum communis opinionis,quòd tex.ille in. d.l.Gallus nihil ad propoſitum probat: quia non agitur ibi de extenſione aliqua: ſed ſenſus illius tex. eſt quòd ſicut per deciſionem Galli prouiſum fuit,ut nepos poſthumus poſſet inſtitui in caſu,in quo per mortem filij ipſe nepos efficeretur ſuus, ita etiam ex ſententia ſaltem legis uelleiæ,ſi non ex uerbis expræſsis fuit prouiſum, ut poſſet inſtitui idem nepos poſthumus in caſu, in quo filius deſineret eſſe ſuus per illos caſus ſimiles puta per emancipationem, uel per aquæ & ignis interdictionem &c. quia ſic nepos patris locum ſubintrat in ſuitate:non autem intendit tex.ille,quòd inſtitutio, ſeu ſubſtitutio nepotis poſt humefacta in caſu mortis filij trahatur etiam ad caſus illos ſimiles. ſed certè iſte intellectus non rectè conuenit ad illum tex.immo uerò repugnat uerbis.§.& quid ſi tantum, ubi tex.uenit extendendo caſum per teſtatorem in euentum mortis tantum cõceptum,ut etiám in illis caſibus ſimilibus procedat. Adeo quòd ille modus loquẽdi,quo utitur ille tex.nullo modo conuenit illi ſenſui, de quo in reſponſione: ſed ſic oportuiſſet illum tex. loqui. Et quemadmodum in mortis filij caſum poteſt poſthumum nepotem ſubſtituere ità etiã poteſt caſum emãcipationis, aut aquæ & ignis interdictionis, &c. ut cuilibet tex. illum intuenti apparere perſpicuò poteſt.

84 Tertiò igitur reſpondetur, † quòd ille tex. loquitur in conditione

neceſſaria ad effectum actus, quæ conditio hanc habet naturam, ut etiam in caſu æquipollenti caſui expræſſo uerificari poſsit. Nos uerò loquimur in conditione merè uoluntaria, quæ in forma ſpecifica eſt adimplenda l. qui hæredi, & l. meuius. ff. de condit. & demonſtrat. traditq; hanc doctrinam Bart. in d. §. & quid ſi tantum & alibi ſæpe nam Gallus conſiderauit conſeruationem teſtamenti; cui prouidere, & conſulere uoluit: Quoniam ante illam prouiſionẽ Galli poſthumus qui non reperiebatur eſſe ſuus tempore teſtamẽti, non poterat inſtitui. & ideo nepos poſthumus, quẽ pater in gradu ſicitatis processerat non poterat inſtitui: quia tamen euenire poterat, ut eius pater interim decederet, & ita nepos ille eius locũ ingrediendo ſuus efficeretur: cùm reperiebat ſe præteritum rumpebat teſtamentum. quod quidem iniquum uiſum fuit, quòd teſtator non poterat illum inſtituere, & tamen ut præteritus teſtamentum rumpebat; & ſic teſtator non poterat ita prouidere, nec teſtamentum ſuum rumperetur: ideo Gallus hoc primum diſpoſuit ut poſſet nepos, poſthumus inſtitui, quamuis tunc non eſſet ſuus, in caſu tanto, in quo ſuus efficeretur, & naſceretur poſt mortem filij infra decem menſes à morte ipſius filij: & hoc ut ceſſaret ſuſpitio alieni partus. Et ſic Gallus hunc effectum conſiderauit, ne ſcilicet teſtamentum natiuitate poſthumi præteriti, qui nec inſtitui tunc poterat, rumperetur. qui effectus pariter militat, quando poſthumus nepos efficitur ſuus propter aquæ & ignis interdictionem, uel propter emancipationem filij ipſius teſtatoris: ideo non eſt mirum ſi illa conditio in caſu mortis expræſſa uerificatur etiam in his ſimilibus caſibus. At in caſu noſtro cum teſtator facit ſubſtitutionem, & apponit illa uerba, ſi hæres eſſe noluerit, aut ſimilia, & ſponte id fecerit, apparet, quòd in alio caſu, uidelicet ſi hæres eſſe non potuerit, non uerificatur ſua uoluntas: præſertim cum potuiſſet apponere illa uerba ſimpliciter, uidelicet ſi hæres non erit, quæ in eorum generalitate utrunq; caſum comprehendũt. uerùm tamen ſi diligenter iſta conſiderentur, non uidetur rationem ſubſtantialem huius differentię aſsignari poſſe: Nam ſicut tu dicis, ideo in caſu Galli permiſſam eſſe illam extenſionem, quia illum effectum actus conſiderauit, uidelicet ut teſtamentum ſuſtineatur, & non rumpatur natiuitate poſthumi præteriti: pariter ego dicam in caſu noſtro, quòd eſt conſiderabilis conſeruatio uniuerſalis uoluntatis teſtatoris, qui uoluit ſubſtitutum hæc bona habere, & ſuum teſtamentum non deficere prout deficeret, ſi ſubſtitutio locum non haberet in illo caſu, qui euenit. Quòd non cadit in

 caſu d.

caſu d.l.qui hæredi & l. meuius.ff.de condit. & demonſtrat. Et cum tu dicis iſtum caſum tantum fuiſſe expræſsũ, & non alium? quem tamen potuiſſet teſtator pariter expræſiſſe: uel uerba illa generalia,ſcilicet ſi hęres non erit,apponere: dicam ego pariter in caſu Galli fuit expræſſus caſus mortis filij & non alius: & tamen Gallus,qui erat iureconſultus, & habebat autoritatem legis condendæ, prout ibi condidit, poterat caſus illos emãcipationis, & aquæ ac ignis interdictionis exprimere ultra caſum mortis: uel uti uerbis generalibus, & aptis cõprehendere oẽs illos caſus, ut puta ſi filius meus,me uiuo,ſuus mihi eſſe deſierit: aut ſi ex mea poteſtate exierit. Et tamen iuriſconſultus ibi tradendo doctrinam, dicit, quòd & ſi caſum mortis tantum poneret teſtator,tamen & in illis ſimilibus caſibus uerificaretur. & ſic ex prædictis omnibus remanet inconcuſſum primum hoc fundamentum,in quo efficaciſsimè, & ualidiſsimè probatur communis opinio.

85 Secundo principaliter † fundatur iſta communis opinionis l. fi. C. de inſtit.& ſubſtit.ſub condit.factis in fine: ibi enim teſtator uxorem pregnantem ſibi pro una parte hæredem inſtituit, pro alia uerò parte uentrem: & in eadem parte etiam ſubſtitutionem fecit, ſub iſta expræſſa conditione, ſi poſthumus non naſceretur: de facto euenit quòd poſthumus natus quidem eſt; ſed impubes deceſſit: dubitabatur,an ſubſtitutus admittendus foret in illa parte poſthumi, & cum ſubſtitutio fuerat ſub illa conditione facta, ſi non eſſet natus:ipſe autem natus fuit,uidebatur conditionem ſubſtitutionis defeciſſe: & hæc erat ratio dubitandi in illo tex. imperator autem ibi tandem concludit ſubſtitutum illo caſu non eſſe admittẽdum,ſed matrem ipſius impuberis defuncti: cum ipſa etiam erat hæres pro parte inſtituta: ideo coniectura ſumitur,quòd uoluntas teſtatoris fuerit,multò magis ipſam matrẽ uocare in illo caſu, quo non dederat expræſſe ſubſtitutũ,uidelicet quando natus fuit puer: ſi autem mater illa inſtituta non fuiſſet ibi ſuperſtes,tunc ſubſtitus admitteretur, etiam quòd non euenerit caſus in ſubſtitutione expræſſus,quia poſthumus natus fuit, ſed impubes deceſsit:ſubſtitutio autem facta fuerat ſub illa conditione, ſi non naſceretur: & ſic in effectu eſt ibi caſus,quòd ſubſtitutio facta ſub una conditione, uidelicet ſi non naſceretur regulariter trahitur etiã ad caſum,quando naſcitur, & impubes decedit: Et iſti caſus ſunt inter ſe longè diſsimiliores,quam ſint illi, de quibus in quæſtione propoſita, uidelicet ſi hęres eſſe noluerit,uel ſi hęres eſſe non potuerit:iſti enim caſus inter ſe ſimiles ſunt: illi uerò,de quibus in.d.l.fi.ſunt contrarij,ui-

rij,uidelicet ſi naſcatur poſthumus:& ſi non naſcatur. Et licet Doctores per multa uerba effundat, an tex.ille loquatur de tacita uulgari, prout intelligebat Bart. an uerò de tacita pupillari, & ſic ut præſupponamus impuberem prius adiuiſſe,prout intelligebat Bal. & alijs pleriq; attamen ſuper hoc non intendo diutius immorari: quoniam etiam ſi intelligamus de pupillari, non minus tamen ille tex.probat: immo uerò forte magis probat, & fortius.

Nam hoc ibi eſt certum,& negari non poteſt, quòd ſubſtitutio facta in caſu illo expræſſo, ſi poſthumus non naſcatur, traditur ad alium non expræſſum,uidelicet ſi naſcetur, qui eſt caſus illi expræſſo contrarius: & ſi quidem uolumus hic addere,quòd impubes deceſsit,adita iam hæreditate, deuenimus ad maiorem diuerſitatem: quia ultra quòd extenditur ſubſtitutio uulgaris ad alium caſum nó expræſſum, ſed potius contrarium illi expræſſo, eſt etiam talis iſte caſus,ex quo reſultat alia ſpecies ſubſtitutionis diuerſa ab illa, quæ in caſu expreſſo continebatur: quia illa uulgaris,hæc autem eſt pupillaris. adeo quòd & ſi teneamus,quòd ille tex.loquatur de pupillari,& ſic quòd adiuerit hæreditatem, non tamen euitatur tex. ille pro cõmuni,immo uerò multo magis illam probat.ut ex prædictis

86 apparet. † Sed pro uero intellectu illius tex. ego arbitror, prout indiſtinctè loquitur, ita etiam indiſtincte illum fore intelligendum,hoc eſt ſiue ille poſthumus, & impubes mortuus adiuerit, ſiue etiam non adiuerit,idem tamen ſit. & propterea non ſine miſte-

87 rio tex. ille ita ſimpliciter fuit locutus. † nec obſtat uerbum illud impubes deceſſerit, ut per illud denotari uideatur pupillaris ſubſtitutio: quoniam per illud uerbum non excluditur caſus uulgaris ſubſtitutionis; & ſic ut propterea minus procedat ille tex.ſi impubes ille deceſſerit, nondum adita per ipſum hæreditate: ſed ponitur uerbum illud ad excludendum caſum, quando ille pubes iam factus deceſiſſet: quia tunc uerum eſt illum tex. non procedere, & ſubſtitutionem ſine dubio tunc expiraſſe. uerùm cum ut dixi, & ſi in caſu pupillaris intelligamus, multò quidem fortius probat communem opinionem, idcirco ſuper illa diſcuſsione diutius non im-

88 morabor. † Tertio pro communi adducitur tex.in l.fi. C.de poſthum.hæredib.inſtit.ubi teſtator ſic ſuum poſthumum inſtituit, uidelicet ſi poſt eius mortem,infra tamen decem menſium ſpacium, naſceretur: uel qui infra decem menſium ſpacium poſt eius mortem naſceretur. ſi contingat filium illum naſci uiuo adhuc teſtatore,an cenſeatur inſtitutus uel tanquam præteritus rumpat teſtamẽtum? Et reſpondet imperator, illum dici & illo caſu natum fuiſſe inſti-

inſtitutum: & ſic ibi manifeſtò conſtat, inſtitutionem in uno caſu expreſſam uidelicet ſi poſt teſtatoris mortem naſceretur, trahi etiã ad alium caſum, ſcilicet ſi ſe uiuo natus ſit. Aliqui reſpondẽt tenẽtes contrariam opinionem, quòd ibi teſtator putabat, ſe incontinenti moriturum, ideo expręſsit illum caſum, ſi poſt mortem ſuam naſceretur, &c. Sed hæc non eſt ſufficiens reſponſio: quia tex. ille non in hoc ſe fundat, immo ne uerbũ quidẽ de hoc: ſed hanc aſsignat rõnem, uidelicet ut cõſeruet̃ & ſubſtineat̃ uolũtas teſtatoris: quã quidẽ ſic eſſe interpretatur illa lex, ut licet alterum tantum caſum expreſſerit, tamen etiam in alio, qui extitit, idem quoque èſſe uoluerit: ſic remanet ibi eſſe tex. optimè probantem communem opinionem. Et aduerte, quia ille text. eſt de directo contrarius tex. in l. commodiſsime ff. de liber. & poſth. ubi idem caſus per contrarium deciditur de quo inferius loco ſuo dicemus.

98 Quartò hæc opinio efficaciter probatur † quia uidemus in longè fortioribus terminis ſubſtitutionem uulgarem in unum caſum factam, ita interpretari per legem, ut ad alium caſum non expreſſum porrigatur: quí tamen caſus eſt diſimilis, immo contrarius caſui per teſtatorem expreſſo: item qui caſus in aliam ſpetiem ſubſtitutionis tranſit, & diuerſam ab illa, quam teſtator fecit: quia ipſe fecit uulgarem, & tamen tranſit ad pupillarem, & e conuerſo: ergo multò magis id fiet in propoſita quæſtione, ubi extenditur caſus expreſſus ad alium caſum ſibi ſimilem, non autem contrarium: item remanemus in eademmet ſpetie ſubſtitutionis, ſcilicet uulgaris. Iſtud autem probatur in l. iam hoc iure, in primo reſponſo ff. de uulg. & pupill. ubi dicitur, quod ſi teſtator filio ſuo impuberi in hoc tantum caſu ſubſtituit, uidelicet ſi hæres non erit, quæ eſt uulgaris ſubſtitutio intelligitur etiam ſubſtituiſſe in dicto caſu, ſcilicet & ſi hæres erit: qui eſt caſus contrarius expreſſo, & in pupillari ętate deceſſerit, quæ eſt alia ſpecies ſubſtitutionis, uidelicet pupillaris: idq; etiam probatur in l. 2. §. fi. eo. tit. & in l. quamuis C. de impub. & alijs ſubſtit. & licet Polit. ſentiens iſtud ualde ſtringere, dicat iſtud procedere fauore pupilli, qui non poteſt teſtari, tamen hoc nihil eſt, tum quia illa iura fundantur potius in uoluntate coniecturata, ſeu pręſumpta ipſius teſtatoris, ut in eis apertè colligitur: tum etiam quia idem quoq; euenit in caſu contrario, uidelicet quando teſtator facit pupillarem ſubſtitutionem ſub illis uerbis, ſi hæres erit, & impubes deceſſerit: quia etiam uerificã tur in caſu uulgaris, uidelicet ſi hæres non erit, ſecundum communem, & omnium, ac uerum intellectum dictæ legis iam hoc iu

re

re quo caſu ceſſat fauor pupilli omnino. Quædam alia pro iſta opinione adducuntur, quæ tanquàm minus præcedentibus urgentia conſultò prætermitto, præſertim tex.in l. Titius & ſeius ff. de hæredib. inſtit. nam uerba in caſu illo poterant in eorum generalitate ſubſtitutionem comprehendere, alia nihil probant.

Verum pro contraria opinione complura etiam adducuntur, quæ
90 primo aſpectu ualde quidem ſtringere uidentur † & primo adducitur tex. in l. commodiſsimè ff. de liber. & poſth. ubi licet poſthumus inſtitutus ſub iſta conditione ſiue naſcatur uiuo ipſo teſtatore, ſiue illo mortuo, non dicatur ullo caſu præteritus, ideo non rumpat teſtamentum: quia utrouis caſu natus ſemper reperitur inſtitutus. Et idem quoque euenit quando eſſet ſimpliciter inſtitutus: quia & tunc uterq; caſus in uerbis contineretur: attamen ſecus foret, ſi alterutrer caſus in ipſa inſtitutione fuiſſet expreſſus, puta ſi me uiuo naſcatur, aut contra; quoniam tunc alio caſu natus uti præteritus non petat teſtamentum. Et ſic ibi eſt caſus quòd diſpoſitio teſtatoris in unum caſum expreſſa nõ trahitur ad alium ſibi ſimilem & fortè ibi eſt maior ſimilitudo inter illos duos caſus uidelicet quòd poſthumus naſcatur teſtatore uiuo, uel naſcatur illo mortuo, quàm ſit in terminis noſtris ſcilicet, ſi hæres eſſe noluerit uel non potuerit. Et eſt deciſio contraria d. l. fi. C. de po-
91 ſthum. hæredib. inſtit. † ſed tuendo communem opinionem poſſet ad illum tex. reſponderi omiſsis multis, quæ per Doctores dicuntur, quantum attinet ad concluſionem, quam nunc diſputamus, quod cum dicimus ſubſtitutionem in unum caſum factam extendi etiam ad alium ſimilem, iſtud non eſt intelligendum neceſſariò procedere, hoc eſt quòd ſemper, & indiſtincte ſit uerum: ſed quod poteſt trahi, niſi aliud repugnat: uel quando ſubiecta mate-
92 ria patitur † unde in propoſito quo ad d. l. comodiſsimè, eſt in primis aduertendum, quia tex. ille loquitur in inſtitutione filij, quæ
93 eſt de forma ſubſtantiali ipſius teſtamenti, ita quòd ſine illa ſpecifice & expreſſe aut ſine exheredatione nominatim facta teſtamentum remanet nullum l. inter cętera ff. de liber. & poſthum. & inſtit. de exhæredat. lib. in prin. & in auten. ut cum de appellat. cognoſ. §. aliud quoque capitulum: ideo oportet, ut formà illa, & ſic filij inſtitutio ſit ſpecificis, & expreſsis uerbis facta, non autem ſufficit, ut ſub audiatur, prout eſſet in caſu illo: ideo nilmirum ſi teſtamentum dicitur eo caſu eſſe nullum: cum non reperiatur facta inſtitutio filij illo modo & forma, prout à iure requiritur. Quæ quidem non cadunt in ſubſtitutione: quia, præſuppoſita inſtitutio-

94 ſtitutione hęredis legitimè in teſtamento facta† à qua ualiditas teſtamenti dependet l. 1. in fi. ff. de uulg. & pupill. §. ante hæredis inſtitutionem inſtit. de leg. §. in primis inſtit. de fideicommiſſar. hæredit. cum ſimilib. ſubſtitutio poteſt poſtmodum quibuſcunque modis fieri, & induci etiam ex tacita, aut pręſumpta uoluntate ipſius teſtatoris etiam ex coniecturis ut in dict. l. iam hoc iure ff. de
95 uulg. & pupil. & in alij iuribus ſupra pro communi adductis † ſubſtitutio enim non eſt pro forma teſtamenti introducta, ſed ut plenius, & pinguius teſtator poſsit de bonis ſuis diſponere, ut ſupra in præludijs dixi. Præterea tex. ille in d. l. comodiſsime loquitur de inſtitutione poſthumi, in qua antiquiori iure ſtrictius procedebatur: ideo in caſu non expreſſo per teſtatorem non habebatur pro inſtituto: & ideo ex his apparet quantum termini illius legis diſtēt à terminis quæſtionis noſtræ, & quàm ſtrictiori ratione proce-
96 dant. Vltra quòd ſi rectè aduertantur, iſti caſus † ſcilicet quòd naſcatur teſtatore uiuo, uel naſcatur ipſo mortuo, non ſunt ſimiles. ſed potius diſsimiles, immo uerò contrarij ad inuicem, quòd teſtator ſit uiuus, uel ſit mortuus, quando filius naſcitur. At quando teſtator expreſsit illum caſum. puta ſi hæres eſſe noluerit: ſi quidem eueniat caſus, quod non poſsit inſtitutus eſſe hæres: iſte non eſt diſimilis caſus, aut contrarius: ſed eius contrarius eſt, quando hæres eſſe ille uult quo caſu deficit diſpoſitio teſtatoris, prout idē quoque eſt in caſu d. legis commodiſsime: quia eueniente illo caſu contrario illi caſui, qui fuit per teſtatorem expreſus, deficit illa diſpoſitio teſtatoris, quæ in alio tantum caſu fuerat facta. Vnde cum iſti duo caſus, ſcilicet quòd nolit, aut non poſsit, eſſe hæres ſint caſus inter ſe ſimiles quia ab identitate rationis regulantur, ut declarat Petr. de Anch. in conſi. 350. in uerſi. ad oppoſitum. Item quia eaſdem habent qualitates. licet ſubſtantia ſit diuerſa. ut declarat curt. ſen. in conſi. 11. col. 3. uerſi. ſimilitudo: in caſu autem contrario ſint diſimiles, immo contrarij, apparet reſponſio ad illum licet, & quid in effectu nihil obſtat. Et iſtæ reſponſiones ſufficere poſsēt (ut dixi) quo ad terminos queſtionis noſtræ. Quantū uerò attinet ad tex. in d. l fi. C. de poſthum. hæred. inſtit. non ſa-
97 tisfaciunt † unde pro ſolutione, & proconcordia dictorum iurium ita dici poteſt, quòd tex. in d. l. fi. ponat deciſionem illius caſus factam ibi per Iuſtinianum imperatorem, qui fatetur inter antiquos iureconſultos fuiſſe, qui contrarium dixere: & inter cæteros huius opinionis fortè erat Pomponius in d. l. commodiſsime. uel aliter dic quòd tex. ille loquitur, & ita intelligi debet, quando teſta

tor in illo tantum caſu per ſe expreſſo uoluit poſthumum uocare: Imperator autem in d. l.fi.loquitur quando aliud non apparet:quo caſu præſumitur in dubio quòd ita ſenſerit. Et ita intelligit, & declarat Fort. Garzia in d.l.Gallus in prin. & §. & quid ſi tantum, & etiam poſuit gloſſ. in d.l.fi.in prima ſolu. & refert Salic.ibi in prima oppo. & ibi etiam Bal. ſed non me latet, quemlibet eſſe dictu-rum, quomodo illud magis in una lege appareat, quàm in alià, cũ utraq; ſimpliciter loquatur. Sed reſponderi poteſt: ita intelligi oportere, ut contrarietas, & ut euitetur correctio. Neque placet id,quòd Doctores dicunt in caſu d.l.fin.teſtamentum fuiſſe ab illo conditum, qui erat in articulo mortis, & qui cogitabat ſe in continenti moriturum. Quoniam text. ille de hoc uerbum quidem neque in eo ſe fundat,immo aliam ibi expræſſam aſsignat rationẽ, qua mouetur ad ita decidendum, uidelicet ut uoluntas teſtatoris conſeruetur, & in eo ſe imitari dicit diſpoſitiones aliarum legum multarum, quæ illud idem curæ habuerunt. Et non tantum in illo caſu, quàm in alio.

98 Secundo loco principaliter † contra hanc communem opinionẽ adducitur tex.in l. pater Seuerinam in princ. ff. de condit. & demonſt. ubi illa conditio, ſub qua fuerat legatum prædium Elio Philippo ſi Seuerina procula teſtatoris filia eidem non nupſiſſet, uerificatur in eo tantum caſu, uidelicet quando nubere noluiſſet. Non autem etiam in caſu, in quo morte præuenta non potuiſſet: immo illo caſu expirat diſpoſitio teſtatoris, ut ibi dicitur. Multa ad illum tex. dicuntur pro reſponſione per Doctores. Sed uerbis emiſsis, & ueritati inhærendo, dico illum tex. nihil in propoſita quæſtione probare, neque adduci meruiſſe: nam non dicitur ibi, nec etiam probatur, quòd conditio, aut diſpoſitio in unum caſum expreſſa,puta ſi noluerit, non uerificetur in alio, puta ſi non potuerit: prout ſunt termini quæſtionis propoſitæ. Sed ibi conditio fuerat ſimpliciter appoſita, ſi non nupſiſſet Elio Philippo: & ſic non expreſſo magis uno caſu, ſi noluerit, quam alio, ſi non potuerit; unde tex. iſte uidetur repugnare textui legis commodiſsime ff. de liber.& poſthu.in ij. reſponſo: dum uult, quòd ſi ſimpliciter filius ille poſthumus fuerit inſtitutus, ad utrunque caſum reſeruatur illa diſpoſitio: & tamen contrarium dicitur in d. l. pater Seuerinam, uidelicet quòd immo illa diſpoſitio ſimpliciter ſic facta uerificatur in uno tantum caſu uidelicet ſi noluerit, licet ex illorum uerborum generalitate & ex eorum ſignificatione potuiſſet utrunque caput comprehendi, uidelicet ſi non potuerit, & ſic

extra terminos qũonis noſtræ.quæ eſt, qñ alteruter caſus fuerat ex præſſus. Sed fortioribus quidem terminis loquitur.& aduerſus. d.l. cómodiſsime nam nõ eſt dubiũ,ꝙ ſi in ſubſtitutione uulgari ſunt expſſa hæc uerba ſimpliciter,ſi hæres non erit,ꝙ uerificabuntur in utrouis caſu . quicquid dicatur in caſu d.l.pater ſeuerinam,& uidimus ſupra. ſed pro intellectu illius legis dico rationem illius deciſionis hanc eſſe,uidelicet uoluntas teſtatoris,quæ ibi hæc fuit, uelle illa uia arctare uoluntatem filiæ ad nubendum illi Elio Philippo. quia ipſi filiæ prædium legauit, ſi Elio nuberet:ſinautem illud idem prædium ipſi Elio legauit. quòd quidem,uidelicet ut uoluntas eius deficiat nubendi illi Elio cum deceſſerit antequàm nubilis facta ſit , dici non poteſt: ideo legatam illud tanquàm non ſub iſta conditione relictum non debetur Elio Philippo . Et ideo nõ licet ex illo tex.arg. ſumere à fortiori,uidelicet quòd ſi conditio ſimplicibus uerbis facta reſtringitur ad unum caſum tantum,multo magis iſtud fieri debeat , quando unus caſus tantus fuit in uerbis expreſſus & ſpecificatus : quoniam illud ibi procedit ex uoluntate teſtatoris,qui de caſu uoluntatis tantum ipſius filiæ ſenſit, ut dixi , & exprimit ille tex.licet uerba in eorum generalitate aliud ſignificare potuiſſent . Quoniam magis attendenda eſt uoluntas teſtatoris,etiam non expręſſa,ſed coniecturata, ſeu præſumpta,quàm uerba,ut ibidem dicitur. Quemadmodum ergo ibi ut ſeruetur uoluntas teſtatoris.C.quòd expræſſe dicit ille tex. reſtringuntur illa uerba ad unum caſum tantum , licet fuerint ſimpliciter prolata , & ſic ut utrunq;potuiſſent complecti : ita etiam quando in uno caſu tantum expræſſa fuere,trahi pariter poterunt ad alium caſum illi ſimilem per eandem rationem,uidelicet ut uoluntas teſtatoris ſeruetur quòd potiſsimum curat , & ſtudet lex ut dicitur in ſupra allegata l. fi.C.de poſth.hæred.inſtit. & in d. l. pater Seuerinam in prin. & in §. conditionum uerba , & in d.l. In conditionibus primum locum illo tit.ff.de condit. & demonſtrat. cum ſimil. adeo quidem , ut ſi interne illum tex. conſiderant uolumus , & rationem ipſius intueamur : prout facere nos oportet,ſi iura intelligere recte uolumus , & difficultates,quæ ex ipſis quandoq; oriri ſolent, explanare : tantum abeſt,ut ille tex.obſtet . contra communem,ut potius arg. ex illo ſumere ad communis opinionis cõfirmationem, ex ſupradictis Tertiò adducitur regula, quam generalem eliciunt Doctores ex l.
99 cum prætor.ff.de iud. † Quòd qui unum dicit , aliud excludere dicatur. licet uerè tex. ille in contrarijs terminis loquatur : nempe quia cum prætor unum uetat , aliud cenſetur permittere ſed tex. in

l. maritus C. de Procurat. in illis terminis probat regulam, quòd qui unum permittit, aliud uidetur denegare. uerum iſtud arg. in utrouis caſu illud ſcimus, parum, aut nihil facit: & nimium audax & ferè pernitioſum eſſet, uelle Deciſiones illas in quibuſdam caſibus, aut terminis loquẽtes trahere ad quoſcunque alios caſus & terminos, licet ab illis omnino diuerſos, & ſeparatos. nam quoad l. cum prætor, non eſt mirum, ſi cum ex pluribus iudicibus, quibus data iam fuerat poteſtas iudicandi, unus prohibetur, cæteri remanent uirtute preambulæ delegationis iudices, prout glo. ibi declarat. qui caſus à termini noſtri caſua longè lateq; diſtat: & glo. pariter ibi dicit, regulam illam non procedere, quando & in caſu prohibito, & permiſſo eſſet eadem ratio: in quibus terminis loquitur concluſio, quam diſputamus; uidelicet ut ſubſtitutio uulgaris in unum caſum facta trahatur etiam ad alium, ſcilicet ſimilem, & eandem rationem habentem. Quo uerò ad tex. in l. maritus. C. de procurat. Cui dubium, quòd ſi fiat mandatum alicui, qui aliàs non poteſt nomine alterius abſq; mandato in iudicio intereſſe, & mandatum ſit factum ad certam rem, uel cauſam, quòd non poterit etiam in alijs cauſis, ad quas nullum habet mandatum intercedere: unde iſta argumenta nimium diſtant à terminis noſtrę quæſtionis: & nimium late ſumeretur illa regula, ſi ad quoſcunque caſus extenderetur, & traheretur.

100 Quartò adducitur id, † quòd habetur in l. ueteribus. ff. de pact. & in l. quicquid aſtringendæ. ff. de uer. obligat. quòd illi eſt imputandum, cum potuiſſet rem apertius explicare: & ſic utrumq; caſum
101 exprimere, & non fecit: quia unum tantum expræſsit. † Quinimmo dicendum eſt potius illud noluiſſe, cum non dixerit l. labeo ad finem. ff. de ſuppel. leg. & facit. l. j. §. ſinautem ad deficientes. C. de cad. tollen. in fi.

102 † Nam reſpondetur, tex. in l. ueteribus loqui, & ita procedere in cõtractibus, ſeu conuentionibus, quę ex utriuſq; uoluntate, & conſenſu conficiuntur. l. j. in prin. ff. de pact. ideo ſi unus ipſorum ſenſit ultra quàm uerba prolata ſignificent, hoc non ſufficit; quia alterius quoque conſenſum accedere oportet: & idem etiam in caſu l. quicquid aſtringendæ quia ſtipulatio eſt ſtricti iuris, & in ea pariter utriuſque conſenſus eſt neceſſarius d. l. j. §. adeo. ff. de pact. non ſic autem in ultimis uoluntatibus, quæ quidem ex cauſa ſolui diſponentis nutu; ac uoluntate deprehendent: ideoq; latior in eis ſumitur interpraetatio l. in teſtamentis. ff. de reg. iur. hinc quod etiam eſt,
103 † quòd ex coniecturis ſufficit de uoluntate teſtatoris apparere, etiã contra

contra uerborum ſignificationem,ut probatur in d.l. pater Seueri nam in princ. ff.de condit,& demonſtrat. de quo tex. dixi ſupra in ſecundo fundamento,in l.iij.C.de liber.præter. in l. unum ex familia §.pen.& fin.ff.de leg.ij.pulcher tex.in l.quisquis . ff. de uerb. ſignificat. cum multis ſimil. immo uerò hoc idem etiam contractibus procedere dixit Paul. Caſtren. in l. ſi is qui ducenta. §. utrum. col.fi.uer.tu ex omnibus conclude.ff.de reb.dub. hincq; etiam dicitur , quòd diſpoſio teſtatoris plerunque trahitur ad illum caſum de quo ſi teſtator cogitaſſet , ita fuiſſet uerè ſimiliter diſpoſiturus, not.in l.tale pactum.§.fi.ff.de pact. & alibi ſæpe traditur .

Quintò loco adducitur tex. in l. ſi ita quis. ff. de uulg. & pupill.
104 † ubi ſubſtitutio in unum tempus expræſſa non traditur ad aliud tempus . nam ſi ſubſtitutio pupillaris fiat uſq; ad decimum annũ , non trahitur ad aliud tempus ultra illud expreſſum licet rectè poſſet; quia pupillaris fieri poteſt uſq; ad quartum decimum,& ſic uſque ad pubertatem l.ij.ff.de uulg.& pupill.& inſtit. eo. tit.in prin. cum ſimil.ergo eodem modo ſubſtitutio facta in unum caſum nõ
105 trahitur ad alium. † Idq; eò maxime quia procedit arg. de tempore ad quantitatem,ſeu ad portionem l.miles ita,in prin.ff. de milit. teſt.ſicuti etiam procedit arg.de tempore ad locum. item de tempore ad perſonas,& ad res.ut tradit Petr.de Anch.in conſ.xj.col.ij. uer.quo ad primum . Ex quibus ſatis dici poteſt, quòd pariter etiã ualeat de tempore ad caſus . Et dicit Polit. hic quòd non uidet rationem aliquam diuerſitatis inter tempus & caſus, difficile certè eſt reſpondere ad illum tex.niſi dicamus , prout dixi ſupra reſpondendo ad tex.in l.commodiſsimè.ff.de liber.& poſthum.uidelicet quòd queſtio iſta procedat in dubio,& quando aliud non apparet: lex autem contraria intelligitur,quando teſtator ita diſpoſuit,ſe ad illud tantum caſum reſtringendo,ſeu ad illud tantum tempus.

Sextò caſus iſte uidetur decidi per glo.in l.ſi mater. § j. ff. de uulg.
106 & pupill. † ubi ſubſtitutio facta ſub illa conditione , ſi filius meus me uiuo moritur , &c. expirat eueniente caſu quòd poſt mortem teſtatoris moriatur , & ſic non trahitur ad alium caſum licet ſimilẽ caſui expreſſo . Sed reſpondetur ex ſententia Bart. ibi. Paul. Caſtr. & imo quòd propterea non habet locum ſubſtitutio in illo alio caſu non expræſſo per teſtatorem, & uoluntate præſumpta ipſiusmet teſtatoris, quæ ibi militat, uidelicet quia nepos eiuſdem excluderetur per ſubſtitutum extraneum: quod non eſt dicendum, neq; præſumendum in caſu , quem teſtator ipſe non expræſsit . arg. l. cum auus.ff.de condit.& demonſtrat.& l.cum acutiſsimi C. de fideicõ.

& hoc

& hoc etiam ſequitur Soc.in l.j. ff. de uulg. & pupill. dum tractat. iſtam quæſtionem,in uer.quartò limita. prout hoc idem quoq; uidemus in illa uulgari, ad quam extenditur expræſſa pupillaris ut in l.iam hoc iure.ff.illo tit.cum ſui ſimil.dicunt enim Doctores illud non procedere, quando mater eſt in medio, aut etiam alia ſimilis perſona coniuncta ipſi teſtatori: tunc enim ceſſat illa diſpoſitio de quo tamen infra latius uidebimus.

Septimò adducitur tex. in l. titio uſusfructus. ff. de condit. & de-
107 monſtr.† ubi uſusfructus ſerui fuerat titio relictus,& eidem ſeruo libertas relicta ſub iſta conditione,ſi ille uſusfructus titij eſſe deſiiſſet: dicitur quòd ſi titius uiuo teſtatore decederat, & ſic legatum uſusfructus caducum fiat: uel etiam ſi fortè incapax efficeretur titius,libertas non debetur: quia non extitit caſus conditionis: quia non deſijt, quòd nunquam cæpit. Et ſic caſus ille expræſſus uidetur ſi titij eſſe deſierit. not. extenditur ad alium, uidelicet ſi incapax efficiē,uel ſi uiuo teſtatore decedat.& nota quia ibi ſumus non ſolum in materia lata,ſed etiam ualde fauorabili, uidelicet libertatis,cuius fauore multa contra iuris regulas ſtatuta fuere l. genera-
108 liter §.ſi quis ſeruo pignorato. ff.de fideicom. libe.† Aliqui dimittunt illum tex. tanquam non poſsit reſponderi. ſed tu dic pro reſponſione, quòd caſus illi non ſunt inter ſe ſimiles ſed immo contrarij: nam quòd uſusfructus legatus deſinat in perſona titij, præſupponit legatum eſſe quæſitum: caſus uerò illi, qui extiterunt, ſunt in contrarium: quia legatum in caſibus illis nunquàm fuit quęſitum. At hic caſus,uidelicet quòd nolit,aut non poſsit eſſe hæres, ſunt inter ſe ſimiles, & eiuſdem effectus quoad acquiſitionem, merito &c.

100 Octauò & ultimo adduco ego tex.in l.iiij.ff.de acqui.hæredi.† ubi tex.uidetur caſum hunc decidere: nam ibi dicitur, quòd is non dicitur nolle adire,hæreditatem qui non poteſt: ego tanquam diuerſa iſta ibi ponuntur. & ſic ſubſtitutio facta in alterutro ex iſtis caſibus non uerificatur in altero. Sed pro reſponſione aduertendum eſt,quia tex.ille euitari haud magno negocio poteſt: non enim dicimus ſubſtitutionem in unum ex iſtis caſibus factam ideo trahi ad alium, quia unus caſus ſit alius: fatemur nanq; iſtos caſus diuerſos inter ſe eſſe & unum non eſſe alium: ſed dicimus ſubſtitutionem in unum ex iſtis caſibus factam trahi etiam ad alium, quia ſimiles inter ſe ſunt: & eadem ratio diſponendi in utroque militat neque cōtrarium dicitur in d.l.ſed hoc tantum modo, quòd non dicitur nolle is qui non poteſt: & ſic quòd nolle & non poſſe ſunt diuerſa:

quòd

quòd nemo negauit. Quædam alia iura hic adducuntur, quæ aut parum obſtant. aut ex ſupradictis tolli de facili poſſunt. Et præ-
110 ſertim tex. in l. qui ex duabus. ff. de acqui. hæredit. † Super cuius intellectu duo tantum uerba dicere intendo propter multa inuolucra, quæ dicuntur per glo. ibi. & per Poli. hic: qui tandem dicunt tex. illum eſſe mendoſum, & deniq; nihil firmat circa illius intelligentiam. mihi uerò uidetur tex. illum abſq; aliqua difficultate procedere: niſi quatenus nos conſulto illas indagari ac in medium afferre uelimus: non enim uideo qua ratione ſint faciendæ illæ ſubauditiones, quas intendunt facere Doctores, uidelicet quòd ibi fuerit datus alius cohęres, aut ſubſtitutus, cum de his ne uerbum quidem in illo tex. neq; ſubauditio, quam faciebat Soc. de uerbo. maximè, eſt neceſſaria. minuſq; etiam, emendatio, quam faciebat Polit. ut uerbum poſteaq; legatur poſteaquàm: ita quòd ſenſus ſit, ut prius conditio extiterit; & poſtea inſtitutus deceſſetit. Dico enim ꝙ litera prout iacet planè pôt procedere, & ſenſus clarus reſultat: nam ille, qui fuit in una parte inſtitutus pure in alia uerò ſub conditione, adiuit partem, in qua fuit hæres inſtitutus, poſteaq; deceſsit: deinde conditio alterius portionis extitit: dicitur ad hæredem ipſius inſtituti iam defuncti partem illam pertinere.
111 Dubitatio autem maxima erat, ut glo. ibi dicit † quomodo inſtitutio conditionalis ad hæredem ipſius inſtituti conditione pendẽte defuncti, tranſmitteretur, per tex. in l. 1. §. in nouiſsimo C. de cad. toll. ratio tñ deciſionis, illa fuit, ne quis pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus remaneat contra l. ius noſtrum ff. de reg. iur. & ꝓpter rõnem iuris accreſcẽdi: & p l. 1. & 2. ff. illo tit. de acqui. hæredit. Et hoc uerũ, quando nullus fuit datus cohæres: quia tunc ad illum pertineret illa portio l. liber homo §. ſi ita ſcriptum. ff. de hæredib. inſtit. & ſic ceſſaret inconueniens, ut pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus quis decedat. Nec eſt neceſſaria ſuppletio dictionis maxime, ad hoc ut implicet etiam caſum, quando non exiſterat conditio: quoniam poſito quòd illud ſit uerum in ſe, tamen non deciditur ibi caſus ille: ſed is tantum, quando exiſtit cõditio, & fuit purificata & hoc modo de plano, & abſque aliqua extorſione, aut ſuppletione diuinatiua, uel etiam abſque correctione procedit ille tex. prout eam ponebat Polit. qui tandem rem hanc in ſuſpenſo dimittit. Ad propoſitum autem quæſtionis noſtræ redeundo dico tex. illum nihil contra opinionem communẽ probare, prout idem Polit. etiam fatetur. Vnde concludo uerisſimam eſſe illam opinionem, uidelicet quòd ſubſtitutio uulgaris ſit

ſit in unum caſum tantùm facta, puta ſi nòluerit eſſe hæres, habet locum etiam in aliò caſu ſimili, uidelicet ſi eſſe non potuerit: & idem è conuerſo. Quæ apertiſsimè probantur in d. l. Gallus in §. & quid ſi tantum inducendo, & declarando ut ſupra dixi. Item in d. l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. factis, & in d. l. fi. C. de Poſthum. hæredib. inſtit. & in d. l. iam hoc iure. ff. de uulg. & pupill. & hoc eſt uerum, niſi ſimus in caſu, in quo aliud dici debeat ex mente ipſius teſtatoris, quæ præcipua ſemper eſſe debet l. in conditionibus primum locum: ff. de condit. & demonſtrat. cum ſimil. ſupra allegatis. Et hoc caſu intelligēda ſunt illa iura pro contraria parte allegata, ſcilicet l. comodiſsime ff. de lib. & poſthum. & l. ſi ita quis ff. de uulg. & pupill. & hæc ſufficiant pro de-
112 ciſione huius notabilis quęſtionis † pro qua deciſione Addo Inocent. in c. prudentiā col. 1. in uer. Nuncium nu. 2. extra de offi. & poteſt. iud. deleg. ubi dicit, quòd uerbum nequiuerit continet ſub ſe etiam uerbum noluerit.

Septimò principaliter quæritur, qui ſint effectus uulgaris ſubſti-
113 tutionis † & primò quidem unus effectus eſt, quia huiuſmodi uulgaris per patrem filio ſuo impuberi & in poteſtate exiſtenti facta porrigitur etiam ad caſum pupillaris ſubſtitutionis, ſi quidem contingat filium ipſum, adita iam hęreditate, decedere in pupillari ætate, tex. eſt ad hoc præcipuus in l. iam hoc iure ff. de uulg. & pupill. & in l. 2. §. fi. eo. tit. & in l. quamuis C. de impub. & alijs ſubſtit. & in hoc nulla eſt difficultas, aut diſcrepantia inter Doctores, iura enim ad hoc ſunt clara.

114 Sed ex hoc maxima oritur dubitatio † quia communiter ſolet limitari iſta concluſio, ut non procedat, quando mater ipſius filij pupilli eſt in medio: tunc enim talis uulgaris ſubſtitutio non porrigitur ad pupillarem: ſed eueniente caſu prædicto, uidelicet quòd filius ille, adita iam hæreditate, decedat in pupillari ętate, ſubſtitutio omnino expirat fauore ipſius matris ſuper exiſtentis, & ipſa uti proximior ab inteſtato admittitur. Quam opinionem tenuit glo. in l. precibus C. de impub. & alijs ſubſtit. & in l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. factis: & etiam in l. Centurio. ff. illo tit. quæ concluſio potiſsimum ſumitur ex d. l. præcibus, quæ in effectu dedit cauſam edicto. Ex illa enim lege ſumpta fuit occaſio ad ita dicendum: eam quoque ſententiam tenuit Bart. in d. l. Centurio & in l. 2. ff. de uulg. & pupill. & in d. l. præcibus. Sequitur eam Paul. Caſtren. Domin. Alex. Iaſ. & cæteri recentiores. Idem Alex. in l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. factis & eſt commu-

communis opinio. Quæ (ut dixi) potiſsimum fundatur in uerbis
114 dicta l. præcibus † nam imperator ibi ſupplendo narrationem facti ſibi imperfecte propoſiti dicit eſſe conſiderandum, an ſubſtitutio in primum caſum tantum, an uerò etiam in ſecundum facta fuerit filio impuberi, & in poteſtate exiſtenti tempore teſtamenti conditi: ſi enim in primo tantum caſu, & ſic ſi hæres non erit, filio exiſtenti in poteſtate fuit facta ſubſtitutio: & ipſe adiuit poſteaq; in pupillari ætate decedat: tunc ad ipſam matrem omnino eius ſucceſsio pertinet, excluſo ſubſtituto: & cum tex. dicat omnino, intelligitur, hoc eſt indiſtinctè, & omni caſu: & conſequẽter non habita ratione pupillaris ſubſtitutionis tacitæ: ex quaſi admitti ſubſtitutus aliquo caſu poſſet non eſſet uerum, quòd omni-
115 no admittetur mater, hoc eſt omni caſu † prout eſt natura, & ſignificatio illius uerbi omnino. l. ſi cum exceptione §. quatenus ff. quòd met. cauſa. Nec ceſſat arg. ſi forte dicatur, quòd imperator ibi habuit conſiderationem tantummodo ad ipſam uulgarem, nõ autem ad tacitam illam, ſeu potius præſumptam pupillarem, quę non ex uerbis per teſtatorem prolatis prouenit, ſed ex diſpoſitione legis, quam non conſiderat imperator ibi. Quoniam duabus rationibus poteſt reſponderi, & contrarium dici: & primò quia imperator eſſet defectiuus omittendo decidere illum caſum: cum tamen appareat, ipſum uelle ſupplere defectiuo illius melioris imperfectè caſum proponentis. Secunda ratio eſt, quia immo ex uerbis, quibus utitur imperator ibi, colligitur, quòd habuit in conſideratione etiam caſum pupillaris tacitæ, aut dicere uis præſumptæ: quoniam dum loquitur de ſubſtitutione in primum caſum facta, requirit illam in poteſtate patris exiſtere: nam non eſt incerti iuris, quòd ſi quidem in patris militis poſitus poteſtate in primo caſu tantum habuit ſubſtitutum &c. Si enim in illa ſubſtitutione, quàm imperator appellat in primo caſu tantum factam, ſenſiſſet de uulgari tantummodo, non autem quicquam de illa pupillari præſumpta, de qua nunc agitur, cogitaſſet, certe non fuiſſet neceſſarium requiſitum illud, quòd ſcilicet eſſet in patris poteſtate, prout tex. ibi illud requirit expreſſe: ad uulgarem enim ſubſtitutionem illud non eſt neceſſarium, ſed ad pupillarem ſic l. 2. in prin. ff. de uulga. & pupil. & inſtit. eo tit. in prin. & uidebimus infra in tractatu pupillaris. Et nemo, quem adhuc uiderim, hoc conſiderauit in illo tex. cum ergo concludat ille tex. quòd ſi filius patri hæres extitit. & poſtea defunctus ſit, ad matrẽ eius ſucceſsio omnino hoc eſt indiſtinctè, pertinet: & ſic ſiue pubes iam factus, ſi-

ue impubes adhuc deceſſerit, ita quòd caſus pupillaris tacitæ eueniat. Nam aliàs non uerificaretur illud uerbum omnino: ſequitur neceſſario ibi probari, matrem impedire illam pupillarem, ad quā aliàs uulgaris porrigitur. Et illum etiam caſum fuiſſe per imperatorem ibi conſideratum ſuprà oſtendi: unde remanet ibi eſſe caſum pro iſta opinione. Alijs etiam modis inducitur ille text. pro iſta opinione communi: ſed iſte cæteris mihi magis ſtringere uidetur.

Secundo principaliter fundatur iſta opinio in l. fi. C. de inſtit. & 116 ſubſtit. ſub condit. factis † de quo tex. etiam ſupra in præcedenti articulo latè diſſeruimus, ibi enim ſubſtitutio in illa parte, in qua poſthumus fuerat inſtitutus, facta fuerat ſub illa conditione, ſi poſthumus natura non fuiſſet, qui eſt caſus uulgaris ſubſtitutionis: ſi euenit caſus, quòd poſthumus naſcatur, & ſic euaneſcat ſubſtitutio uulgaris, uerum ipſe in pupillaris ætate decedat, & ſic eueniat caſus pupillaris tacitæ, an admittatē ex ipſa pupillari tacita, ſeu præſumpta illa ſubſtitutus? an uerò mater pupilli eidem ab inteſtato ſuccedat? concluditur tandem per imperatorem ibi, matrem admitti ad luctuoſam filij impuberis defuncti hæreditatem, reiecta illa tacita pupillari, ad quàm vulgaris expreſſa porrigi ſolet, quando mater non adeſt.

117 Tertiò adducitur ratio † nam quòd uulgaris porrigatur ad pupillarem, prouenit ex coniecturata uoluntate teſtatoris: quia lex credit, quòd ſi caſum illum cogitaſſet, ita diſpoſitiuus fuiſſet, & propterea dicit tex. in d. l. iam hoc iure, quòd ſi appareret de contraria uoluntate teſtatoris etiam ex coniecturis, illud non procederet: uerba enim uulgaris ſubſtitutiōis, quæ protulit ipſe teſtator in ſua diſpoſitione, potius repugnant huic caſui pupillaris: ideoq; dicendum eſt, tunc interpretationem iſtam non eſſe faciendam contra uerba prolata per teſtatorem in præiudicium matris pupilli quaſi quòd adſit tacita coniectura, quòd doluerit teſtator matem excludere: & lex ceſſat facere illam interpretationem, quando adeſt coniectura contraria, ut ibi dicitur ſcilicet in d.l.iam hoc iure in fi. Contrariam uerò opinionem, uidelicet quòd immo illa diſpoſitio procedat, etiam quòd mater ſit ſuperſtes, tenuit ſubtilis Fulg. in d. l. præcibus C. de impub. & copioſius in d. l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. & eam ſequitur Dec. in d. l. præcibus in 4. not. & ante eos eam tenuit Chriſt. de Caſtillione, qui fuit præceptor ipſius Fulg. & mihi certè uerior uidetur de iure hæc opinio: & ex 118 mente legis ſcriptæ † mirum equidem uidetur nullam ex legibus,

quæ de iſta pupillari tacita, ſeu præſumpta loquuntur, eſſe quæ ponat hanc limitationem ad illam materiam: & præſertim cum nonnulli caſus in dictis iuribus ponantur, in quibus Regula illa fallit: uerosimile autem non eſt, quòd ſi illa regula etiam in caſu iſto, ſcilicet quando mater ſuperuiuit, non procederet, quòd fuiſſet caſus iſte prætermiſſus.

119 Dico igitur † quòd doctrina magiſtralis iſtius materiæ traditur in d. l. iam hoc iure per Vlpianum iureconſultum, qui referendo conſtitutionem imperatorum Marci, & Veri. poſuit regulam quòd pater, qui filio impuberi in eius poteſtate exiſtenti in unum tantum caſum ſubſtituit, puta ſi hæres non erit, & ſic in caſum uulgaris expræſſe, in alterum quoque ſubſtitutio facta intelligat, uidelicet & ſi hætes erit, & in pupillari ætate deceſſerit. Idque etiam in

120 reciproca duobus impuberibus facta procedere dicit † duos autẽ caſus tantum excipit, in quibus doctrinam, ſeu regulam illam dicit non procedere: primus eſt, quando duobus non eiuſdem conditionis facta eſſet, puta quòd unus pubes, alter uerò impubes eſſet. Tunc enim ſimplex uulgaris tantummodo continetur: nõ autem ad pupillarem quoque traheretur: cum utriq; eorum non poſſet conuenire, ut ibi dicitur. Et hoc idem in ſimplici uulgari duobus diſparis conditionis procedit, ut non porrigatur ad tacitam pupillarẽ ut eſt caſus in l. quamuis C. de impub. & alijs ſubſtit. & ſecundus caſus, in quo regula illa nõ procedit, eſt quãdo uoluntas teſtatoris refragatur, ut ibi propè finem, & etiam in d. l. quamuis, dicitur. Quòd autem iſtud non procedat, etiam quando mater ſupereſt, ne uerbum quidem: quòd non eſt uerosimile ut dixi, quòd fuiſſet prætermiſſum: cum tradatur ibi doctrina, & declaretur iſta materia. Quimmo cum in iure habeamus, quòd exceptio in uno caſu facta firmat regulam in cæteris l. nam quòd liquido. ff. de penu. leg. ſequitur, ibi probari potius contrarium. Nec dicatur, quòd immo iſte caſus eſt ſub illo cõprehenſus, uidelicet niſi uoluntas teſtatoris refragatur: quando enim mater ſupereſt: tunc uo

121 luntas teſtatoris dicitur refragari: ideo ceſſat legis diſpoſitio † nam ex his, quæ infra dicentur, apparebit, ex iſta exiſtentia matris nihil de contraria mente teſtatoris colligi poſſe. Sed præterea euidentiſsime probatur matris exiſtentiam non eſſe in aliqua conſideratione in materia iſta. Nam datur caſus legis, in quo tractatur de iſta materia, uidelicet quòd ſubſtitutio uulgaris porrigatur ad pupillarem, & mater eſt in medio: & nihilominus talis exiſtentia nihil conſideratur.

122 Iſte autem eſt tex.in prædicta l.quamuis C. de impnb.† ubi pariter ponitur regula, de qua in d. l. iam hoc iure : eamq; pariter dicit nõ procedere, ſi uoluntas teſtatoris contraria probatur : item quando duobus fieret, quorum utraq; non conueniret pupillaris : quia & tunc uulgaris tantum facta intelligeretur. Et ibi aderat mater, eſt in ueroſimile immo uerò eſt ne poſsibile, quòd ſi mater impedimento eſſet, ne illa ſubſtitutio porrigatur ad pupillarem, de hoc non dixiſſet, cum mater ibi aderat, immo tex. hanc ſolam rationem allegat, uidelicet in æqualitates perſonarũ prout etiam in d. l. iam hoc iure hæc ratio aſsignatur : ergo apertiſsime conſtat matris exiſtentiam non eſſe in aliqua conſideratione legis circa hoc. Quòd idem etiam probatur in l. 2. C. illomet tit. ubi pariter aderat mater, ut ibi Gloſella prima : & tamen nihil dicitur quòd per eam impediatur pupillaris illa tacita, ſed illud eſſe dicit propter inæqualitatem perſonarum : & illud dicit ex ſententia diui Marci, de qua in d.l.iam hoc iure, credere an poſſumus? quòd ſi illa ratio exiſtentiæ matris aliquid circa illud operaretur, quòd in illis legibus, uel ſaltem in aliqua earum non fieret aliquod : uerbum : cum maxime Mater præ oculis aderat; & nihil etiam in d. l. iam hoc iure, de ea dicitur.

123 Præterea non minus apertè probatur iſta opinio per tex. in d. l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. factis : qui tamen tex. pro communi adducitur : ego autem dico opinionem iſtam ibi probari. Nam fuerit ibi facta ſubſtitutio uentri, ſi poſthumus non naſceretur, & ſic uulgaris : poſthumus autem natus fuit. Et ſic expirauit uulgaris : uenarius pupillari ætate deceſsit : quærebatur an ſubſtitutus ex tacita pupillari, an uerò mater ab inteſtato ſuccederet. Dicitur ibi apud ueteres fuiſſe dubitationem ſuper huiuſmodi caſu, ergo non erat deciſum, Matrem impedire uulgarem ſubſtitutionem porrigitur ad pupillarem : quia non fuiſſet opus dubitatione aliqua : immo etiam alia ibi aſsignatur ratio, cur ſcilicet non porrigatur : quia mater illa fuerat per teſtatorem pro parte inſtituta : ideo ſumitur coniectura ſuæ uoluntatis, quòd noluerit ſubſtitutionem ſuam uulgarem ad pupillarem porrigi. Non igitur eſt exiſtentia matris, quæ illud operetur, ſed quia fuerat inſtituta, inde oritur coniectura : & ſic eſt uolunratis quæſtio, ut ibi dicitur : unde ſumus in caſu ſecundæ fallentię traditæ in d. l. iam hoc iure, & in d.l. quamuis uidelicet quòd contraria ibi eſt uoluntas teſtatoris : imperator ergo ibi in deciſione illius caſus nullam facit mentionem de matris exiſtentia; ſed immo aliam ibi aſsignat rationem

nem de matris exiſtentia: ſed immo aliam ibi aſsignat rationem, ergo apparet exiſtentiam matris non eſſe in aliqua prorſus coſideratione legis quo ad iſtam materiam: neq; ex ea Sumi coniecturam aliquam à lege quòd teſtator noluerit ſuam ſubſtitutionem uulgarem porrigi ad pupillarem prout expreſſe in iure deciſum reperitur. Nec obſtat, ſi fortè dicatur, quòd in deciſione nulla ibi ſit mẽtio de illa ratione, uidelicet quòd mater fuerit inſtituta. quoniam ſatis eſt; quòd dum narratur factum, quod decidit imperator, iſtud potiſsimum dicitur, quòd fuerit inſtituta mater & in ea ratione fundabat ſe Papinianus, cuius ſententiam approbat ibi imperator Iuſtinianus.

Non etiam obſtat, ſi fortè diceretur, quòd in duobus tantum caſibus ſubſtitutus admittitur, & non in alijs loquitur enim ibi per dictionem taxatiuam, primus eſt ſi poſthumus minime natus ſit, qui eſt caſus conditionis expreſſus: ſecundus eſt, ſi natus impubes adhuc deceſiſſet, mortua iam matre: qui eſt caſus tacitus, ſeu præſumptus, ad quem porrigitur uulgaris illa expræſſa. & ſic non etiã ponitur ibi caſus, quando mater non fuiſſet inſtituta, ut & tunc ſubſtitutus admittatur. nam reſpondeo uerum eſſe, quòd non ponitur ille caſus, quia ſic de facto erat propoſitum, uidelicet quòd mater erat inſtituta: in quo caſu: & in quibus terminis uerum eſt illis duobus tantum modo caſibus ſubſtitutum admitti, uidelicet ſi nõ fuiſſet natus, uel ſi impubes adhuc præmortua matre deceſiſſet: ſed tamen negari non poteſt quin colligatur ſaltem tacitè deciſio illius caſus etiam, uidelicet quando mater non fuiſſet inſtituta, ut & tunc admittatur ſubſtitutus: quoniam ſi ſola exiſtentia matris eſſet ſufficiens ut excluderetur ſubſtitutus, fruſtra fieret uis in eo, quòd ſit inſtituta: quia ſiue inſtituta ſit, ſiue non, ſemper excluderetur ille: cuius tamen contrarium apertè ſenſit ille text. in ea ratione ſe fundando.

124 Quartò confirmatur † Quia iure expræſſè cautum habemus, quòd mater excludatur à ſucceſsione filij ſui in pupillari ætate defuncti propter ſubſtitutionem pupillarem, ut eſt tex. in l. Papinianus. §. ſed nec impuberis ff. de in. off. teſt. nec obſtat, ſi dicat quòd illa lex loquitur de èxpræſſa: nos uerò de tacita. Quoniam dico, quòd ratio illius tex. ita militat in una, ſicut & in alia: lex enim facit hanc interpretationem, dum porrigit illam uulgarem etiam ad caſum pupillaris ex preſumpta mente teſtatoris: quia præſumit, quòd ſi caſum hunc cogitaſſet, ita diſpoſitiuus fuiſſet: ergo idem ſemper ſit; quia ſemper ſumus in pupillari ſubſtitutione ſiue ſit expræſsis

uerbis

uerbis facta, ſiue tacitis, aut præſumptis. cuius pupillaris effectus eſt matrem excludere etiam à legitima. ut in d.§.ſed nec impuberis.ad quòd etiam eſt tex.apertus in c.j.in fi.de teſtamen. inci. & ſi dixerit lex hoc caſu ceſſat facere iſtam porrectionem, & ſic inducere pupillarem. dico iſtud iure nõ probari immo potius contrariũ. ut in d.l.iam hoc iure,& in d.l.Quamuis C.de impub.& alijs ſubſt. & in d. l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit.factis,ut ſupra inductis,& per rationes ſupra per me allegatas nec eſt ratio aliqua, cur dicamus legem deſiſtere ab illa ſua interpretatione, quam regulaliter ſolet facere. d. l. iam hoc iure,ne ſcilicet mâter excluſa remaneat per pupillarem ſubſtitutionem: quoniam dico quòd lex non reſultat hoc eſſe minus iuſtum, quòd ſubſtitutio pupillaris matrem excludat ab omni ſucceſsione filij d. §. ſed nec impuberis

125 † Et prædicta confirmantur, quia certum eſt,quòd pupillaris, quæ continetur in compendioſa, item in reliqua excludit matrem, ut not. in l.Centurio & in l.lutius.ff.de uulg.& pupill. ergo apparet, quòd diſpoſitio tex. in. d.l. Papinianus. §.ſed nec impuberis.ff. de inoff. teſta. & c. ſi pater de teſtam. in vj. procedit etiam in illa pupillari, quæ non eſt omnino expræſſa. Et quòd hoc ſit uerum,

126 † quòd pupillaris,quæ in compendioſa continetur;non ſit omnino expræſſa, probatur per tex.in d. l. Præcibus. C. de impub. & alijs ſubſt. ibi ſi uerò ſubſtitutio fuerit & in ſecundum caſum facta & ſic eſt pupillaris expræſſa uel compendioſa: ergo illa,quæ in compendioſa ineſt, non dicitur expræſſa. Illa uerò quæ in breuiloqua ineſt, multo minus poteſt dici omnino expræſſa, ut ex uerbis,quibus fit,manifeſtò colligitur, & probatur etiam neceſſariò in d. l. iã hoc iure,ubi illud,quod dixit de uulgari expræſſa ſcilicet quòd porrigatur ad pupillarem licet uerba illam non ſignificent, idem quoque eſſe decidit in breuiloqua,ut & ipſa pariter ex diſpoſitiõe illius legis ad pupillarem porrigatur: quando fuit impuberibus facta. ergo apparet manifeſtè. Reciprocam ſubſtitutionem non continere pupillarem,quæ ſit expræſſa: quia tunc ſuperflua,& una omnino eſſet illa deciſio ibi, quòd reciproca porrigeretur etiam ad pupillarem,ſicut uulgaris; ſi uerum eſſet, quòd illam expreſſam continent. & cum tex.ille idem ſimpliciter ſtatuat in reciproca, quod iam dixerat in uulgari quo ad iſtam porrectionem factam ad pupillarem,neſcio uidere cur illam fateamur matrem excludere,iſtam uerò negemus. Et dicere quòd illa eſt magis expræſſa, quàm iſta, eſt potius cauilli ſpecies,quàm quòd realitatis, aut ſubſtantiæ quicquam ſapiat: nam lex tribuit hanc potentiam ſubſtitutioni pupillari,

lari,ut matrem omnino excludet.d.l.Papinianus.§.ſed nec impube
ris.ff.& d.c.ſi Pater de teſtam. in vj. nec diſtinxerit, an ſit ma-
gis,uel minus exprçſſa merito &c.immo plus & minus non reddũt
127 ſpecificam differentiam l.fi.ff.de fundo inſtr. † propterea iſtæ diſ-
ferentiæ ſunt nimium ſcrupuloſæ, ſeu potius pernitioſæ, & omni-
128 no contra mentem & rationem iuris: † ideo abijciendæ,ac explo-
dendæ ſunt l.ſi ſeruum §.ſequitur.ff.de uer. obligat.
129 Et ſi quis iterum proter uim inſtet, dicendo, † quòd iſta eſt inter
pretatio quam facit lex porrigendo, ſeu extendendo diſpoſitionẽ
teſtatoris caſu, quem ipſe teſtator non expreſsit, quam interpre
tationem deſinet facere lex ipſa fauore matris ipſius pupilli,quan-
do ipſe ſupereſt. dico iſtud non eſſe uerum: nec ullibi in iure pro-
bari, quòd lex tunc deſinat facere iſtam interpretationem,quando
mater adeſt: & iſta ſunt mera ſomnia: Immo còntrarium apertè
in iure probatur, ut ſupra demonſtraui. Nam in caſu l. quanuis C.
de impub.aderat mater,& tamen non deſinit eius fauore lex ibi fa
cere illam interpretationem: ſed ratione inæqualitatis perſonarũ,
ut expræſſe ibi dicitur. Eſt tñ credendum, quòd cum mater ibi
adſit: ſi eius exiſtentia eſſet in conſideratione aliqua apud legem
quo ad impediendam illam interpretationem, quòd non feciſſet
lex illa uerbum aliquod de hoc: prout expræſsit rationem illam in
æqualitatis: quæ uerò erat ratio impediendi,ne illa diſpoſitio trahe
retur ad pupillarem. pariter in l.fi.C.de inſtit.& ſubſtit.ſub condi.
factis aderat mater; & tamen non illa ratione impeditur ſubſtitu-
tum ex pupillari admitti: ſed quia mater ibi fuerat per teſtatorem
expræſſe inſtituta, inde ſumitur coniectus ſuæ uoluntatis: non au-
tem ex eo ſolum,quia adeſſet ipſa mater.

Prætereà l.iam hoc iure, quæ tradit hanc doctrinam, non dicit illã
interpretationẽ ceſſare, quando mater ſupereſt, ſed aliquibus alijs
caſibus hoc eſſe dicit. Nec eſt uero ſimile, caſum hunc principa-
lem fuiſſe prætermiſſum. item lex illa ita interpretatur uulgarem,
item reciprocam ſubſtitutiones,promiſcue de illis loquendo. Do
ctores autem omnes fatentur legem non deſinere facere illam in-
terpretationem in reciproca, etiam quòd mater ſit in medio: Cur
autem uolunt diuerſum dici, in uulgari? cum tamen de utraque
ſimul,& non facta aliqua inter eas differentia, ſit ibi locutus, &
eodem contextu. Ex quibus omnibus manifeſtò apparet opinio-
nem hanc perſpicuis iuribus probari, & optimis rationibus confir
mari:& ſimul apparet contrariam ſententiam nullibi in iure proba
ri,nec ratione aliqua probabili muniri.

Solum

Solum ſupereſt reſpôdere ad uerba tex. qui hinc opinioni occaſio-
130 nem præbuit, † ſcilicet l. præcibus C. de impub. & alijs ſubſtit. ad quem tex. pro uera reſponſione dico, quòd non habuit hanc mentem, uidelicet quòd pupillaris iſta, de qua nunc agimus, minus locum haberet, quando mater eſt in medio: neque iſtud cogitauit: ſed tm̃ loquitur imperator in illo primo reſponſo de caſu uulgaris ſubſtitutionis, qui quidem euenit: quia mortuus fuit ille filius, poſtquam hæres extitit patri, & in iſtis terminis loquitur tex. & intellige & poſt pubertatem: quoniam aliàs non eſſemus in ſubſtitutione in primum tantum caſum facta: ſed in ſecundum, uidelicet pupillaris ſubſtitutionis: quem caſum pupillaris proſequitur poſtea imperator in ſeq. uer. ſi uerò licet ergo uerùm ſit, uulgarem expræſſam porrigi ad pupillarem, iſtud tamen procedit, ſi caſus eueniat, uidelicet quòd ille in pupillari ętate decedat: alias uerò ſecus. unde imperator ibi loquitur in caſu illo, uidelicet quando fuit facta ſubſtitntio in illum primum caſum: & ille non extitit: quia inſtitutus aliud, & ſic expirauit: & in eiſdem terminis ſubſtitutionis uulgaris ille defunctus eſt. unde optimè uerificatur illa dictio omnino: quia uerum eſt, quòd eueniente illo caſu, quòd expirauerit ſubſtitutio uulgaris, prout hoc caſu, & in iſtis terminis loquitur ille tex. omnino ad proximiores, & ſic ad matrem pertinet ſucceſſio. Et de caſu pupillaris, quæ eſt ſubſtitutio in ſecundum caſum facta, non loquitur ibi: ſed in uer. ſeq. nec debemus, aut poſſumus intelligere uerba imperatoris ita, quòd extiterit caſus alterius ſubſtitutionis, ſcilicet pupillaris: tum quia de illa non loquitur ibi imperator, ſed de illa, quæ eſt facta in primum caſum, & ſic de uulgari: tum uerò quia de caſu pupillaris, & de eius materia ſtatim ſubijcit in uer. Si uerò. confirmatur etiam quòd imperator ibi loquatur, & intelligat de uulgari tantummodo, non etiam de pupillari: ad quem uulgaris illa porrigitur, quia præſupponit illud, quot ibi dicitur, reperiri in iure cautum: cum dicat, nam non eſt incerti iuris. Sed ubi nam reperitur, iure cautum ante legem illam quòd iſta pupillaris non habeat locum matre exiſtente in medio: nullibi certè hoc reperitur. ſed potiùs contrarium: quia uulgaris expræſſa trahitur ad pupillarem. l. iam hoc iure. ff. de uulg. & pupill. & l. quamuis C. de impub. quæ fuit lex Alexandri imperatoris, qui fuit per multos annos ante Diocletianum autorem legis præcibus ſed bene reperiebatur non eſſe in ętate iuris, quòd adita hæreditate per inſtitutum: ſubſtitutio uulgaris expirat. l. poſt aditam. C. de impub. & de illa uulgari loquitur ille tex. non autem etiam de alia. &

uerum eſt non eſſe incerti iuris quòd hærede adeunte, ut dixi, expirat uulgaris. Et ita rectè uerificantur illa uerba, de quibus ibi. Nec obſtat ponderatio, quam ego faciebam uidelicet imperatorem ibi loqui de filio in poteſtate exiſtente: quia illud eſt propter pupillarem, de qua loquitur in d. uer. ſi uerò, eodem themate retento, quæ pupillaris non poſſet habere locum, niſi filius eſſet in poteſtate patris teſtatoris.

Non etiam obſtat, quòd dicitur, imperator ibi eſſet defectiuus: quia omitteret caſum iſtius tacitæ pupillaris: & ſic uellet ſupplere defectum illius mulieris imperfectè factum narrantis: ipſe autem in eundem defectum inciderat. unde poſſet & dixi heu patior telis uulnera facta meis. nanque reſpondetur non eſſe uerum, quòd eſſet defectiuus: quia ſatis eſt, quòd ibi tractat materiam pupillaris ſubſtitutionis, in d. uer. ſi uerò & ſiue ſit expreſſa, ſiue tacita, ſemper eſt pupillaris ſubſtitutio: & declarat quid iuris ſit, quando ille decedit. in pupillari ætate & ſic quando euenit illius caſus: & pariter etiam quid quãdo pubes iam factus decedit. neq; eſt neceſſe, prout nec eius intentio eſt, exprimere ſingulos modos, quibus fit: & ex quibus reſultat pupillaris: ſemper enim eſt pupillaris quomodocunque & quibuſcunque uerbis fiat. & eo maxime, quia imperator ibi ſpecificè etiam facit mentionem de pupillari, quę eſt expreſſa: item de illa, quæ non eſt expræſſa: prout illa eſt, quæ continetur in compendioſa: & idem erit de illa, quæ ſub reciproca: item de illa, quæ continetur ſub uulgari: quia ſemper eſt eadem ſpeties, ſcilicet, & pupillaris: & ſemper uerum eſt, quòd non expræſſa: ideoque non fuit opus ſingulas ſpeties recenſere: quia hoc non agebat ibi imperator: ſed ſufficit, quòd declarauit ad quem pertineat ſucceſsio in euentum uulgaris: item in euentum pupillaris, quomodocunque factæ, id enim non curatur, quia ſemper eſt pupillaris: item in euentum fideicommiſſariæ, ſeu directæ militaris, ſecundum uarios intellectus illius tex. & iſtum puto eſſe uerisſimũ ſenſum, & uerisſimam mentem imperatoris ibi.

131 Non etiam obſtat ratio illa † quam tertio loco pro communi adducebam, quòd hoc caſu ceſſat diſpoſitio legis trahẽtis e uulgari ſubſtitutione ad caſum pupillaris: quia ceſſat præſumpta mens teſtatoris propter exiſtentiam matris in medio; ut ſupra dixi, nam reſpondetur, quòd iſtud eſt falſum, uidelicet ceſſare pręſumptam mẽtem teſtatoris: nec aliquid eſt, propter quòd poſsimus pro habiliter coniecturari, quòd magis ceſſet nunc, quando mater ſupereſt, quàm quando non ſupereſt: quoniam quando teſtator fecit ſub-

ſtitutionem uulgarem expræſſe,aderat iſta ſua uxor, conſequenter mater pupilli, quam tamen non uocauit, ſed illum ſubſtitutum expræſſe uocauit in defectum ſui filij : quòd ſi uerùm eſſet ipſum prædilexiſſe uxorem,eam uocaſſet non autem ſubſtitutum. non uideo ergo in quo fundari iſta conjectura poſsit, quòd ceſſet hoc caſu uoluntas aliàs præſumpta ipſius teſtatoris,quàm debeat etiam hoc caſu ſubſtitutus admitti ex tacita pupillari, prout lex expræſſe cauit : & quem ſubſtitutum teſtatoris in unum caſum uocauit,non autem uxorem.quam nullo caſu uocauit : Et ſi quidem teſtator illum ſubſtitutum prędilexit uxori in illo caſu,ſcilicet quando filius ſuus decederet ante aditam hæreditatem : uel quòd alio modo non eſſet hæres dicendum eſt quòd pariter cum prædilexerit in caſu,quo decederet pupillus adita iam hæreditate : nec ulla ratio eſt, iure contrarium dici debeat : eo maxime quia concurrit ad hoc diſpoſitio iuris. ut in l.iam hoc iure ff.de uulg.& pupill.& l.Papinianus §.Sed nec impuberis ff. de inoff. teſt. ubi matrem expræſſe excludi dicit per pupillarem ſubſtitutionem. nec dicatur illum tex.loqui de expræſſa. Quoniam ſemper eſt pupillaris : & ſemper militat ratio illius tex. etiam in iſta tacita quia, ut prædixi, uoluntas præſumpta ipſius teſtatoris ergo ſubſtitutum, quem expræſſe in unum caſum uocauit,habet locum etiam in alio caſu ad excluſionem matris pupilli,& uxoris ſuæ,quàm nullo caſu uocauit. Nec obſtat,ſi dicatur, quòd immo eſt diuerſa ratio in uno caſu, quam ſit in alio : nam in uulgari agitur de ſucceſsione ipſius teſtatoris, & ſic mariti ipſius mulieris : in pupillari uerò agitur de ſucceſsione pupilli, & ſic filij ipſius mulieris, de qua nunc quæritur : Quoniam dico iſtud nihil eſſe cum in iure expræſſum habeamus, ſubſtitutionē pupillarē excludere ipſam matrem etiam à ſucceſsione ſui filij, d.l.Papinianus §.ſed nec impuberis.ff.de inoff. teſt.& dictum eſt ſupra.

Vnde ad propoſitum redeundo non poſſumus dicere,quòd lex deſinat capere ſuam conjecturam circa uoluntatem ipſius,teſtatoris, quòd ſubſtitutus admittatur eueniente caſu pupillaris, ex eo tantùm quòd mater ſuperſit. quia lex matrem excludit per ipſam pu-
132 pillarem ſubſtitutionem. † Sed bene lex deſinit ſumere hanc conjecturam,quando mater eſt ipſum teſtatorem expræſſe uocata ſaltem in parte, tunc ex eo ſumit contrariam conjecturam ad fauorē matris,& ad excluſionem ipſius ſubſtituti : ut uidemus hoc in caſu l.fi.C de inſtit.& ſubſtit.ſub condit.fact. tunc enim uerū eſt, quòd ceſſat pręſumpta illa teſtatoris uoluntas, ut ſubſtitutus etiam in caſu illius tacitæ pupillaris admittatur ; ſed potius admittatur mater

ad luctuoſam hæreditatem filij ex coniecturata mente teſtatoris hoc caſu,cum eam ipſe teſtator uocauerit prius quàm ſubſtitutum aliàs autem extra iſtum caſum, quòd ſola exiſtentia matris impediat ſubſtitutionem ad caſum tacitæ pupillaris porrigi, nullibi in iure probatur: immo iura omnia contrarium dicunt.ut d. l. iã hoc iure.ff.de uulg.& pupill. d.l.Quamuis C.eo.d.l.fi.C.de inſti.& ſubſtit.inducẽdo ut ſupra.& d.l.Papinianus §.ſed nec impuberis.ff. de inoff.teſt.ponderando rationem illius tex. & conſiderãdo ut ſupra dixi. quibus additur text. iuris canonici uidelicet c. ſi pater. de
133 teſtam.in vi.† ubi mater pupilli, immo pupillorum ibi aderat, & tamen excluditur per ſubſtitutum ex pupillari: & nedum ab uniuerſali ſucceſsione, uerùm etiam à legitima. prout etiam in d. §. ſed nec impuberis.Et no.quia in d.c.ſi pater.non erat pupillaris expræſſe ibi facta, ſi rectè aduertas. & tamen non minus excluditur mater in totum. nec dicatur, quòd ibi eſt in cauſa ſubſtituta: quia in eo non ſe fundat ille tex. immo rationẽ generalem aſsignat quã etiam aſsignat tex. in d. §. ſed nec impuberis. Ideoq; cum tot ſint iura iſtud expræſſe dicentia,matrem ſcilicet excludi per pupillarẽ, & non ſolum quando eſt expræſſa, ſed etiam quando non eſt expræſſa: item non ſolum à reliquis bonis, ſed etiam à legitima, non debet nos quicquàm mouere tex.in d.l. Precibus.in uer. nam non eſt incerti iuris: Quia ibi de pupillari ne uerbum quidem: immo expræſſe loquitur,quando euenit caſus uulgaris; quæ in primum caſum dicitur: & de illa ibi loquitur, pupillaris autem non dicitur in primum caſum,ſed in ſecundum facta, & de illa loquitur in uer. ſeq. Si uerò ubi concludit, eueniente illius caſu, matrem excludi, & ſubſtitutum admitti: & hoc non ſolum quando eſt pupillaris expræſſa,ſed etiam quando non eſt expræſſa. dic ergo modo,quòd inter non expræſſas datur una ſpeties,quę dicitur magis non expræſſa, quàm alia, iſta non ſunt ex mente legis, & uerbales differentiæ, potius,quam effectuales ſunt: licet enim una ſit tacita uno modo, & alia alio modo, tamen uerum eſt, quòd neutra eſt expræſſa. Ex quibus omnibus remanet euidenter comprobatum eſſe illam opinionem,quam communem appellant, nullibi in iure probari: immo uerò eſſe contra iura expræſſa in materia loquentia. Igitur concludo tacitam hanc ſiue præſumptam pupillarem locũ habere ſiue mater adſit,ſiue non regulariter tamen loquendo. nec ibi uideatur me prolixius locutumm fuiſſe. Quoniam difficultas materiæ hoc effecit.

134 Fallit autem hæc concluſio, † quando mater ipſa fuiſſet per teſta-

torem ſaltem in parte uenta, ut in d.l.fi.C.de inſti.& ſubſt.ſub cõdit.factis. & ſupra declaraui.

Tenendo autem iſtam opinionem, quam tenui etiam in d.l. præci-
135 bus,† nõ eſt neceſſarium diſcutere illud ſuper quo inſtant late Doctores tenentes communem opinionem, ſcilicet quòd mater non excludatur per iſtam tacitam pupillarem: an iſtud ideo ſit, quia eo caſu non inſit dicta pupillaris? an uerò quia licet inſit, tamen non operetur effectum ſuum contra matrem, & eius fauore. Et nonnullos effectus ex iſta differentia conſiderant, ut aliàs plenè proſequitur ſum in d.l. præcibus. & etiam in l.Centurio. nam iſtud, ut dixi, non eſt neceſſarium quia contrariam opinionem in principali ar-
136 ticulo uti de iure uerißimũ teneo. † Sed præſuppoſita illa communi pro uera, etiam non eſt hoc querendum, an ſcilicet inſit, ſed eius effectus fauore matris ſuſpendat. An uerò nullo modo inſit. Nam dico ſine dubio hanc pupillarem in uulgari non ineſſe: immo uerba illi repugnant: ſed eſt lex, quæ ſic interpretatur mentem teſtatoris, quòd ſi caſum hunc cogitaſſet ita diſpoſitiuus fuiſſet, ut in d. l.iam hoc iure ff.de uulg.& pupill.& in d. l.quamuis C. eo. tit. ubi dicitur illam ſubſtitutionem iam factam porrigi ad alium caſum: ſi enim ineſſet, non fuiſſet neceſſe, quòd porrigeretur. unde dico, quòd nedum quando mater eſt in medio, non ineſt hęc ſubſtitutio ſed etiam quando non eſt: ſed eſt interpretatio, quam facit lex ſic extendendo, ſeu porrigendo: quia prę ſumit, quòd ſi teſtator caſum hunc cogitaſſet, quem tamen non cogitauit, ita fuiſſet diſpoſiturus. Et hanc interpretationem non facit lex, niſi tunc quando caſus euenit uidelicet ꝙ filius pupillus hoc inſtitutus, adita prius hæreditate, in pupillari ætate decedit: quo caſu adueniente, ſi mater eſt in medio, lex abſtinet ab illa interpretatione, ſecundum illã communem opinionem; ſi uerò non eſt mater in medio, ut quia præmortua ſit, tunc procedit lex faciendo illam interpretationem uidelicet quòd ſi teſtator caſum hunc cogitaſſet &c. d. l. iam hoc iure.ff.de uulg.& pupill.& d.l. ij. & l. quamuis C. eo. tit. Et idem quoque dicerem, quando mater repudiaret, aut aliàs priuaretur ſucceſsione ipſius filij: quia etiam tunc ceſſaret ratio communis, opinionis, ſcilicet fauor matris. ſed iſta ut dixi, non ſunt neceſſaria.
137 quia contrarium tenui ſupra. † Solum poſſet hoc habere locum, quando eſſemus in caſu illo, in quo dixi communem opinionem procedere poſſe, uidelicet quando mater eſſet inſtituta cohæres ſaltem in parte. ut in caſu l.fi.C.de inſtit.& ſubſtit.ſub condit.factis. tunc enim ſi mater abſtineret ab hęreditate, poſſet dici, quòd pro-

cederet diſpoſitio legis interpretantis mentem teſtatoris,& porrigentis illam expræſſam ſubſtitutionem uulgarem etiam ad caſum pupillaris: quando uerificatus fuit, & extitit caſus ille in perſona pupilli: ex quo mater inſtituta repudiauit illam ſucceſsionem. arg.tex.in l.j.§.ſi quis adita & l.ij.§.ita demum.& §. ſi mater hæreditatem ff.ad ſenat.conſ.tertul.& ēt in §.ſi mater nō petierit.ubi quomodocunq; mater priuet̃ ſucceſsiōe filij,uel quia repudiat,uel quia non petijt tutorem pupillo dari, procedit, & habet locum diſpoſitio iuris antiqui in defferenda alijs ſucceſsione, quæ ipſi matri deſferrebatur per ſenatus conſultum Tertulianum.

138 Nec obſtat, ſi dicatur † quòd ex quo ſemel eſt aperta uia matri ſuccedendi ab inteſtato, non eſt iterum reuertendum ad ſucceſſionem ex teſtamento. Nam reſpondetur illud procedere, quando cum effectu ille,cui aperta eſt uia, apprehendit ſucceſsionem: aliàs ſecus, ut in ſupra allegatis iuribus probatur. Præterea reſpondeo, quòd matri non omnino ab inteſtato dicitur aperta uia hoc caſu: quia ex quo loquimur illo caſu tantum, quando erat etiam pro parte inſtituta cohæres ipſa mater, ut in caſu d.l.fi.C. de inſti. & ſubſtit.ſub condit.fact.dicitur illa ſuccedere per ius accreſcendi: quæ non eſt ſucceſsio omnino ab inteſtato. Ad quòd facit etiam, quòd habetur in l. ſi quis ita inſtituatur hæres ſi legitimus ff. de hæredib. inſtit. ubi illa diſpoſitio ex teſtamento ita demum ceſſat, ſi hæres ab inteſtato ſucceſsionem cum effectu obtineat: quia dicit, ſi uendicet: aliàs autem habet locum ſucceſsio ex teſtamẽto. Ad quòd ſimiliter facit,quòd habetur in l. Filio præterito ff. de iniuſt. rupto irritoq; teſt.ubi erat aperta uia ſuccedendi contra teſtamentum per bonorum poſſeſsionem contra tabulas: quòd quidem ius facit ceſare cauſam teſtamenti l. 2.§.expectandi. ff. de Bonor. poſſ. ſecundum tab. & tamen filio abſtinente ab illo iure contratabulandi,& ſic ſuccedendi contra teſtamentum,obtinet locum ſuum ſucceſsio ex teſtamento. ut ibidem dicitur.

139 † Prædictis tamen uidetur obſtare text. in l. filiusfamiliàs §. cum quis ff.de leg. 1.ubi in illa conditione ſi deceſſerit ſine filijs,ſufficit filios extare, & ſi non ſint hęredes: ergo idem dicamus, quòd & ſi mater inſtituta repudiat, nihilominus ceſſat ſubſtitutio illa pupillaris tacita. Sed breuiter reſponde quòd ibi loquitur, quando illa conditio fuit expreſſe appoſita per teſtatorem: & non apparet, quòd conſiderauerit ibi effectum ſucceſsionis:ſed ſimplicem tantum filiorum exiſtentiam: quo caſu debet ad unguem ſeruari prout teſtator diſpoſuit l. qui hæredi, & l. meuius ff. de condit. & de-

monſtrat. & l. in conditionibus primum locum eo. tit. at in caſu noſtro lex eſt, quæ interpræatur mentem teſtatoris, quòd ſcilicet hoc caſu, quando mater eſt inſtituta, non debeat ſubſtitutio illa porrigi ad caſum pupillaris; ne ipſa expræſſe per teſtatorem inſtituta excludatur. d.l.fi.C.de inſtit.& ſubſtit.ſub condit. fact. ne ſcilicet ipſa mater, quæ eſt etiam expræſſe uocata excludatur à ſucceſsione filij. Propter quam rationem iſto tantum caſu lex ceſſat facere ſolitam extenſionē ſubſtitutionis uulgaris expræſſe ad tacitam pupillarem; quę ratio ceſſat, quando ipſa repudiat hæreditatem, aut alias ſucceſsione priuatur: ideo lex tunc procedit porrigendo dictam uulgarem ad pupillarem. Et iſtud eſt ex intentione Raph.Cumani, in l.ſi mater §. 1. in fi.ff.de uulga. & pupill. & in l. Centurio, & hæc de iſto effectu uulgaris ſubſtitutionis ſufficiant.

140 Secundus effectus uulgaris ſubſtitutionis eſt, † quia impedit ius accreſcendi, quòd alias inter cohæredes habere ſolet locum, ut in l.1.C.quando non peten. partes & dic materia habetur in l.re con iunenti ff. de leg. 3. probatur autem iſte effectus in l. 1. §. primo C. de cad.tollen. & apertius in auten.Hoc amplius C.communia de leg.& in auten.de hæredib. & falcid.in §. ſi quis autem non implena: & in §.& hæc quidem omnia. Et tradidit Caſtren.in conſi.

141 114. colum. 1. ad fi. uolum. 1. & ratio quidem eſt † quia qui uenit per ius accreſcendi, non dicitur uenire ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris, ſed ex tacita, immo potius ex legis diſpoſitione ut eſt tex. in l. ſi in teſtamento ff. de uulgar. & pupilla. & in defectum uoluntatis teſtatoris, ne pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedat, contra l. ſua noſtrum ff. de reg. iur. quæ omnes rationes ceſſant, quando eſt datus ſubſtitutus: ideo ceſſat etiam

142 illa diſpoſitio. † ſubſtitutio enim eſt expræſſa teſtatoris uoluntas; ideo tacita ceſſat l. cum ex filio §. filio impuberi ff. de uulga. & pupill.

Iſtud autem abſque dubio procedit in ſubſtitione expræſſa ut ex

143 cludat ius accreſcendi † in tacita uerò maior poteſt eſſe dubitatio, nunquid pariter impediat uenientem per ius accreſcendi: quia neu ter ipſorum habet expræſſam diſpoſitionem teſtatoris. Ideoq; putarem caſum ipſius ſic fore decidendum, conſiderata ſcilicet qualitate perſonæ, quæ uult ſuccedere per ius accreſcendi: quia ſi eſt coniuncta perſona, ſubſtitutus autem eſſet extraneus, admitteretur illa, excluſo ſubſtituto, ut eſt caſus in l.fi. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. factis.

Et idem quoque contra, ſi forte filius impubes, & in poteſtate te

ſtatoris

ſtatoris exiſtens unà cum alio extraneo ſit inſtitutus: eique filio expræſſe pupillariter ſubſtituatur coniuncta perſona, puta mater pupilli, aut frater, aut alia perſona ſimilis: eueniatq; caſus uulgaris tacitæ in perſona ipſius pupilli: quia antequàm adeat, decedat: ad quem caſum porrigitur illa pupillaris expręſſa: quia utriq; fieri poteſt uulgaris: ideoq; locum habet ratio æqualis datur, minutionis l. iam hoc iure ff. de uulg. & pupill. certe hoc caſu dicendum eſt, talem ſubſtitutũ ex ſua tacita ſubſtitutione excludere uenire uolẽtem per ius accreſcendi: cum ſit extraneus: & data paritate coniunctus extraneo præfertur, arg. l. cum auus ff. de condit. & demonſtrat. & l. cum acutiſsimi C. de fideicom. & l. Lucius in fi. ff. de hær. inſt.

144 Sed quid ſi uterq; eſſet eiuſdem conditionis † puta quia uel uterq; coniunctus, uel uterq; pariter extraneus. Nam uterque ex diſpoſitione legis uidetur uenire, ſcilicet & qui uenit ex iure accreſcẽdi, ut in d. l. ſi in teſtamento ff. de uulg. & pupill. & etiam qui uenit ex tacita uulgari, ut in d. l. iam hoc iure eo. tit. & ſupra declaraui. Putarem tamen ſubſtitutum fore præferendum ex ſua tacita ſubſtitutione excluſo iure accreſcendi: & ratio, quę me potiſsimum mouet, eſt quia cum teſtator expræſſe in uno caſu ad hanc portionem iſtum uocauerit, deficiente inſtituto, non autẽ uocauerit ad eam illum cohæredem, dicendum eſt, pariter uoluiſſe etiam in alio caſu eundem potius, quem uocauerat, ſuccedere, quàm illum cohæredem, quem nullo caſu ad illam partem uocauit. Cætera uerò, quæ ad iſtam materiam pertinent, dic, ut per Moder. in ſuis tractat.

145 Vnum tamen non omittam † circa illud, quòd ſupra dixi circa ius accreſcendi, quòd ſcilicet dicatur ex legis diſpoſitione d. l. ſi in teſtamento ff. de uulg. & pupill. immo, eſt tex. qui appellat coniunctum, & ſic admitti uolentem per ius accreſcendi, quaſi ſubſtitutum: ergo potius ex diſpoſitione teſtatoris, quàm legis, iſtud di-

146 ci debeat † de hoc eſt tex. in l. ſi Titio & Meuio §. Iulianus ff. de leg. 3. Sed breuiter dicas tex. illum uelle denotare ſimilitudinem quandam, uidelicet quòd poſtquàm per reſcriptum Seueri imperatoris ſtatutum fuit, fideicommiſſa, ſeu legata ab inſtituto relicta ad ſubſtitutum pertinere. Idem quoque ſeruari mandauit ille tex. in cohærede coniuncto, quaſi & ipſe ſubſtitutus ſit, hoc eſt ad ſimilitudinem ſubſtituti: ut quemadmodum in illo eſt, ita & in iſto ſeruetur. Prout & aliàs iſta uerba in eadem ſignificatione ſumuntur, ut l. precibus C. de impub. & alijs ſubſtit. ſecundum in-

tellectum

tellectum Fulg. & ſequacium, ad illa uerba, ueluti ex cauſa fidei-commiſsi. De quo latè infra in materia compendioſæ dicemus.
147 Sed iuxta prædicta hic oportune dubitatur, † an quemadmodum ſubſtitutio uulgaris excludit uenientem per ius accreſcendi, ut ſupra proxime dictum eſt, ita excludat ius deliberandi, ut ſi fortè hæres ſcriptus, pendente tempore ad liberandum, an uelit adire, decedat, an uerò ſubſtitutus uulgaris? In hoc Bart. in l. 1. circa primum effectum uulgaris ſubſtitutionis concludit, quòd ueniens per ius deliberandi ad ſe tranſmiſſum excludit ſubſtitutū ut ibi per eum. Et iſta dicitur communis opinio. Contrarium uerò quòd immo ſubſtitutus excludat illum, tenet Ang. in l. cum proponas, in prin. C. de hæredib. inſtit. & Salicet. in l. cum antiquioribus, in quarta quæſtione C. de iure delib. ubi plenè proſequitur: & ſe-
148 quuntur Polit. & Iaſ. in eorum tract. † Bart. igitur mouetur primò illla ratione, quia uerba illa ſubſtitutionis uulgaris, ſi hæres non erit, uerificantur ſic, ſi ipſe non ſit hæres, uel ſi alium hæredem non fecerit l. ſi paterfamiliàs ff. de hær. inſt. & ſupra dictum fuit in ſexta quæſtione: ſed ille inſtitutus in caſu noſtro facit in effectu alium hęredem, ergo ſubſtitutus uulgaris excluditur. Sed ad iſtam rationem reſpondetur, quòd uerus ſenſus interpretationis illorum uerborum eſt, ſi alium hæredem non fecerit. ſuo facto, & ſic ſua aditione, puta quia ſeruus adeundo acquirat domino, & ita illum faciat hæredem. Et hoc modo loquitur tex. in d. l. ſi paterfamiliàs ff. de hæredib. inſtit. & l. cum proponas C. eo. tit. Secundò mouetur Bar. per tex. in l. ſi quis filium §. 1. ff. de
149 acquir. hæredit. † intelligendo quòd ibi fuerat datus ſubſtitutus, ſicut dicitur in prin. illius legis. Sed uerè ille tex. paucum, aut nihil facit, quia de ſubſtituto, in quo totū ius rei conſiſtit, ne uer-
150 bum quidem. † Tertio allegatur tex. qui magis ſtringit, in l. 1. C. de his, qui apert. tab. Dum propè finem pro abſurdo habet ille tex. ut hi, qui per ius deliberandi in eos tranſmiſſum ſuccedere debent, excludantur per alios: & intelligitur ſub illo uerbo alios, etiam ſubſtitutus. Sed tamen & iſta tex. euitari de facili poteſt: quia ibi de ſubſtituto nulla prorſus fit mentio. Et illud uerbum alios, ſatis poteſt uerificari in uenientibus ab inteſtato, quibus magis, quàm ſubſtituto, uerba ſeqentia conueniunt, uidelicet contra auitum, uel ptoauitum deſiderium, & inſtitutum. Non enim hæreditas rectè dicitur contra auitum; uel pro auitum deſiderium ad ſubſtitutum pertiuere: cum illum teſtator expræſſe uocauerit: ideoq; nec poteſt recta dici, illud in eo eſſe inſperatum legati, hæ-
reditati

reditati ſiue commodum. Nec dicatur, quòd ſatis dici poterit in ſperatum commodum; aut contra uoluntatem aui, uel proaui: quia ipſe diſpoſuerat, ut inſtitutus prius haberet: neq; illum tam cito moriturum ſperauerat: quoniam, cum ſubſtitutus ſit expreſſim uocatus, dicitur habere ſpem ſuccedendi probabilem quidẽ, & ex cauſa de præſenti: ideo non imſperatum dici poteſt: & minus contra aui, aut proaui deſiderium.

Et licet etiam uenientes ab inteſtato poſsint dici habere ſpem, tamen non eſt ita conſiderabilis, ſicut eſt ſpes, quam habet ſubſtitutus, ut habetur per gloſſ. in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de uerb. obligat. circa contrarium legis: qui cum tẽpori bus ff. de tranſact. & Bart. ibi in prima opp. & alij etiam Doctores: licet ergo ibi aliter declaraui illam materiam.

Alio modo etiam inducitur, & perpenditur ad hoc ille tex. circa princip. dum dicit licet non ſint inuicem ſubſtituti: quæ uerba includunt caſum etiam, quando eſſent ſubſtituti, ut nihilominus il-
151 li, ad quos eſt tranſmiſſum ius deliberandi, ſuccedant † natura enim harum dictionum licet, & ſi tametſi, etiam ſi & ſimil. eſt exprimere caſum magis dubitabilem, & includere caſum minus dubitabilem, ut per glo. in l. qui iuraſſe in glo. l. & glo. pen. ff. de iura iur. Cor. planè in conſi. 21. col. 3. uerſ. tum quia uol. 4. ubi alias allegat. Gem. in conſi. 65. col. 2. uerſi. Reſtat reſpondere cum alijs allegatis per Crau. conſi. 294. col. 7. uerſ. 7. pondero. Et unicuiq; hoc patere poteſt: ut ſi exempli gratia, dum uolo te diligere licèt non me diligeres: includit hic Sermo implicitum caſum minus dubitabilem, quòd multo magis te diligere uolo, ſi tu me diliges. Et hoc tradit Aret. conſi. 28. col. 1. uerſi. Quid plura ſenſus ergo illius tex. eſt ut illi admittantur, nedum quando inſtituti fuerunt inuicem ſubſtituti, qui caſus non exprimitur, ſed implicite ineſt: ſed etiam quando non fuerunt ſubſtituti: qui eſt caſus ibi expreſſus: & ſic erit ibi tex. quòd ſubſtitutio excluditur per ius deliberandi tranſmiſſum. Sed pro uero intellectu illius text. non
152 puto talem eſſe per ſe eius ſenſum † quia ſecundum eum ſequeretur, quòd maior eſſet dubitatio, quando non eſſent ſubſtituti, quàm quando eſſent locum habeat ius transmiſsionis. Nam natura illius dictionis, licet, prout ſuprà dixi, eſt exprimere caſum magis dubitabilem, & includere minus dubitabilem, qui tamen ſenſus eſſet ſatis ineptus: quia ſine dubio longè maior eſt dubitatio, quando illi inſtituti fuiſſent etiam inuicem inſtituti, an ſcilicet illi, ad quos eſt tranſmiſſum ius deliberandi admitterentur, quàm quã-

do non ſunt inſtituti: quia iſto caſu habent expreſſam uoluntatem teſtatoris. Vnde dico quòd ſenſus illius text. eſt, quòd illi nepotes, aut pronepotes teſtatoris reſpectiue, ad quos etiam ius deliberandi tranſmiſſum eſſet, admitti poſſem ex ipſo iure, tranſmiſſo, licèt non ſint ſubſtituti. Quicquid eſſet de iure antiquo per legem Papiam, ut ibi declarat Salic. in prin. in uer. Exponere text. ſi autem eſſent etiam ſubſtituti, tunc ſine aliqua dubitatione admitterentur. Et ſic ille tex. non eſt ad propoſitum quæſtionis noſtræ: quia in illo caſu ius ſubſtitutionis, & ius deliberandi tranſmiſſum concurrebant in una & eademmet perſona: ideoquè nihil probatur ibi, ꝙ ſubſtitutus excludat uenientem per ius deliberandi tranſmiſſum, cum utrunquè ius ibi in eademmet perſona concurrat: nos uerò loquimur, quando in diuerſis perſonis concurrunt illa duo iura, ſcilicet ſubſtitutionis, & iuris deliberandi tranſmiſsi.

153 Nec obſtat uerbum illud inuicem † quoniam non ſtat ibi in ſuâ ſolita ſignificatione, hoc eſt reciproca: ſed uult dicere: quòd licet filius patri, aut nepos auo, ſeu pronepos proauo non ſint ſubſtituti, derelictam tamen ſibi hæreditariam portionem, &c. quòd ſuadetur, quia tex. non loquitur, quando plures ſunt ſimul inſtituti, quo caſu locum habet illa reciproca ſignificatio. Vltra quòd licet in caſu illo expreſſo, ſcilicet quando non fuerunt ſubſtituti, admitterentur illi per ius deliberandi tranſmiſſum, & idem quoque & multò magis, ſeu cum minori dubitatione quando ſunt ſubſtituti admitterentur: non tamen appetit, nec neceſſario ſequitur, quòd per ius deliberandi potius, quàm per ius ſubſtitionis, cum utrunquè ius in eadem perſona concurrat.

154 Quinto loco † aliqui adducebant tex. in l. 3. C. de iure delib. ubi dicunt probari, cohæredem non impedire ius tranſmittendi: ergo pariter nec ſubſtitutus impediet: nam cohæres, qui per ius accreſcendi uenit, dicitur quaſi ſubſtitutus, & ſic ſaltem tacitè ſubſtitutus l. ſi Titio & Meuio §. Iulianus. ff. de leg. ij. ſed tamen ex pluribus iſtud argu. parum ſtringit. primo enim non eſt bona conſequentia iſta tacitè ſubſtitutus non impedit ius accreſcendi, aut per ius deliberandi tranſmiſſum ergo nec expræſſe ſubſtitutus. Ita enim eſſet arguere de minori ad maius negatiuè: quòd arg. non procedit. auten. multo magis ubi not. C. de ſacro. ſanct. eccl. & facit regale iuris expræſſa nocent: non expræſſa non. Præterea in d. l. ſi Titio, & Meuio §. Iulianus ff. de leg. ij. non dicitur, quòd qui uenit per ius accreſcendi, dicatur tacitè ſubſtitutus; ſed illa dictio quaſi ſtat ibi potiùs ſimilitudine,

ut ad

ut ad ſimilitudinem ſubſtituti admittat. non tamen quòd ipſe dicatur propterea tacitè ſubſtitutus. prout ſimile uerbum ueluti, ita exponitur in l.præcibus C.de impub. & alijs ſubſtit. ſecundum intellectum Fulg.ut etiam ſupra dixi. Sed ego dico tex. in d. l. iij. C.de iure de lib.non loqui de cohærede ſed potiùs de uenientibus ab inteſtato,ſicut ex ſummario Alex.& uerè nullum uerbum in eo tex.quòd eſſet cohæres ille frater.

Contrariam autem opinionem,ut dixi,tenuit Ang.in l.cum prepo nas C.de hæredib.inſtit.Salic.in l.cum antiquioribus C. de iure de lib. Polit. in materia uulgaris. in tertia particula quæſtione qua-
154 drageſima quarta. † qui tandem diſtinguit triplex ius deliberandi. unum ſcilicet ex potentia ſuitatis: Aliud ex diſpoſitione legis j. C.de his, qui ante apert.tab.Tertium uero ex diſpoſitione l. cum antiquioribus C. de iure delib. & in duobus primis capitibus concludit ſubſtitutum excludi per illos, in quos ius deliberandi tranſmiſſum eſt. in tertio autem caſu concludit contrarium. ego uerò, ut concludem, puto indiſtinctè ſubſtitutum excludi, & ſic etiam in iſto tertio caſu.& certè,ſi diligenter conſideremus rationes quibus Poli.mouetur in iſto tertio caſu,non ſunt uerę & ſi quidem uerę eſſent,utiq; & in illis duobus pariter militarent in quibus tamen ipſe tenet ſubſtitutum excludi. Sed ulterius ego quidem moueor ad ita dicendum & in illis duobus caſibus, contra alios Doctores
155 & in iſto contra Polit.hoc potiſsimum fundamento: † quia ſubſtitutus admitti non poteſt, antequam euacuatus ſit omnino primus gradus inſtitutionis: quandiu enim ille primus pendet, ceſſat ſubſtitutio l.iij.;ff. de acquir. hæredit. cum igitur inſtitutus nondum repudiauerit hæreditatem, immò uerò nondum ſit elapſum tempus ſibi à lege ad deliberandum conceſſum:quòd etiam ad hæredes tranſmittit.d.l.i. C. de his,qui ante apert.tab. & d.l. cum antiquioribus in fi. C. de iure delib.non poſſumus dicere, quòd ille primus gradus inſtitutionis fuerit finitus aut euacuatus,ita quòd poſsit eſſe ſubſtitutioni locus. illæ enim duæ leges in diuerſis caſibus diſponunt ius iſtud deliberandi ad hæredes tranſmitti. nec obſtat, quod Polit.dicebat,quòd immo finitus eſt primus ille gradus inſtitutionis. quia, cum mortuus ſit, uerum eſt ipſum non fuiſſe hæredem.

Et conſequenter,uerificatis uerbis illis, ſi hæres non erit,admittendus eſt ſubſtitutus ex uoluntate teſtatoris, qui illum hòc caſu expræſſe uocauit: non autem eſt admittendus hæres ipſius inſtituti, quem nec expræſſe,nec tacite quidem uocauit.Nam reſpondeo nō eſſe uerum eueniſſe adhuc caſum ſubſtitutionis; quia eam habere

locum noluit teſtator, niſi demum extincto primo gradu inſtitutionis quem non eſt uerum extinctum eſſe: cum adhuc pendeat tempus ad deliberandũ, an uelit eſſe hæres à lege huic gradui conceſſum. nec refert in cuius perſona reſideat hoc ius: Si enim uiuus eſſet ipſe inſtitutus, certum eſt, quòd ſubſtitutioni locus non eſſet factus, pendente tempore iſto ad deliberandũ. ergo idem hoc caſu, cum eadem ratio militet: quia pendet adhuc illud met ius deliberandi tranſmiſſum ad hæredes defuncti. alioquin uanæ ſæpe, & ferè ſemper redderentur leges illæ de tranſmiſsione loquentes, ſi non haberent locum illo caſu, quando eſt datus. ſubſtitutus: neq; ita ſimpliciter fuiſſent locutæ, ſi non procederent illo caſu, quando eſt datus ſubſtitutus. Diſpoſitio autem teſtatoris in ſubſtitutione cõficienda non eſt ſimplex, ſed qualificata tum ab ipſo teſtatore, ſi hæres non erit; tum per legem, uidelicet ſi primus gradus deficiat d.l.iij.ff.de acquir.hæredit. Et propterea ceſſat etiam illud, quod in contrarium adducebatur, quòd prouiſio hominis facit ceſſare. prouiſionem legis l.fi.C.de pact.conuent.l.maritus. C. de procurat. cum ſimil. Nam prouiſio hominis eſt qualificata: prouiſio autem legis eſt ſimplex: unde oportet quòd uerificetur caſus ipſe prout fuit per teſtatorem qualificatus, alioquin ſuæ prouiſioni locus non eſt: ſed prouiſioni legis.

157 Præterea hæc opinio probatur † per tex. in l.j.§. cum autem in ſuperiore C.de cad.tollen.ubi tex. refert diſpoſitionem tex. in §. in nouiſsimo in eadem lege quòd hæreditas non adita non trãſmittitur, niſi ad quoſdam, ut ibi dicitur. iſto e go caſu ſcilicet quando non tranſmittitur hæreditas, tunc uocatur ſubſtitutus: ſinautem, ſuccedunt uenientes ab inteſtato, & deniq; ærarium principis: uult ergo ille tex. ſubſtituto locum eſſe, quando ſumus in caſu, in quo nõ habeat locum tranſmiſsio: quia tunc tranſmiſſarij, ut ita dicam, ſuccedent, non autem ſubſtitutus, aut uenientes ab inteſtato, aut denique ſicut iſtis enim locus eſt, quando non eſt locus iuris tranſmittendi. & ſic eſt ibi tex. ſatis aperte uolens, quòd ſubſtitutus non admittatur, niſi ceſſante iure tranſmittendi.

Denique iſtud probatur, nam certum eſt quòd pendente tempore ad deliberandum, quod eſt anni ſpacium, non poteſt eſſe locus ſubſtitutioni. & hoc eſt, quòd uoluit dicere tex. in d. l. iij. ff. de acquir. hæredit. ſed ſi interim contingat hæredem inſtitutum decedere, pendente illo tempore, reſiduum, quòd ad anni complementum deficit, ad ſuum hæredem tranſmittit. d. l. cum antiquioribus, in fi. C. de iure delib. & ſic eſt illud uult, quòd erat penes ipſum heredẽ

inſtitutum.

inſtitutum immo hoc eſt illius pars:ideo eſt eiuſdem qualitatis penes hæredem cuius erat penes ipſum inſtitutũ, ad quod facit quod dicitur in l.ij.§.ex his. ff. de uerb. obligat. & ſic in effectu quandiu pendet,& durat ius iſtud,ſemper ſumus in primo gradu inſtitutionis,ego non poteſt eſſe locus ſubſtitutioni.

158 Et ex iſtis apparere poteſt † reſponſio ad omnino quæ pro contraria parte allegabantur. nam quòd Polit.dicebat, uerba illa,ſub quibus fuit ſubſtitutus uocatus,uidelicet ſi hæres non erit, ſine dubio uerificata fuerunt per mortem ipſius inſtituti: quia certum eſt, ipſum non fuiſſe hæredem; ergo ſubſtitutus admittitur: neq; hoc caſu hæres hæredis inſtituti illum excludit l. qui liberis §. hæc uerba ff. de uulg.& pupill. item quia ſubſtitutus fuit expræſſe uocatus, & ſic ex uerbis,& ex mente teſtatoris. ille autem, qui uenit per ius deliberandi, uenit ex diſpoſitione legis tantummodo potior eſt ſubſtitutus illo,qui per legem tantum uenit,tum quia duo uincula magis ſtringunt,quàm unum, auten.defuncto C.ad tertull. cum ſimul. ut dicebat Salic.in d.l.cum antiquioribus tum per tex. in l. fi. C.de neceſſer.hæredib.inſti. ubi ſubſtitutus eſt potior illis,qui per legem ueniunt. ad iſta enim ex ſupradictis colligi poteſt reſponſio: quia non eſt uerum, quòd illa uerba hoc caſu ſint uerificata: Nam cum, pendente illo tempore deliberandi, deceſſerit, & ſic nondum deliberauerit,quid in hoc ſibi agendum foret: illudq; ius ſibi deliberandi competens ad hæredes tranſmittat d. l. i. C. de his,qui ante pert. tab.& d.l. cum antiquioribus C. de iure deliber. in fi.non dicitur adhuc primus ille gradus inſtitutionis euacuatus: quo caſu non fit locus ſubſtitutioni d. l. iij. ff de acquir. hær.& ſic & ex mente teſtatoris & ex legis diſpoſitione ſubſtitutus nõ admittitur: unde fateor, quòd hæres ipſius heredis defuncti non poſſet excludere ſubſtitutum ex ſuo iure,& ex ſui ipſius perſona d.l. qui liberis §.hæc uerba.ff.de uulg. & pupill. quæ hoc caſu loquitur: ſed iſta,in quem tranſmiſſum eſt ius deliberandi, quòd perſona ipſius inſtituti inhærebat, uenit ex perſona, & ex iure immediate illius: adeo quòd quando iſte, in quem eſt tranſmiſſum illud ius deliberãdi,deliberat adire,perinde eſt,ac ſi ipſe ſcriptura hæres adiuiſſet: & nunc eius uoluntas circa hoc detegi, & declarari uidetur. Et ſic diuerſitas inter caſum illum,& caſum noſtrum apparet: quia ibi hæres ſcriptus ueniebat tanquam ipſe, & ex iure ſuæ ipſius perſonæ:in caſu uerò noſtro longe ſecus eſt: quia ius inſtitutionis adhuc uiget,& operatur effectum ſuum. Et ideo etiam non obſtat,quòd dicebatur,duo uincula ſimul concurrere ſcilicet legis, & mentis teſtatoris:

ſtatoris: hic cauſam unam tantum ſcilicet legis. quia immo hic duo uincula ſimul concurrunt,& legis, & mentis teſtatoris in hoc ut ſubſtitutus,non euacuato gradu inſtitutionis, non admittatur. uerum enim eſt,ſubſtitutum haberę expræſſam uoluntatem teſtatoris: tamen hoc eſt uerum in caſu,in quo inſtitutionis gradus omnino defecerit, & non aliter:& in iſto caſu concurrit ſimul diſpoſitio teſtatoris expræſſa in illis uerbis,ſi hęres non erit.& etiam legis ut d.l.iij.ff.de acquir.hæredit.

Et ſi dicatur, immo uerba teſtatoris & conſequēter eius mens deficiunt: quia ille inſtitutus non fuit hæres: & ideo ſimul etiam deficit diſpoſitio legis iij.ff.de acqui.hær.quæ dicit, quòd quandiu hęres ſcriptus poteſt adire ſubſtitutus non poteſt: uerum enim eſt, quòd inſtitutus adire,amplius non poteſt,cum iam mortuus,ſit, ergo ſubſtitutioni locus eſſe poteſt. reſpondeo,ꝙ pendēte tēpore ad deliberandum, in quacunque parte illius tēporis ſequatur declaratio,ſeu deliberatio aditionis hæreditatis, dicitur inſtitutionem locum habere: quia ille,in quem tranſmiſſum eſt ius deliberandi, ex ipſius inſtitutionis titulo dicitur uenire: & ideo ſubſtitutio ceſſat: quæ non habet locum,niſi poſt primum gradum inſtitutionis, iſte autem uenit ex ipſo primo gradu inſtitutionis in eum tranſmiſſo,
159 ergo &c. † Et l.fin.C.de neceſſar.ſer.hæredib.inſtit. loquitur de illis,qui mente ex legis diſpoſitione ueniūt, & ex eorum tantum perſona,et iure, quos fateor à ſubſtitutis excludi: exemplum puta de uenientibus ab inteſtato: qui titulus non ſolum non excludit ſubſtitutum,ſed immo etiam omnino ceſſat quandiu ſubeſt aliquis titulus ex cauſa teſtamenti l. quandiu poteſt. ff. de acquir. hæredit. nos autem loquimur de illis, qui ueniunt ex titulo inſtitutionis in eum tranſmiſſo,qui tollit,& impedit ſubſtitutionem d.l.iij.ff.de acquir. hæredit.

Non etiam obſtat,quòd ſic teſtator habebit. hæredem, quem nolebat,& non habebit quem uolebat. ſcilicet ſubſtitutum. nam reſpondeo, quòd noluit habere hæredem ſubſtitutum, niſi eo caſu, quando inſtitutus repudiaſſet,uel aliter non eſſet hæres:nam ſi ipſe inſtitutus declaraſſet ſe uelle eſſe hæredem non ne poſt illius mortem hæreditas illa ad iſtos met pertranſiſſet:unde dico quòd uocauit ſubſtitutum, demum deficiente primo gradu inſtitutionis, ut
160 dictum eſt, qui nō defecit. item non obſtat, † quòd dicitur beneficium intelligi oportet citra præiudicium tertij,cui quæſitum l.nec auus C.de emancip liber. l.j.§. merito. & §.ſi quis à principe.ff.ne quid in loco pulb. ſed ſubſtituto eſt ius quæſitum, ergo beneficiū̄ tranſmiſsio

tranſmiſsionis non eſt intelligendum in illius præiudicium. Nam reſpondeo quòd nullum eſt ius quæſitum ſubſtituto, niſi prout ſupra dixi, euacuato gradu inſtitutionis.

Non obſtat deniq; arg. quo utitur Zas. in ſuo tract. in materia uulgaris in quinta col. Nam ſi ſubſtitutus oſtenderet teſtamentum, in quo apparet, quòd fuit expræſſe uocatus: contra autem uenirent iſti, in quos tranſmiſſum eſt ius iſtud nihil in effectu oſtendentes, niſi argumenta quędam ſatis leuia: cum nec uerbis teſtatoris, nec etiam quia mente tacite fuerunt uocati, certum eſt, quòd ipſe ſubſtitutus mitteretur in poſſeſsionem excluſis iſtis, quæ ratio dicit ipſe, licet à Doctoribus non ſit facta, dirimit litem hanc ſine diſceptatione.

Nam dico primo quòd lis non propterea erit ſopita licet ſubſtitutus in poſſeſsionem mitteretur ex diſpoſitione l. ſi. C. de edicto diui. Adriani tollen. quia ſupererit ádhuc diſceptatio ſuper petitorio. Præterea dico, quòd immo iſti tranſmiſſarij, ut ipſe Zas. ita eos appellat, recte & legitime quidem opponere ſe poterunt illi immiſſioni, tanquam legitimi contractores dicentes ſubſtitutum mitti in poſſeſsionem minime poſſe, quia pendet adhuc primus gradus, quia pendat tempus ad deliberandum, quo caſu ſubſtitutioni non dum locus eſſe poteſt d. l. iij. ff. de acquir. hæredit. unde & iſti rectè oſtendere poterunt idemmet teſtamentum, in quo adeſt primus inſtitutionis gradus, qui ſubſtitutum præcedit manifeſte ex lectura ipſius teſtamenti: de cuius inſtituti repudiatione ſubſtitus nihil docere poterit. Et ſi Zas. diceret nec iſti oſtendere poterunt de aditione ipſius inſtituti defuncti dicam ergo ſatis eſſe quòd oſtendét de pendentia temporis ad deliberandum: quòd ſine dubio ſufficiet, ut abſtinere interim debeat iudex ab immiſsione in poſſeſsionem ſubſtituti: ius enim illud deliberandi pendens tranſmittitur ad hæredes d. l. cũ antiquioribus. in ſi. quæ non diſtinguit, àn adſit ſubſtitutus nec ne: neq; etiam ulla alia lex eſt, quæ in materia iſta conſideret, an adſit ſubſtitutus uel non adſit, ut in l. j. C. de his, qui ante apert. tab. immo potiùs contrarium probat tex. in l. j. §. in nouiſsimo iuncto tex. in §. cum autem in ſuperiore. C. de cad. tollen. ut ſupra dixi.

Vnde ex prædictis omnibus concludo, non ſolum in duobus illis capitibus, ut fatebatur Politus. ſubſtitutum excludi per ius deliberandi tranſmiſſum, ſed etiam in tertio. In quo non
161 minor ratio militat † nam ille, in quem tranſmittitur ius deliberandi, utitur omnino iure ipſius inſtituti, & ex eius perſona

ſona uenit, qui nondum adiuerat, nec repudiauerat: & cum eius hæres nunc adit, uidetur eſſe ipſe inſtitutus, qui adit: quia ille, in quem eſt tranſmiſſum ius, utitur iure, quòd in illius perſona reſidebat, ut tanquam inſtitutus adire poſsit. Ideo ſubſtitutus debet excludi. Quòd non ita eſt in alijs duabus ſpetiebus tranſmiſsionis, uidelicet quæ fit uirtute ſuitatis, uel ex diſpoſitione l. 1. C. de his, qui ante apert. tab. Quia tunc illę adit ex iure ſuæ ipſius perſonæ, uerum tamen eſt, quòd in illis aliæ militant rationes.

Poſſet tamen uno caſu forte limitari hæc concluſio in terminis l.
162 cum antiquioribus, uţ non procedat † quando ex coniecturis cõtrarium apparere poſſet de uoluntate teſtatoris eſſe, ut puta conſiderata perſona ipſius ſubſtituti, qui forte de deſcendentibus, aut coniunctis ipſius teſtatoris eſſet ille autem, in quem traſmittitur ius deliberandi, eſſet de extraneis, tunc enim ſtatuendum contrarium foret, per rationem l. cum auus ff. de condit. & demonſtrat. cum ſuis concord. quòd ramen ſecundum uarias caſuum contingentias, & qualitates arbitrio ſani iudicis diſpiciendum erit: & ita in iſta materia arbitror concludendum.

163 Non omitto tamen † quòd cum hodie introductum ſit beneficiũ inuentarij ex diſpoſitione l. fi. C. de iure delib. quo beneficio fere ſemper utuntur hæredes, perraro eueniet ut ſit locus huic materiæ iuris deliberandi.

Tertius effectus uulgaris ſubſtitutionis eſt, quia facit de ſuo & ne
165 ceſſario uoluntarium † & ſic in effectu, ſecundum Doctores, tollit iſta ſubſtitutio uulgaris filio ſuo facta exiſtentiam ſui hæredis, ſeu (ut dicitur) ſuitas, ut per Bart. in l. 1. in quinto effectu ff. de uulg. & pupill. & Petr. de Anch. in conſi. 440. colu. 2. ſuper quo tamen articulo ego nunc non intendo latius uagari, præſertim cum iſta materia ſatis late ſit per Doctores diſcuſſa & in d. l. 1. & in l. ſi filius ff. de liber. & poſth. & etiam in l. Gallus §. & quid ſi tantum eo. tit. & iſta ſpeties ſubſtitutionis ſit ſatis hucuſq; onerata, ſolum igitur ponam concluſionem, quàm puto ueriorem, uidelicet non eſſe uerum, quòd per ſubſtitutionem uulgarem filio ſuo factam tollatur ſuitas, aut eius effectus: non enim in eo tantum conſiſtit effectus ſuitatis, quòd ſit neceſſarius hæres: ſed in pluribus alijs; ut per Ang. de Periglis in Repet. l. in ſuis ff. de liber. & poſth. & ideo poſito pro uero citra tamen præiudicium ueritatis, quòd per dationem uulgaris ſubſtituti eſſet ſublatus ille effectus, ſeu eſſet ſublata illa neceſitas adeundi, quia uideatur remiſſum in eius arbitrium, an uelit adire necne: cum aliàs nunquàm poſ
ſet

ſet fieri locus ſubſtituto, ſi filius omnino cogeretur effici hæres, attamen alij effectus non propterea debent dici ſublati: neque illa ratio quicquàm illos tangit. Sed ualde dubitabile uidetur, quòd ſit propterea ſublata neceſsitas adeundi, aut data ideo dicatur facultas repudiandi: Quia cum poſsit euenire etiam caſus, quòd nõ poſsit ille adire, puta quia morte præuentus, aut fortè incapax, aut in habilis factus ſit, dicendum erit teſtatorem caſum hunc cogitaſſe: & ideo ſubſtitutum dare uoluiſſe, firma tamen in cæteris legis diſpoſitione remanente: cui in dubio teſtatorem derogare uoluiſſe non eſt cenſendum, ad not. in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. in l. Nemo poteſt ff. de leg. 1. ſuitas enim eſt introducta à lege 12. tal. ut per modernos in l. qui ſe patris C. unde lib. non autem ab ipſo teſtatore: ideo non rectè dicere poſſumus teſtatorem ſimpliciter dando ſubſtitutum uulgarem uoluiſſe illam legis diſpoſitionem tollere: cum præſertim aliam interpretationẽ recipere poſsit ſua diſpoſitio (ut dixi) hæc tamẽ obiter circa hunc paſſum dicta ſint: ulterius nolo inſiſtere, remitto ad dicta per Doctores in locis præallegatis. Nonnullos alios effectus huius ſubſtitutionis uulgaris ponunt Bart. & cæteri Doctores in d. l. 1. ff. de uulg. & pupill. & etiam in eorum tractatibus: ad quos remitto, ne prolixior, quàm deceat, ſin in iſta ſubſtitutione.

166 Octauo igitur, & ultimò quæro † quomodo finiat, aut extinguatur uulgaris ſubſtitutio, & breuiter, non inſtando ubi non eſt opus, nulla eſt difficultas, quòd per aditionem hæreditatis expirat, ut eſt tex. formalis in l. poſt aditam C. de impub. & alijs ſubſt. & in l. ſi quis filium familias, in princ. ff. de acquir. hæredit. item quia cum hæc ſubſtitutio concipiatur ſub illis uerbis: ſi hæres non erit, iam conſtat, quòd illo adeunte, defecit conditio ſub qua concepta eſt ipſa uulgaris ſubſtitutio, ideo &c. Et hæc de uulgari ſubſtitutione dicta ſufficiant. Ad laudem Dei, & Virginis Matris.

PVPILLARIS.

SVMMARIVM.

1 *Prima difinitio pupillaris ſubſtitutionis.*

2 *Pupillaris ſubſtitutio non poteſt fieri, niſi filio in poteſtate ſubſtituentis exiſtenti.*

3 Pupillaris ſubſtitutio poteſt fieri etiam infra quartum decimum annum.
4 Secunda difinitio.
5 Pupillaris ſubſtitutio ſiue expræſſa, ſiue tacita ſit, eadem tamen ſpeties ſemper eſt.
6 Tertia difinitio.
7 Quarta difinitio.
8 Effectus rei difinitæ non ſunt neceſſariò in diffinitione ponendi.
9 Diffinitio, ſeu declaratio non eſt per eadem uerba facienda, quibus eſt diffinitum. ſeu declaratum, & nu. ſeq.
11 Genus influit in ſuis ſpetiebus.
12 Pupillaris ſubſtitutio quotuplex.
13 Subſtitutio de qua in l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. eſt uulgaris expræſſa, quæ traditur & ad pupillarem, ſi caſus eius euenit.
14 Non datur pupillaris ſubſtitutio partim tacita, & partim expræſſa, & nume. 17.
15 Pupillaris ſubſtitutio non uerificatur in ullo alio caſu, niſi quòd pupillus in pupillari ætate decedat.
16 Expræſſum facit ceſſare tacitum.
17 Quæ ſit ratio, quòd datur uulgaris ſubſtitutio partim tacita, & partim expræſſa, non ſic autem in pupillari.
18 Vnde, & quare dicatur pupillaris ſubſtitutio.
19 Quo iure primum inuenta fuerit pupillaris ſubſtitutio, & nu. 32.
20 Expoſitio gloſæ in l. 2. ff. de uulg. & pupill. non bene procedit.
21 Ius Lacedemoniorum, & Athænienſium ſimul ius ſcriptum Romanorum conſtituit.
22 Apud populum Romanum quoque erat ius conſuetudinarium.
23 Patria poteſtas eſt moribus populi Romani introducta.
24 Pupillaris ſubſtitutio an hodie dici debeat de iure conſuetudinario uel de iure ſcripto?
25 Ius totum aut lege ſcripta, aut conſuetudine conſiſtit. Nec minus roboris iſtud, quàm illud habet.
26 Scriptura non eſt de ſubſtantia iuris abſolutè.
27 Scriptura fit ad faciliorem probationem uoluntatis.
28 Lex de quibus & lex. immo ff. de leg. & §. ſcriptum iuſ. inſtit. de iure natur. gen. & ciu.
29 Quæ ſit differentia inter legem, & conſuetudinem, & nu. 31.
30 Lex poteſt abſque ſcriptura fieri, & conſuetudo in ſcriptis redigi.
33 Ius conſuetudinarium quomodo & quando deſinat ſic appellari, & ius ſcriptum dici incipiat.
34 Qua ratione fuerit introducta pupillaris ſubſtitutio.

35 *Lex multum de conſilio patris erga filium confidit, & infra nume. 119. & nume. 192.*

35 *Pupillus an dicatur propriè inteſtatus decedere: remiſſiue ?*

37 *L. 1. ff. de ſuis & legit. aſsignat rationem cur pupillus impropriè dicatur decedere.*

38 *Statutum loquens de inteſtatis, ſeu de ſucceſſione inteſtati an habeat locum in pupillo & ſimil. qui teſtari non poſſunt ?*

39 *Ratio eſt illa, quæ moderatur, & regit diſpoſitionem quamlibet reſtringendo, uel ampliando.*

40 *Quibus uerbis fiat pupillaris ſubſtitutio, & num. 58.*

41 *Pupillus exhæredari non poteſt.*

42 *Pupillus nihil intelligit, aut ſcit.*

43 *Pupillaris ſubſtitutio poteſt fieri uerbis affirmatiuis, etiam negatiuis.*

44 *Subſtitutio iſtis uerbis facta, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, eſt pupillaris, non autem compendioſa, & num. 60.*

45 *Compendioſa ſubſtitutio & plures ſubſtitutiones & etiam plura tempora comprehendere debet.*

46 *Subſtitutio puberi facta quomodocunque deceſſerit, an ſit compendioſa?*

47 *Pupillaris ſubſtitutionis, aptior eſt illa forma uerborum. Si in pupillari ætate deceſſerit, quàm ſi uerba illa præcedant uidelicet ſi hæres erit &c.*

48 *Pupillaris ſubſtitutio facta ſub illis uerbis ſi hæres erit, & in pupillari ætate decedat, an uerificetur, ſi non ſit hæres, ſed decedat in pupillari ætate.*

49 *L. Iam hoc iure ff. de uulg. & pupill.*

50 *In habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus.*

51 *Conditio uoluntaria, non ſemper in forma ſpecifica eſt implenda.*

52 *Pupillaris expreſſa in unum caſum, porrigitur ad alium etiam illi contrariũ.*

53 *L. ex facto §. 1. ff. de uulg. & pupill.*

54 *Pupillaris ſubſtitutio locum habet etiam ſi pupillus ab hæreditate patris abſtineat.*

55 *Pupillaris ſubſtitutio fuit introducta ob fauorem, & commodum pupilli.*

56 *Filius, quando abſtinet ad hæreditate patris, utitur beneficio ſibi à lege conceſſo.*

57 *Pupillaris ſubſtitutio ad unum tempus facta non extenditur ad aliud.*

59 *Verba illa pupillaris ſubſtitutionis quiſquis mihi hæres erit, &c. ad quos referantur, & quam portionem importat.*

60 *Verba illa filio meo pupillo, aut filio meo impuberi talem ſubſtituo, pupillarem ſignificant.*

61 *Quæ concurrere oporteat, ad hoc ut pupillaris ſubſtitutio fieri rectè poſſit.*

62 *Primum requiſitum eſt, ut ſit de liberis.*

63 *Non ſolum filijs primi gradus ſed etiam nepotibus, & deinceps fieri poteſt pupillaris ſubſtitutio.*
64 *Liberorum appellatione omnes deſcendentes comprehenduntur.*
65 *Legitimatis fieri ſubſtitutio pupillaris poteſt quocunque modo ſint legitimati. & num. 67.*
66 *Legitimati per ſubſequens matrimonium tranſeunt in poteſtatem &c. in nullo quæ ab alijs differunt.*
68 *Legitimatio fieri non poteſt, niſi accedente conſenſu legitimati. Quòd tamen in pupillo non procedit nu. 70.*
69 *Pupillus non intelligit, quid agat, & nu. 99.*
71 *Filij legitimis tantum an fieri pupillaris ſubſtitutio poteſt, & nu. 73.*
72 *Concordia quo ad diuerſas deciſiones tex. in l. ſi arrogator ff. de adopt. & l. ſed ſi plures §. in arrogato ff. de uulg & pupill.*
74 *Filio naturali tantum an fieri pupillaris ſubſtitutio poßit?*
75 *Filius naturalis tantum non eſt in poteſtate patris.*
76 *Intellectus legis Lucius ff. de uulg. & pupill.*
77 *Intellectus legis 1. §. ſuos ff. de ſuis & legit.*
78 *Si pupillaris ſubſtitutio fiat filio naturali tantum, qui poſtmodum mortuo patre legitimetur, an ualeat, & nu. 80. & ſeq. & nu. 83.*
79 *Pupillaris ſubſtitutio confirmatur per fictionem poſt liminij, & legis Corneliæ.*
82 *Fictio locum habere non poteſt, quando extrema non ſunt habilia.*
83 *Si pater iußit in teſtamento filium naturalem legitimari poteſt ei fieri pupillaris ſubſtitutio.*
84 *Habilitatio an ſufficiat quòd adſit tempore mortis: an uero requiratur etiã tempore conditi teſtamenti ex intentione Polit.*
85 *Etiam poſthumis fieri pupillaris ſubſtitutio poteſt.*
86 *Sed quomodo iſtud procedit cum non ſint in poteſtate.*
87 *Poſthumus qui dicatur.*
83 *Intellectus l. 2. uer. plane poſthumis ff. de uulg. & pupill.*
89 *Poſtumus licet actu non dicatur in poteſtate: in potentia dicitur.*
90 *Pupillaris ſubſtitutio ſi extraneo fiat: an ualebit ſaltem iure fideicommißi.*
91 *Mater non habet filios in poteſtate.*
92 *Pupillaris ſubſtitutio maiori facta non ſubſtinetur etiam iure fideicommiß. & nu. 101.*
93 *Secundum requiſitum ut ſit impubes ille, cui fit hæc ſubſtitutio.*
94 *Pupillaris ſubſtitutio non finitur, niſi completo in totum quarto decimo anno.*
95 *Si ſtatuto cauetur, ut minor XXV. annis non poßit teſtari, an ei poßit fieri pupillaris ſubſtitutio, & num. 97. & 100.*

96 Exemplaris

96 Exemplaris ſubſtitutio expirat ſuſceptis filijs per furioſum.
98 Pupillaris ſubſtitutio fuit permiſſa uſque ad ætatem quatuordecim annorum & non ultra.
101 Pupillaris ſubſtitutio facta maiori cum non ualeat iure pupillaris, an ſaltem ſuſtinebitur iure fideicommiſſi.
102 Subſtitutio reſtricta ad certum tempus non extenditur ultra illud.
103 Subſtitutio ſub conditione facta non poteſt habere locum, non uerificata conditione.
104 Pupillaris ſubſtitutio ut fieri poſſit, requiritur ut ſit in poteſtate ſubſtituentis ille, cui fit.
105 Mater aut auus maternus, aut ſimiles non poſſunt pupillariter ſubſtituere.
106 Mater, aut ſimiles liberos in poteſtate non habent.
107 Et licet matri adoptare permittatur non tamē in poteſtatem eius tranſeunt.
108 Quomodo intelligendus ſit tex. in l. ſi mater in princip. ff. de uulga. & pupillari.
109 Impropriationes non ſunt faciendæ, quando inde naſcuntur difficultates: ſed potius ut ceſſent.
110 Præteritio filij non mala mente facta non reddit teſtamentum nullum.
111 Si filius præteritus teneat, & non dicat nullum, teſtamentum ſuſtinetur.
112 Pater hæreticus non poteſt pupillariter ſubſtituere.
113 Pater ſi eſt turpis perſona an poſſit pupillariter ſubſtituere, & nu. 189.
114 Iudex conſiderata conditione, & qualitate perſonæ uarie conſtituet.
115 Si ſtatuto cauetur, ut mater filios habeat in poteſtate an tunc poterit pupillariter ſubſtituere.
116 Iura de ſubſtitutione pupillari mentionem facientia loquuntur de patre.
117 Nobis non licet legem extendere præſertim quando non eſt eadem ratio.
118 Diuerſa eſt ratio inter patrem, & matrem quo ad poteſtatem ſubſtituendi etiam ultra patriam poteſtatem. & ſeq.
119 Lex de patre confidit, quòd bonum capiat conſilium pro filio. Non ſic de matre. & nu. 35. ſup.
120 Sexus mulieribus fragilis & imbecillis reputatur. & 122.
121 Tutor a patre in teſtamento filio emancipato datus abſq; aliqua inquiſitione confirmatur. Non ſic ſi à matre datur.
123 Non ſequitur parens habet filios in poteſtate ergo poteſt pupillariter ſubſtituere.
124 Mater poteſt exemplarem facere ſubſtitutionem, non tamen pupillarem & cur diuerſum ſeq.
125 Exemplaris ſubſtitutio eſt introducta ad exemplum pupillaris, non autem econtra.

126 In

126 *In exemplari non omnes paßim ſubſtitui poſſunt, licet in pupillari ſic.*
127 *Mater poteſt pupillariter ſubſtituere quo ad bona ab ipſa ad pupillũ peruenientia exemplo patris arrogatoris.*
128 *Pupillaris ſubſtitutio continet utilitatem pupilli.*
129 *Aequalis pietas in matre ſicut in patre eſt.*
130 *Quo tempore requiratur filium pupillum eſſe in poteſtate patris, ad hoc ut fieri ſubſtitutio pupillaris poßit?*
131 *Intellectus l. ij. in prin. in uer. ſed ſi extraneum ff. de uulg. & pupill. & numer. 133.*
132 *Pupillaris ſubſtitutio poteſt fieri etiam ex interuallo poſt inſtitutionem.*
134 *Conditionis natura eſt, ut prius impleatur, quàm ad actum deueniatur.*
135 *L. ſi alienum. §. in extraneis. ff. de hæredib. inſtit. & §. in hæredibus inſtit. de hæred. qualit. & differ.*
136 *Teſtamentum ſumit uires ab hæredis inſtitutione. ita ut ſine illa nec teſtamentum appellari poteſt.*
137 *Teſtamentum morte confirmatur.*
138 *Teſtamentum incipit habere poſſe effectum ab aditione hæreditatis.*
139 *Si fiat pupillaris ſubſtitutio pupillo non exiſtenti in poteſtate tempore teſtamenti interim quæ ſubſtitutio ſit.*
140 *Et an interim dicatur ſtare in ſuſpenſo, & quomodo.*
141 *Regula legis quòd ab initio ff. de reg. iur. quomodo procedat.*
142 *An ſit de forma pupillaris ſubſtitutionis, quòd pupillus ſit in poteſtate tempore teſtamenti.*
143 *Forma eſt ſeruanda, aliàs actus eſt nullus.*
144 *Forma in ipſo actu celebrando eſt adhibenda, non autem poſt*
145 *Superueniente habilitate in perſona pupilli iuncta cum præambula uoluntate teſtatoris inducit pupillaris ſubſtit.*
146 *Facilius quid ab initio impeditur, quàm poſtquàm eſt introductum, tollatur.*
147 *An hodie etiam ſit neceſſarium, quòd impubes ſit in poteſtate, ad hoc ut fieri poßit pupillaris ſubſtitutio?*
148 *Diſpoſitio tex. in §. nullam in auten. de hæredib. ab inteſt. uenient. quomodo procedat.*
149 *Vt pupillaris ſubſtitutio ſubſiſtat, requiritur, ut ille, cui fit, efficiatur ſui iuris per mortem ſubſtituentis, ita ut non tranſeat in alterius poteſtatem.*
150 *Filius familiàs, licet maior, teſtari non poteſt.*
151 *Lex introducendo ſubſtitutionem pupillarem uoluit ſupplere defectum ætatis.*
152 *Miles teſtator poteſt pupillariter nepoti & in alterius poteſtatem recaſuro ſubſtituere.*

153 Quid

153 *Quid autem ſi ipſe pupillus eſſet miles.*
154 *Miles etiam in poteſtate conſtitutus poteſt de bonis caſtrenſibus teſtari.*
155 *Pupillaris ſubſtitutio requirit, ut ille, cui fit non deſinat eſſe in poteſtate ſubſtituentis ante illius mortem.*
156 *Si filius deſinit eſſe in poteſtate propter adeptam dignitatum omnia iura retinet, ideo etiam poterit ei pupillariter ſubſtitui.*
157 *Sextum requiſitum, ut ille, qui facit pupillarem ſubſtitutionem ſibi faciat teſtamentum.*
158 *Teſtator poteſt ſubſtituendo pupillariter, facere ſibi teſtamentum incontinenti, uel ex interuallo & quomodo.*
159 *Pupillaris ſubſtitutio in codicillis facta an ualeat ſaltem iure fideicommiſsi?*
160 *Pupillaris ſubſtitutio in teſtamẽto minus ſolenni facta an, & quando ſuſtineatur? & num. 162.*
161 *Teſtamentum minus ſolenne inter liberos conditum, an ſuſtineatur quo ad alias eius diſpoſitiones?*
163 *Legata extraneis relicta ſuſtinentur per edictum de leg. præſt. quando illi ſunt coniunctis reſtituere rogati.*
164 *In pupillari ſubſtitutione quædã põt pater facere, quæ filius non poteſt.*
165 *Septimum requiſitum, quòd teſtator qui pupillariter ſubſtituit, alium filium, ſi quem habet inſtituat, uel exhæredet & num. 171.*
166 *Teſtamentum in quo filius in poteſtate eſt præteritus, eſt nullum.*
167 *Exhæredari hodie pupillus regulariter non poteſt. fallit ut i. num. 170.*
168 *Exhæredatio hodie fieri non poteſt. niſi inſerta cauſa ingratitudinis.*
169 *Impubes intellectu, & iudicio caret. ideo cauſam ingratitudinis, niſi tamen eſſet doli capax.*
172 *Nepoti ex filio emancipato licet præterito poteſt pupillariter ſubſtitui, quare talis præteritus non rumpit.*
173 *Pupillaris ſubſtitutio an corruat, ſi frater impuberis exhæredatus expugnet teſtamentum paternum per querelam.*
174 *Quid autem ſi expugnet per bonorum. poſſ. contra tabulas.*
175 *Emancipatus erat de iure ciuili omnino incognitus.*
176 *Remedia prætoris non operantur effectum ſuum ipſo iure.*
177 *Querela inofficioſi uti remedium iuris ciuilis ipſo iure tollere teſtamentum poteſt.*
178 *Pupillaris ſubſtitutio an ſuſtineatur per auten. ex cauſa. C. de liber. præter?*
179 *Verbum cætera ad omnia referri poteſt.*
180 *Qui omne dicit, nihil excludit.*
181 *Pupillaris ſubſtitutio ita ſuſtinetur, ſicut cæteræ diſpoſitiones teſtamẽtariæ*

182 Pupillaris

182 Pupillaris ſubſtitutio non aliter fieri poteſt niſi teſtator ſibi hæredem inſtitu at & hæreditas adeatur. Et quomodo procedat num.ſequ. & ſequ.uſq; ad num. 186.
184 Etiam tutela requirit aditionem hæreditas.
185 Si hæres ſcriptus omittit hæreditatem ex teſtamento, & ab inteſtato illam obtineat, ſuſtinetur pupillaris ſubſtitutio.
186 Pupillaris ſubſtitutio an fieri poſsit exhæredato etiam mala mente.
187 Exhæredatio interdum etiam bona mente fit.
188 uerba in potiori ſignificatione: & cum effectu ſunt accipienda.
189 Si pater eſt turpis & inhoneſtæ uitæ an poſsit pupillariter ſubſtituere?
190 Is, cui eſt interdicta bonorum adminiſtratio, non poteſt contrahere, neque etiam teſtari.
191 Actio de dote patri non datur, quando eſt perſona turpis.
192 Lex multum confidit de patre: & nullus affectus uincit paternum.
193 Pupillaris ſubſtitutio eſt diſpoſitio pupillis utilis.
194 Iudex uenire ex perſonis cauſiſq; diſpiciet.
195 Octauum, & ultimum requiſitum, ut ex ſubſtituētis teſtamento adeatur hæreditas quòd tamen declara ut ſit 197. & 291.
196 Quod in milite pupillariter ſubſtituente non eſt neceſſarium.
197 Item quando per exiſtentiam ſui hæredis. confirmari poſſunt tabulæ pupillares.
198 Sufficit ad confirmationem pupillaris ſubſtitutionis, ut etiam ex tacita uulgari ad quam porrigitur expræſſa pupillaris, adeatur hæreditas.
199 Primus effectus pupillaris ſubſtitutionis eſt, quòd uulgarem continet, & num. 101. fallit ut i. num. 110.
200 Solus Polit. contrarium dixit
202 Declaratur l. iam hoc iure. ff. de uulg. & pupill.
203 Correctio eſt euitanda.
204 Non datur concludens ratio diuerſitatis cur ſubſtitutus pupillariter non debeat admitti etiam ex uulgari, ſi caſus quia ſubſtitutionis exiſtat, quemadmodum etiam ſubſtitutus uulgariter admittitur ex pupillari, ſi caſus eius eueniat.
205 Vulgaris ſubſtitutio expræſſa, ſiue tacita, aut præſumpta neceſſario perſupponit illum, cui eſt facta ſubſtitutio fuiſſe inſtitutum.
206 Priuatio præſupponit habitum.
207 In qualibet quæſtione præſupponendi ſunt ultra id, de quo diſputantur, termini habiles.
208 Leges facientes extenſionem de una ſubſtitutione ad aliam potiſsimum fundantur in præſumpta uoluntate teſtatoris.
209 Subſtitutus pupillariter filio inſtituto ſub illis uerbis ſi hæres erit, & in pupillari

pillari ætate deceſſerit, uidetur uirtualiter etiam ad bona teſtatoris uocatus, quia hæres &c.

210 Secundus effectus pupillaris ſubſtitutionis, ut ſuccedat ſubſtitutus tam in bonis impuberis, quàm etiam in bonis teſtatoris. quòd declaratur ut in ſequenti.

211 Idq; & procedit ſi in ſubſtitutione appoſitum ſit uerbum mihi.

212 Subſtitutus pupillariter dicitur immediate ipſi impuberi fieri hæres, tamen etiam in effectu fit hæres teſtatoris.

213 Illud autem in milite teſtatore non procedit neceſſariò.

214 Pupillaris ſubſtitutio filio arrogato facta trahitur modo ad bona, quæ ab arrogatione ad ipſum peruenerunt.

215 Pupillaris ſubſtitutio dicitur commodum pupillo, fideicommiſſaria uerò omnibus.

216 Pupillus in Adoptionem datus non poteſt cum duabus ſubſtitutionibus pupillaribus, decedere. ſecundum Politum quòd nos alia ratione confirmamus.

217 Adoptatus ab extraneo non tranſit in illius poteſtatem, neq; ius aliquod trāſfert in eum. ſecus uerò ſi à coniuncta perſona.

218 Iura adoptionis per emancipationem diſſoluuntur.

219 Ex priuilegio militari poteſt quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere.

221 Subſtitutus pupillariter non poteſt petere ſeparationē bonorum teſtatoris, à pupillaribus, quando pupillus iam hæres extitit patri.

222 Poterit tamen ſubſtitutus etiam maior obtinere reſtitutionem in integrum ex perſona pupilli, aut ſeparat bona.

223 Reſtitutio in integrum ſicut minori competit, ita etiam eius ſucceſſoribus.

224 Attendi debet id quòd principaliter fit, non autem id, quòd in conſequentia.

225 Si pupillus ab hæreditate patris abſtinet eius ſubſtitutus pupillariter nihil implicabitur oneribus hæreditatis paternæ.

226 Sed tunc quærit quomodo confirmabuntur tabulæ pupillares, non adita, præſenti hæreditate & ſeq.

227 Exiſtentia ſui hæredis operatur confirmationem tabularum pupillarium. licet nō ſit adita hæreditas quando eſt ſolus ſuus inſtitutus.

228 Suitas non operatur effectum ſicut dato cohærede extraneo.

229 Subſtitutus pupillariter datus etiam cohæres ipſi impuberi, qui portionem ſuam paternæ hæreditatis agnouit non poteſt pupillarem repudiare.

230 An idem quoq; ſit, quando impubes à paterna abſtinuiſſet?

231 Caſus, in quo ſubſtitutio pupillaris non trahitur ad omnia bona teſtatoris etiam

riſ etiam quòd impubes fuiſſet inſtitutus, à teſtatore, & agnouiſſet hæreditatem.
232 Filius naturalis non poteſt ultra unam unciam capere ex teſtamẽto paterno exiſtentibus filijs legitimis & naturalibus.
233 Tertius effectus pupillaris ſubſtitutionis, ut matrem excludat.
234 Quod etiam in illa, quæ in breuiloqua aut in compendioſa continetur procedit.
235 Et procedit ſiue alius filius ſit ſubſtitutus, ſiue etiam extraneus.
236 Mater excluditur per ſubſtitutionem pupillarem, nõdum ab uniuerſali ſucceſsione, ſed etiam à legitima.
237 Filius, ſi quidem ipſe teſtatur non poteſt matrem à legitima excludere, & tamen ſi pater pro eo faciat pupillarem, mater excluditur etiam à legitima.
238 Illudq; procedit tam de iure fori quàm de iure Poli.
239 Quòd non eſt correctum per l. humanitatis C. de impub.
240 Correctio eſt euitanda.
241 Non ſolum mater, ſed etiam alij aſcendentes, ut auia materna & paterna. Item auus maternus immo & paternus per pupillarem ſubſtitutionem excluduntur.
242 Nepos natus ex filio antea emancipato eſt extraneus auo.
243 Pupillaris ſubſtitutio an dari poſsit ab auo nepoti facta præſente ſuperſtite, ita quòd quæri poſsit an pater per illam excludatur, ſicut alij aſcendentes & num. ſeq. & ſeq.
245 Ambulatoria uoluntas eſt uſq; ad ultimum uitæ ſpiritum.
246 Tex. in l. ſed ſi hac lege §. ſi filius ff. de in ius uoc.
247 Mater excluditur etiam per pupillarem tacitam ſeu præſumptam de quà l. iam hoc iure cum ſimil. contra communem.
248 Quæ pupillaris præſumpta nullo modo continet non autem continetur ſcilicet non habent effectum, ut habet communis opinio.
249 In materia pupillaris ſubſtitutionis rigor à lege ſeruatur in excluſione communis.
250 Lex porrigendo caſum expræſſum uulgaris ſubſtitutionis etiam ad caſum pupillaris fundatur in præſumpta uoluntate teſtatoris ſubſtinentis, non autem pupilli.
251 A, qua præſumptione non recedit lex propter exiſtentiam ſuæ uxoris.
252 Quartus effectus pupillaris ſubſtitutionis quòd pater pupillariter ſubſtituendo facit illi hæredem ſuum, & neceſſarium.
253 Qualitas ſuorum hæredum in quibus conſiſtat?
254 Hæreditas pupilli tranſmitti per ſubſtitutum pupillariter poteſt uirtute ſuitatis.

255 *Pater pupillariter ſubſtituendo poteſt facere pupillo hæredem neceſſarium.*
256 *Quomodo extinguatur aut finitur pupillaris ſubſtitutio.*
257 *Duobus modis intelligi poteſt ſubſtitutionem pupillarem extingui.*
258 *Pubertate adueniente finit pupillaris ſubſtitutio.*
259 *Pupillaris ætas deſinit finito anno quartodecimo, & tunc incipit pubertas.*
260 *Item finitur ſi deſinit eſſe in poteſtate teſtantis.*
261 *Quòd eſt uerum ſi ita deſinat eſſe in eius poteſtate ut amplius non reuertatur aliàs ſecus.*
262 *Finitur pupillaris ſubſtitutio ſi impubes uiuo teſtatore incidat in alterius poteſtatem, uel etiam ſi id contingat per mortem ſubſtituentui.*
263 *Quid autem ſi teſtator miles eſſet.*
264 *Item finit ſi impubes patitur capitis diminutionem etiam minimam, & nu. ſeq. & nu. 269.*
265 *Poteſt tamen ſubſtitutus bona illa obtinere mediante actione ex ſtipulatu, uel utili actione ex lege.*
266 *Item finitur per maximam capitis diminutionem.*
266 *Intellectus legis nec ei in fine cum duabus ll. ſeq. ff. de adopt. remiſſiue tamen.*
267 *Pœna deportationis poteſt & in impuberem cadere.*
268 *Deportatus amittit teſtamenti factionem, & idem in ſeruo pœnæ.*
270 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio non tollitur per ſecundã deportationem, quicquid in pupillari ſit, & de ratione uide nu. ſeq.*
271 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio fit ad commodum teſtatoris ſubſtituentis, non autem illius, cui fit. Et in ea ueniunt bona teſtantis tantum, & eſt potius omni reſpectu illius, cui fit.*
272 *Pupillaris ſubſtitutio fit ad commodũ eius cui ſubſtituitur, & illi dicitur fauorabilis. Item in ea ueniunt etiam bona impuberis.*
273 *Pupillaris ſubſtitutio an finiatur per ingreſſum religionis per impuberem, & nu. 276. & ſeq.*
274 *Impubes quomodo poſſit religionem ingredi.*
275 *Ingreſſus religionem poteſt exire ad libitum ante annum profeſſionis.*
277 *Per ingreſſum religionis teſtamentum prius factum non tollitur, ita nec pupillaris ſubſtitutio.*
278 *Ingreſſus religionem deſinit eſſe in poteſtate patris, & tranſit in poteſtatem monaſterij ſeu Abbatis.*
279 *Finitur pupillaris ſubſtitutio ſi teſtator deportatus ſit, aut ſeruus pœnæ factus.*
280 *Item ſi aliud teſtamentum faciat ipſe teſtator.*
281 *Finitur etiam ſi ſubſtitutus uiuo teſtatore decidat, aut etiam illo mortuo,*

nuo tamen impubere.
282 Subſtitutus pupillariter, ſi antequàm eueniat caſus pupillaris ſubſtitutionis moriatur, non tranſmittitur.
283 Item finitur ſi ſubſtitutus intentat bonorum poſſeſ. contra tabulas.
284 Pariter finitur ſi tempore mortis pupilli incapax reperitur: ſecus uerò ſi tẽpore mortis teſtatoris incapax eſſet. Dummodo tempore ſubſtitutionis pupillaris capax reperiatur.
285 Lex ſi is qui hæres ff. de uulg. & pupill.
286 Datur caſus, in quo quis eſt incapax ſucceſſionis uniuerſalis paternæ, & non poteſt ex pupillari ſubſtitutione ſuccedere.
287 Filius naturalis tantum poteſt unam unciam primo capere ex teſtamẽto patris exiſtentibus ligitimis & naturalibus.
288 Subſtitutio pupillaris finitur adueniente tempore per teſtatorem præfinito, & infra pubertatem.
289 Pupillaris ſubſtitutio poteſt per teſtatorem ante pubertatem reſtringi, licet non poſſit ultra protendi.
290 Extinguitur pupillaris ſubſtitutio ſi per hæredem ſcriptum hæreditas non adeatur.
291 Poteſt tamen ille caſus duobus modis ſuſtineri.
292 Item finitur ſi poſthumus teſtatori naſcatur.
293 Agnatione poſthumi rumpitur teſtamentum & ſimul pupillaris ſubſtitutio ſi modo naſcatur aliàs ſecus.
294 Item tollitur pupillaris ſubſtitutio ſi teſtamentum paternum rumpatur in totum per querelam, ſecus ſi pro parte.
295 Item ſi intentata fuerit bonorum poſſeſſio contra tabulas.
296 Et quæ ſit ratio differentiæ inter querelam & bonorum poſſeſſionem contra tabulas, & nu. 298.
297 Lex & ſi contra ff. de uulg. & pupill.
299 Prætor quo ad effectum facit quem deſiniere eſſe hæredem.
300 Pupillaris ſubſtitutio an finiatur ſi impubes filios ſuſcipiat, malitia ætatem ſupplente.
301 Lex nihil ex his reſpuit, quæ à natura gignuntur.

Secundo

SEcundo principaliter de Pupillari ſubſtitutione eſt tractandum. In qua quidem ſpetie plura pariter, ut in præcedenti, uidenda, occurrunt. Et primo, ne ſub incerto uagari uideamur, eſt pertractandum quid ſit Pupillaris ſubſtitutio? ſecundo quotuplex ſit? Tertio unde,& quare dicatur pupillaris ſubſtitutio? Quartò quo iure inuenta fuerit? Quintò qua de cauſa? Sextò quibus uerbis fiat? Septimò quæ requirantur, ut legitimè fieri poſsit? Octauò quos effectus operetur. Nonò,& ultimo quomodo extinguatur,ſeu finiatur.

1 Redeundo igitur ad primum quæritur, † Quid ſit pupillaris ſubſtitutio? Hanc Zas.in ſuo tract. de ſubſtit. Sic legaliter,prout ipſe dixit,diffiniuit. Quòd eſt ſubſtitutio, quæ a patre filio pupillo fit,ut ei intra pupillaria mortuo ſuccedi poſsit. ſed hæc diffinitio non eſt
2 bona,tanquam ſubſtantialia omnino non ponens: † Nam ſecundum eam poterit fieri ſubſtitutio pupillaris etiam filio emãcipato, aut aliàs non exiſtenti in poteſtate ſubſtituentis: cum tamen iſtud ſit falſum. ut in l.ij.in prin.ff.de uulg.& pupill.& inſtit. de pupill.in
3 prin. item obſtat. † Quia poteſt fieri pupillaris ſubſtitutio etiam infra tempora pubertatis, & in l.ſi ita quis ſubſtituerit. ff.eo.tit.Poſſet tamẽ ab hoc defendi diffinitio:quia uerba diffinitionis ſatis hũc caſum comprehendunt: quoniam ille tunc dicitur intra pupillaria decedere, & ſi infra decimum annum decedit. item obſtat contra hanc definitionem,quia non complectitur pupillarem tacitam, ſeu à lege præſumptam,uel ſubauditam,de qua in l.iam hoc iure ff. de uulg.& pupill.

4 Aliam tradidit diffinitionem, ſeu deſcriptionem † potius, ut ipſe dicit, quidam Antonius Fumeus, in ſuo tract.Dicens,quòd eſt ordinatio hæredis à patre in teſtamento filio impuberi in poteſtate conſtituto facta ſub ea conditione,ſi impubes deceſſerit. ſed & de iſta pariter dici poteſt. quòd non contineat,niſi illam, quæ fit ſpecificis uerbis, & expræſsis: & ſic non comprehendit illam, quę in breuiloqua, & in compendioſa continetur, aut illam, de qua in l.
5 iam hoc iure. † niſi tamen ſaluando dicat, quòd non ſunt ſpecies diuerſæ,licet modus conficiendi ſit diuerſus, eſt tamen ſemper illa pupillaris, de qua in diffinitione. item obſtine uidetur,quia poteſt etiam ſub alia conditione fieri, quàm ſub illa, ſi impubes deceſſerit, nempè ſi intra decimum quartum annum.ut in d.l. Si quis ita. poſſes tamen ſaluare,quia & tunc impubes dicitur decedere,prout

in

in præcedenti diffinitione dixi.

6 Tertiam tradebat diffinitionem † accuratiſsimus Poli. in ſuo tract. dicens, ſic poſſe per cõuertibilem deſcriptionẽ demoſtrari. Quòd eſt illa, quæ à parente pupillo fuit, aut uelut facta ſubauditur, non ut ſibi, ſed ut pupillo ſuccedatur ſi intra tempus pubertatis, aut intra tempus ab eo præfinitum pupillus deceſſerit. Sed & iſta patitur obiectionem illam, etiam quam primo loco feci contra diffinitionem Zas. uidelicet quòd ſic poſſet etiam emancipato fieri contra l. ij. ff. de uulg. & pupill.

7 Ego autem puto ſic dici poſſe, † quòd ſubſtitutio pupillaris eſt ſubſtitutio, quæ à parente fit pupillo in ſua poteſtate exiſtenti, aut uelut facta à lege ſubintelligitur, ſi intra aliquod tempus ante pubertatem deceſſerit. neq; puto hic ualde neceſſaria eſſe illa uerba non

8 ut ſibi, ſed ut pupillo ſuccedatur: † Quoniam iſtud eſt unus effectus pupillaris ſubſtitutionis: qui reſultat ex ipſa ſubſtitutione, poſt quàm eſt facta: & ſic non eſt ſubſtantia ipſius diffinitionis, ſed eſt quid extra ipſam: & ideo iſti effeſtus non puto neceſſarios, ut in difinitione ponantur: alioquin ualde longa eſſet contexenda diffinitio.

Obſtat tamen contra prædictas omnes diffinitiones arg. quo ſupr à uſus fui in materia uulgaris in prima diffinitione uer. Ex alio etiam uidetur. quia cum uolumus declarare, quid ſit ſubſtitutio pupillaris, dicimus, quòd ſubſtitutio pupillaris eſt ſubſtitutio, &c. & ſic p illudmet uerbum uolumus ſubſtitutionẽ declarare: ſicuti dicimus, quòd ratio non debet eſſe eadem cum dicto, ita expoſitio non debet eſſe eadem cum expoſito. arg. eorum, quæ habentur in c. fi. de

10 inſtit. & in l. ij. ff. de ſtipul. ſer. † Niſi addendo his, quæ dixi in loco ſuprà allegato in materia uulgaris, diceres iſtud arg. procedere rectius poſſe, quando diffinitur ſubſtitutio in genere. Quia tunc non bene conuenit, ut ſi dicamus ſubſtitutio eſt ſubſtitutio &c. At cũ iam fuerit declaratũ quòd ſubſtitutio eſt diſpoſitio teſtatoris trãſferens hæreditatem &c. prout ego declaraui in mea diffinitione, ſubſtitutionis in genere, quam poſui ſuprà in præludijs in undecima diffinitione, non eſt amplius hoc neceſſarium, quando diffiniuntur ſingulæ ſpecies: quia iam certum eſt, quòd unaqueq; ſpecies ſubſtitutionis eſt diſpoſitio teſtatoris: † quia genus influit in ſingulis

11 ſuis ſpeciebus. ut per Bart. in l. Si quid earum. §. interemptum. & in l. ſeq. §. intereſt ff. de leg. iij. & dixi ſupra in prælud. in quæſtione illa an fideicommiſſaria dicatur propriè ſubſtitutio num. 109. & num. 121. Sed nunc agitur de declarandis ipſis ſpeciebus, & quomodo

modo una diferat ab alia. Et iſta, ut dixi, adde his, quæ dixi ſupra in materia uulgaris in prima diffinitione nec ſuper iſta materia diffinitionis ulterius inſiſtere uolui.

Secundo igitur principaliter quęritur quotuplex ſit pupillaris ſub-
12 ſtitutio † & breuiter dico triplicem eſſe pupillarem ſubſtitutionem: ſeu rectius dicens, quòd tribus modis inducitur, & fit hæc ſubſtitutio: quia ſemper eademmet ſpecies reſultat, licet modi ſint diuerſi uno modo fit uerbis formalibus & ſpecificis, uidelicet ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit. ut in l.j.in ſecundò reſponſo.ff.de uulg.& pupill.& inſtit.eo.tit.de pupill. in prin. Et de hoc infrà latius loco ſuo dicemus. Secũdo modo fit uerbis generalibus aptis in eorum generalitate ipſam comprehendere: ut eſt quã do fit reciproca, ſeu breuiloqua ſubſtitutio, ſcilicet uos inuicẽ ſubſtituo quæ uerba, data habilitate quo ad cætera, importare etiam poſſunt pupiilarem: ſi quidem caſus ipſius eueniat, ut quòd ille in pupillari ætate decedat. Tertia eſt pupillaris, quæ tacita dicitur, ſeu præſumpta ex legis interpretatione inſequentis ueroſimilem mentem teſtatoris: Et eſt exemplum in l.iam hoc iure, quando teſtator facit uulgarem expræſſam, ſcilicet ſi inſtitutus hęres non erit. & eueniat caſus quòd ille hæres ſit, & poſtea in pupillari ætate decedat: licet enim uerba per teſtatorem expræſſa non cõprehendant caſum iſtum tamen lex ipſa ſic interpretatur mentem teſtantis, quòd ſi caſum hunc cogitaſſet, ita fuiſſet diſpoſitum. Et hoc idẽ dicitur in l. ij. §. fi. ff. de uulg. & pupill. & in l.hęreditatem, & in l.
13 quamuis.C.de impub.& alijs ſubſtit.† Et eò etiam pertinere dico, quòd habetur in l.fi.C. de inſtit.& ſubſtit. ſubcondit.factis ubi illa ſubſtitutio, ſi poſthumus non naſcetur; quæ eſt potius ſubſtitutio uulgaris: uerificatur etiam in alio caſu, uidelicet ſi poſthumus natus fuerit; & impubes deceſſerit, & hoc, non exiſtente matre ſuperſtite: illud enim ibi fit ex legis interpretatione fundata in uero ſimili mente teſtatoris. ideoq; minus probabile mihi ſanè uidetur id, quòd aliqui dicunt, in illo caſu eſſe pupillarem partim expræſſam, & partim tacitam: quia ſi non naſcitur poſthumus, uerificatur ſubſtitutio in caſu expræſſo per teſtatorem: Si uerò naſcitur poſthumus, & impubes accedit, tunc uerificatur alius caſus per teſtatorem expræſſus. Et ita illam appellant pupillarem ſubſtitutionem partim tacitam, & partim expræſſam. dico enim illud minus rectè dictum eſſe:

Nam illa ſubſtitutio uentri facta, ſi poſthumus non naſcatur, mihi non rectè uidetur dici ſubſtitutio pupillaris: quia non poteſt ſub-

ſtitui

ſtitui pupillariter pupillo, qui non eſt, aut non naſcitur: nam non entis nullę ſunt qualitates l. eius, qui in prouincia ff. ſi cert. pet. ideo illa ſubſtitutio facta, ſi uenter non naſcetur, eſt potius uulgaris di- cenda, & non pupillaris: & facta eſt in illamet portione bonorum ipſius teſtatoris, in qua uenter fuerat inſtitutus: & ſic eſt ſubſtitu- tio facta ſub illa conditione, ſi uenter, ſeu poſthumus nõ naſcatur. quemadmodum ſi dictum fuiſſet, ſi nauis ex aſia uenerit, illum ſub- ſtituo. Ideoq; concludo ibi eſſe expræſſam uulgarem continentẽ in ſe tacitam pupillarem, uidelicet ſi poſthumus naſcatur, & in pu- pillari ætate decedat.

14 Quinimmo etiam † mihi uidetur non rectè per Doctores in diui- ſione huius ſubſtitutionis poni pupillarem partim expræſſam, & partim tacitam: quia hoc nihil aliud eſt, niſi pupillaris expræſſa, & pupillaris tacita: quæ & ſi ambæ ſimul iungerentur, non tamen con ſtituerent tertium membrum. Et ſi diceres, conſtitutus ſaltẽ, quo ad conceptionem uerborum, quia talis eſt forma, ſeu conceptio uerborum, quæ continet pupillarem expræſſam, & pupillarem taci tam: prout de uulgari dictum eſt ſupra.

Reſpondetur, quòd ſi rectè conſideretur, non dabitur fortè caſus,
15 in quo ſimul contineatur pupillaris expræſſa item & tacita. † nam pupillaris in nullo alio caſu uerificari poteſt, niſi quando pupillus infra pubertatem decedit: qui caſus ſi exprimitur in diſpoſitione,
16 tunc ceſſat tacita; † quia expræſſum facit ceſſare tacitum l. cum ex filio. §. filio impuberi ff. de uulg. & pupill. bene uerum eſt, quòd ta- cita pupillaris datur contra ſub alijs ſpetiebus, puta ſub reciproca, item ſub compendioſa, & in caſu l. iam hoc iure: ſed quòd detur pupillaris tacita, ubi eſt facta pupillaris expręſſa, hoc aut nunquam, aut perraro in iure reperietur: & ſic quòd detur pupillaris partim tacita, & partim expræſſa. quicquid in uulgari ſit, & ratio differen-
17 tiæ inter unam, & aliam eſt, † quia uulgaris uerificari poteſt in cõ pluribus caſibus: ideoq; ſi unus exprimatur, poteſt ipſa uerificari etiam in alio caſu non expræſſo: neque ille caſus expræſſus impedi mento eſt, quo minus ipſa ſubſtitutio uerificari poſsit etiam in alio caſu non expræſſa. At pupillaris uerificatur tantummodo in uno caſu, uidelicet ſi infra pubertatem decedat & non in alio: unde ſi exprimitur ille caſus, fruſtra ille ſubintelligeretur, & ſic remãnet tantum expræſſa: nec alius ſubintelligi poteſt quia nullus alius eſt, in quo uerificari poſsit, in uulgari eſt. ſi uerò non exprimitur, tunc tacite ſubintelligitur, & ſic eſt tantum tacita. Et ideo apparet nõ dari pupillarem partim tacitam, & partim expræſſam. quæ nota.

Nec

Nec obſtat, ſi quid diceret immo datur ut per Bart. in l. ij. col. 5. uer. ſed quæro. ff. de uulg. & pupill. ubi ponit exemplum pupillaris partim tacitæ, & partim expræſſæ. quoniam dico quòd illa uerba ſi hæres erit: uel ſi hæres non erit, non ſunt de ſubſtantia ſubſtitutionis pupillaris, ſed uerificatur ſub illis uerbis, ſi in pupillari ætate deceſſerit: qui eſt ſolus caſus, ſub quo uerificatur pupillaris ſubſtitutio.

18 Tertiò unde, & quare ſic appelletur pupillaris ſubſtitutio, † ſatis cuiq; uel mediocriter in iure uerſato patere poteſt: uidelicet ab eo quia pupillis tantum fit: Et ideo pupillaris dicitur. Quæritur quo iu

19 re primum fuerit introducta pupillaris ſubſtitutio? † tex. in l. ij. in prin. ff. de uulg. & pupill. & inſtit. de pupill. in fine prin. hoc declarat: quia dicit quòd moribus fuit hoc introductũ ab initio. Poſtea autem fuit illa facultas ſic ſubſtituendi ampliata, & declarata per leges, & per iure conſultos ſucceſsiuis temporibus, ut per totũ illum tit. ff. & inſtit. ac in tit. C. de impub. & alijs ſubſtit. Ad illud

20 tamen eſt aduertendum, † quòd dicit glo. in d. l. moribus exponendo illum tex. ut intelligatur moribus, hoc eſt iure lacedemoniorum: qui quidem iure conſuetudinario, utebantur, & uiuebant. §. & idcirco, inſtit. de iure natur. gent. & ciuili. quòd etiam Bart.

21 in d. l. ij. in prin. uidetur ſequi. † Nanq; non uideo, cur exponi illud debeat pro moribus lacedemoniorum potius, quam romanorum: quoniam licet lacedemoniorum ius moribus apud ipſos conſiſtebat, tamẽ poſtquàm à populo Romano fuit receptum, & etiam ius athenienſium ſimul, totum fuit illud appellatum ius ciuile ſcriptũ: licet apud ipſos lacedemonas memoriæ omnia comendabantur, & ſine ſcriptis illo utebantur.

Et non modicum eſſet negocium, ſi iura, quæ Papulus Romanus à lacedemonijs habuit, diſtinguenda forent ab his, quæ ab Atheniẽſibus recepit: ut iſtud ius ſcriptum, illud uerò non ſcriptum appelletur: ambo enim iſta iura, ut à Populo Romano recepta fuere, confuſa promiſcue fuerunt, & unum ius ciuile inde confectum fuit, accedente etiam iure quòd iureconſulti Romanorum addidere, partem in ſcriptis illud religendo, & partim quòd uſu ipſo populi, & conſuetudine paulatim introducebatur, immitati & ipſi inſtituta ac ueſtigia duarum illarum ciuitatum, à quibus iura habuerũt, athenienſium ſcilicet, & lacedemoniorum, ut probatur in §. cõſtat aũt iuncto §. Ex nõ ſcripto inſtit. de iure natu. gent. & ciui. Ideoq; aptius, & uerius illud exponendũ puto, moribus Populi Romani.

22 † Qui pariter iura introduxit ex ipſius Populi conſuetudine tan-
tum d.§.conſtat iũcto §.ex non ſcripto.Et in l.de quibus. ff.de leg.
& in l.More ff.de acquir.hæreditat.l. more maiorum.ff.de iuriſdi.
om.iud.l.more Romano.ff.de ferijs . optime omnium probat tex.
23 in l.j.ff.de Donat. inter uir. & uxor. † Item hæc expoſitio , ſcilicet
ut ad mores populi Romani referatur, poteſt comprobari ex his,
quæ habentur inſtit.de patr.poteſt. in prin.iuncto tex.in l. patre fu
rioſo,in ij.reſponſo.ff.de his,qui ſunt ſui,uel alieni uer.ubi dicitur,
quòd patris poteſtas eſt moribus introducta:quòd de moribus po
puli Romani eſt intelligendum,per illud, quòd dicitur in d. tit. de
patr.poteſt . ubi habetur, quòd patria poteſtas eſt propria ciuium
Romanorum:nec ulli alij ſunt populi,qui talem in liberos ſuos po
teſtatem habeant,qualem nos habemus dicit ibi tex.

Verùm dubitari poteſt, ſtante hoc, † quòd moribus Populi Ro-
mani introducta eſt pupillaris ſubſtitutio: an nũc debeat dici de iu
re conſuetudinario,uel de iure ſcripto? Quam materiam multum
conſideratè tractat Soc.in d.l.ij.in prin.ff.de uulg. & pupill. & Po-
litus.proſequitur in ſuo tract.qui nonnulla dicit,quæ non multum
probabilia mihi uidentur . non intendo tamen , ſingula eorum di-
cta referre ſed pro declatione huius materiæ pauca aliqua dicam.

Et in primis eſt præſupponẽdum, quòd ius totum aut lege ſcripta ,
aut conſuetudine conſiſtit: §. conſtat autem inſtit. de iur.natur.
25 gẽt,& ciuili nec minus roboris aut autoritatis iſtud,† quàm illud ha
26 bet.ut ibi dicitur.& in l.de quibus,cùm multis ſeq.ff.de leg. † ſcrip
tura enim non eſt de ſubſtantia iuris abſolutè,quia ius,ſiue lex po-
teſt etiam ſine ſcriptura condi. d. l. de quibus, in uer. inueterata.
Poſſet tamen dici, quòd ſcriptura ſit de ſubſtantia iuris ſcripti:
quia non poteſt dici ius ſcriptum , niſi ſcriptura adſit . Non
enim ius idcirco nos, ligat, quia ſcriptum eſt, ſed quia per po-
pulum, per magiſtratum, aut per principem eſt introductum,
aut approbatum: & de ipſo conſenſu, ac uoluntate populi, ſeu
principis ſic iura introducentis,& approbantis,conſtat aut per ſcri
pturam expræſsè,aut tacitè per uſum,& cõſuetudinem populi. Lex
enim,plebi ſcitum, Senatuſconſultum, & cætera id genus, poſſunt
promulgari etiam ſine ſcriptura, ut ſi fortè conſul,tribunus plebis
aut alius magiſtratus, uel princeps ipſe ſecundum formam traditã
in § lex,& ſeq.inſti de iure natur.gent. & ciuili. legẽ aliquã confe-
rẽt:licèt de ea nõ fieret ſcriptura, nõ minus tamen lex,aut plebi ſci
tum, ſeu alia ſpecies, ut ibi habetur, dici poſſet ſi tamen ex alijs
probaretur:

probaretur: & d. l. de quibus. Scriptura enim regulariter facit fa
27 ciliorem probationem uoluntatis † non autem quia ſit de ſubſtan-
tia actus, ut in l. contrahitur ff. de pign. eſt uerum, quòd in ſcri-
ptis redigi conſueuerat, non tamen quòd eſſet de ſubſtantia · &
28 ideo ius ſcriptum dicebatur d.§.ſcriptum ius eſt † qui tex. ita eſt in
telligendus, & etiam tex. in l. de quibus ff. de leg. dum dicit, de
quibus caſibus ſcriptis legibus nõ utimur &c. Quia ſcilicet in ſcri-
ptis fieri conſueuerant: ideo ius ſcriptum dicebatur: non tamen
quin etiam ſine ſcriptis fieri leges poſſent, ut ibi dicitur, in uer. in
ueterata, & in hoc Polito aſſentio. Et illo modo etiam tollitur
inductio, quæ fiebat in contrarium de l. immo ff. de leg. dum ibi
dicitur, quòd tantæ autoritatis eſt conſuetudo, ut non fuerit ne-
ceſſarium, quòd in ſcriptis redigeretur. Nam non propterea con-
cludit ille tex. ſcripturam eſſe de ſubſtantia legis, ita quòd non ali
ter fieri lex poſſet: ſed intelligitur, quòd tacite innuat ille tex. qđ
conſueuerint in ſctiptis redigi alia iura, uel ſi uolumus illum tex. in
telligere, quòd ſentiat ſcripturam neceſſariò requiri: dicam, ſcili
cet ad ius ſcriptum ſcripturam requiri: quia uerum eſt, quòd non
dicetur ius ſcriptum niſi ſit in ſcriptis redactum, ut ſuprà dixi.
29 Verum, ſi quis fortè diceret † quæ ergo erit differentia inter legẽ
& conſuetudinem, ſiquidem dicimus, legem æquæ ſine ſcripto
fieri poſſe: dico quòd in eo ſolum non eſt differentia quia illa in
30 ſcriptis redigatur: hęc uerò nõn † quoniam & lex poteſt abſq; ſcri
ptura fieri ut dictum eſt, item & ius ex conſuetudine proueniens
poteſt in ſcripturam redigi, poſtquàm eſt introducta ipſa conſue
tudo: nec ideo minus recta conſuetudo dici poterit, ut in d. l. 2.
ff. de uulg. & pupill. & in l. more ff. de acquir. hæredi. & per Soc.
ibi in primo & ſecundo caſu, cum alijs per me ſupra allegatis.
31 † Differentia ergo inter legem, & conſuetudinem in eo conſiſtit,
quia lex fit uel per populum, referente magiſtratu, uel per plebem,
uel per Principem, prout dicitur in d. §. lex cum ſeq. inſtit. de iu-
re natur. gent. & ciuili, unde lex conſtituitur eodem momento,
ac expræſſa uoluntas condentis: & uoluntas populi, ſeu princi-
pis eſt, tunc ad hoc determinata, ſic ſtatuendi legem illam, ius autẽ
ex conſuetudine proueniens paulatim, & tacito populi conſenſu
inducitur, ac ex pluribus actibus procedente tempore factis, ut
in d. l. de quibus, & in §. ex non ſcripto inſtitut. de iure natur.
gent. & ciuili. Et quando illi actus fiunt, non adeſt ſpecifica uo-
luntas, & determinata in populo, aut in ſingularibus perſonis il-
los actus facientibus condendi tunc legem: ſed ex permiſsione,

aut tollerantia ipſius populi uniuerſi, aut magiſtratus, ſecundum ea, quæ not. in d. l. de quibus, & in ll. ſeqq. ff. de legib. reſultat, & inducitur ille conſenſus, & illa tacita approbatio, ex qua ius poſtmodum dicitur, & conſuetudo, ſeu mos appellatur.

32 † Dico igitur, ad propoſitũ redeundo quòd pupillaris ſubſtitutio, quò ad ſui originem fuit moribus, aut conſuetudine populi Romani primum introducta d. l. 2. Quem ita cenſeo intelligendum, quicquid ibi glo. dicat, ſed iſtud ius ſic primum tacito populi conſenſu, & approbatione introductum poſtmodum fuit per legumlatores ſucceſsiuis temporibus declaratum ampliando, & limitando illud, prout rationi eis conſentaneum uiſum fuit. At quænam fuerint illa, quæ addita fuere per ipſos iuriſconſutos. Item quæ ſint ea, quæ primum circa hoc fuerant ab ipſa conſuetudine primum introducta, cum hæc inter ſe diſtincta, ac ſeparata non habeamus, non ſatis conſtare poteſt. Propter multa ergo, quæ per legumlatores circa iſtud ius introducta fuere, poteſt nunc meritò ius ſcriptum appellari, arg. tex. in l. ius ciuile eſt ff. de iuſtit. &

33 iure † circa quam materiam, an ſcilicet, & quando ius conſuetudinarium deſinat ſic appellari, & ius ſcriptum dici debeat, uidenda ſunt ea, quæ tradit Soc. in d. l. 2. in princ. qui ſatis magiſtraliter loquitur.

Principaliter quæritur, qua ratione fuerit introducta pupillaris

34 ſubſtitutio † & in hoc non eſt difficultas aliqua. Nam cum pupillus in ea ſit ætate, ut ſibi ipſi teſtamentum facere non poſsit, ut in l. qua ætate ff. de teſtam. neq; etiam filios ſuſcipere, aut procrea-

35 re, congruum uiſum fuit † ut patet, de cuius conſilio lex multum erga filios confidit l. fi. C. de Curat. fur. ei de hærede poſsit prouidere: ne aliàs contingat, ſi fortè ipſe pupillus aliqua bona haberet, in eis non poſſe hæredem aliquem ex teſtamento habere: quòd quidem utilitatem pupilli reſpicit l. ſi pupillus ff. de acquirr. hæredit. accedente etiam autoritate, quam habet pater in filios ratione patriæ poteſtatis: quæ potiſsimum eſt neceſſaria, adhoc ut fieri ſubſtitutio pupillaris poſsit. prout uidebimus in ſeq. quæſtione & eſt tex. apertus in l. 2. in prin. ff. de uulg. & pupill. & inſtit. eo. tit. in prin.

36 Omitto quæſtionem illam, quam hic annectit Polit. † an ſcilicet pupillus dicatur propriè inteſtatus, uel impropriè decedere, & ideo ſi ſtatutum loquitur de inteſtato decedente, an habeat locum in pupillo, iſta enim non parum ſunt aliena à materia noſtra: propoſiti autem mei eſt, ea tantum tractare, quæ ad ſubſtitutionem

princi-

principaliter pertinent: ideo remitto ad eum hic & ad loca ordinaria, latè tractauit Dec. in conſi. 566. Caſtren. conſi. 48. uol. 1. Pulchrè Bal. in conſi. 264. uol. 1. & conſi. 108. uol. 2. Ang. conſi. 104. Petr. de Ancha. conſi. 277. cum multis alijs, quæ adduci poſſent.

37 † Hoc uerbum tantum dicam circa tex. in l. 1. ff. de ſciret legit. quia multum inſiſtit Polit. in inueſtiganda ratione, cur pupillus dicatur impropriè inteſtatus decedere, ut per eum in quarta quæſtione: ſed mihi non admodum neceſſarius liber iſte uiſus fuit: cum ille tex. ſatis aperte iſtud declaret, dicit enim inteſtatos propriè illos appellari, qui cum poſſent facere teſtamentum, non fecerunt, aut poſtquàm fecerunt, ruptum illud fuit, uel irritum remanſit, non adita hæreditate, uel aliter: pupillus autem, cum teſtari non poſsit, non propriè inteſtatus dici poteſt, & idem de furioſo, aut de eo, cui bonis interdictum eſt, ut ibi dicitur in uer. planè. Quos tamen inteſtatos haberi dicit, licet quò ad uerbi ſignificationem non propriè ſic dicantur, per rationem, quam ibi aſsignat expræſſe tex.

Circa ſtatutum uerò, quòd de inteſtato, uel de inteſtati ſucceſ-
38 ſione loqueretur † an uerificetur in pupillo, & huiuſmodi perſonis, quæ minus proprie inteſtatæ dicuntur: puto quòd ſic maxime per illum tex. in d. uer. planè, qui dicit quòd nihilominus pro inteſtatis habentur. Semper tamen iſtud decidendum exiſtimarē
39 conſiderata ratione ſtatuti: quæ ratio ſemper eſt illa † quæ moderatur, & regit diſpoſitionem quamlibet reſtringendo, uel ampliãdo l. cum pater §. dulciſsimis ff. de leg. 2. l. nomen §. fi. de leg. 3. l. Regula §. & licet ff. de iuris & facti ignor. l. 3. §. poſthumos, in fi. l. ff. de iniuſt. rupto, irritoq; teſt. l. quod dictũ ff. de pact. l. in actionibus ff. de his, qui not. infam. c. cum ceſſante, extra de appel lat. & c. ſtatuimus §. ſed ſciendum 61. Diſtinct.

40 Sextò quæritur, quibus uerbis fiat ſubſtitutio pupillaris † & dico, quòd ſi ſingulæ formæ uerborum, quibus concipi hæc ſubſtitutio poteſt, eſſent receſendæ, res prolixior, quàm par eſt, fieret: unde uerba, quibus ordinario more concipitur hęc ſubſtitutio, ſunt iſta: filio uidelicet prius inſtituto hærede, nam de exhæredato nũc
41 non eſt tractandum † quia pupillus exhæredari non poteſt l. ſiquis in ſuo §. leges C. de inoff. teſt. Et minus de iure nouiſsimo autenticorum: cum unam ex quatuordecim cauſis ingratitudinis ſubeſſe oporteat, ad hoc ut exhæredatio fieri poſsit, de quibus in §.
42 aliud quoq; capitulum, in auten. ut cum de appellat. cognoſ. † quæ cauſæ

cauſæ in pupillo cadere non poſſunt: cum nihil ſciat, aut intelligat. §. Præterea inſti.quib. non eſt permiſ. facere teſt. ſed quicquid uidet ignorat l.i.in fi.C.de fal.mon. inſtituto igitur filio impubere in poteſtate conſtituto, ſubijciuntur uerba pupillaris ſubſtitutionis hoc modo, ſi filius meus hæres mihi erit, & poſtea in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo Caium. ut in l.j.§.j. ff. de uulg. & pu-
43 pill. & inſtit. eo. tit. in prin. † Et ſic omnia iſta uerba uidentur affirmatiua: licet poſsint priuatiua dici illa ſi deceſſerit in pupillari ætate. ſed poſſet etiam uerbis omnino negatiuis formari ut ſi diceretur, ſi non ſit maior quatuordecim annis, aut ſi non efficiatur pu-
44 bes, &c. Verum eſt quòd poſſunt etiam omitti illa uerba, † Si hæres erit, ut ſi ſimpliciter dicatur, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo Gaium: quam ſubſtitutionẽ proculdubio pupillarem eſſe dico: licet aliqui compẽdioſam eſſe eam exiſtimauerint, ut Bal, in l. præcibus C. de impub. & alijs ſubſtit. cuius opinio mihi
45 nequaquàm placet: † quia compendioſa eſt, quando non ſolum hæres ſubſtitutiones, ſed etiam quando plura tempora eſt aptus comprendere: quòd hic non procedit: quia licet poſſet etiam uulgaris ultra pupillarem contineri, tamen utraque eſt ad idem tempus reſtricta uidelicet ad tempus pubertatis: quòd etiam Politus tradit.

46 Sed unum uidetur obſtare † quia hoc attento, ſequitur, quòd ſi puberi fiat ſubſtitutio hoc modo quandocunq; deceſſerit, talem ſubſtituo, iſta non poterit dici compendioſa, ex quo unum tantum tẽpus complectitur ſcilicet poſt pubertatem. ſed reſpondeo, quòd fortè non erit inconueniens, ſi dicamus illam non propriè dici poſſe compendioſam, ſed debeat dici ſimplex fideicommiſſaria, uel aliter, quòd immo illa rectè dici poſsit compendioſa: quia ultra quòd plures continet ſubſtitutiones, nempe uulgarem, item fideicommiſſariam, non eſt reſtricta ad certum tempus, prout eſt illa, ſi in pupillari ætate deceſſerit, quæ eſt reſtricta ad illud tempus pupillaris ætatis: quòd eſt proprium pupillaris ſubſtitutionis; non autem compendioſæ ſed indefinitè dictum eſt, quandocũque deceſſerit, &c. quæ ſunt propriè uerba compendioſæ ſubſtitutionis. Concludo igitur ſubſtitutionem illis uerbis factam, ſi in pupillari ętate deceſſerit, eſſe pupillarem, non autem compendioſam. quæ concluſio etiam probatur per tex. in l. qui liberis §. hæc uerba. ff. de uulg. & pupill. ubi illa uerba filio meo impuberi hæres eſto, licet uulgarem etiam comprehendat, tamen omnes pupillarẽ illam appellant.
47 Immo uerò ego dico † aptiorem eſſe iſtam formam uerborum, quàm

quàm ſit illa ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit. quoniam in iſto caſu dubium aliquod eſt, ſi fortè illa non efficiatur hæres, uerum tamen in pupillari ætate decedat, an ſit ſubſtitutioni locus? quę dubitatio prorſus ceſſat, quando ſimpliciter fit ſub illis uerbis, ſi in pupillari ætate deceſſerit. quoniam, cum non ſe reſtringat, exprimendo illum caſum, uidelicet ſi hæres non erit: ſed abſolutè fit locutus teſtator, quicquid eueniat, uidelicet ſiue ſit hæres, ſiue non ſit, dum modo in pupillari ætate decedat, uerba illum admittunt in eorum generalitate, ut probatur in l. paterfamiliàs. ff. de priuil. credit.

48 Sed circa prædicta dubitatur, † Quid ſi teſtator ſæbſtituerit pupillariter ſub illa forma, uidelicet ſi hæres erit filius, & in pupillari ætate deceſſerit: ſi fortè contingat, filium non fieri hæredem, ut quia abſtineat, uel fortè prius moritur, quàm potuerit ſe immiſcere, ſi dari tamē hoc ultimum poteſt, an tunc ſubſtitutus admittatur Bart. in d. l. ij. in v. col. uer. ſed quæro ff. de uulg. & pupill. dicit ſubſtitutum admitti. & Doctores communiter ita tenent. mouetur Bart. per tex. in l. Iulianus aliàs incipit ſi pupillus ff. de acquir. hæredit. & in l. paterfamiliàs. ff. de priuil. credit. Quæ tamen iura parum probant: quia in illis nihil dicitur, aut quouis modo apparet, quòd illis uerbis facta ſubſtitutio fuerit: immo in d. l. paterfamiliàs fuerat ſubſtitutio facta per illa uerba, ſi ante pubertatem deceſsiſſet, prout ibi in prin. dicitur: quæ uerba in eorum generalitate ſunt apta comprehendere utrunq; caſum: & non ſunt reſtricta ad iſtum magis, quàm ad illum (ut ſupra proxime dixi) puto tamen concluſionem ipſam in ſe eſſe uerißimam, quicquid contrarium teneat Politus in ſuo tract. in quinta & ſexta quæſtione col. j. quia ex uerißimili uoluntate teſtatoris illa ſubſtitutio ſic facta in illo caſu, ſcilicet ſi hæres erit, trahitur etiam ad alium, ſi non ſit hęres, decedat tamen in pupillari ętate: prout Idem quoq; concludebam ſupra in materia uulgaris ſubſtitutionis, iuxta ea, quæ habentur in l. gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſthu. cum alijs ibidem per me adductis.

49 † Præterea dico de hoc eſſe caſum in l. iam hoc iure. ff. de uul. & pupill. & in fortioribus quidem terminis. nam ibi diſpoſitio teſtatoris expræſsè facta in illum caſum, ſi pupillus hęres non extiterit, uerificatur etiam in caſu contrario, uidelicet ſi hæres extiterit, & impubes deceſſerit. & idem quoq; contra ſi fortè expræſſus per teſtatorem fuerit caſus iſte: uidelicet ſi pupillus hæres extiterit, & impubes deceſſerit, uerificatur etiam in caſu, quo hæres ille non extiterit: & ſic ibi uidetur ad unguem caſus noſter decidi. licet Polit.

dicat,

dicat,quòd iſta concluſio nullibi gētium probatur. & ſi diceretur,
ibi admittitur ex uulgari in illo caſu , quo pupillus hæres non exti-
tit : non autem ibi dicitur , quòd admittatur ex pupillari, ſi caſus
eueniat . reſpondeo , quòd longè facilius iſtud erit in caſu pupilla-
ris : ſi enim illa diſpoſitio teſtatoris in unum caſum facta porrigi-
tur ad alium conſtituētem diuerſam ſpetiem ſubſtitutionis, ab illa
quam expræſsit teſtator,quia ipſa facit pupillarem,& tranſit in uul
garem : & ſic ibi uariatur caſus , & etiam uariatur ſpeties ſubſtitu-
tionis,quanto magis porrigi poterit ad illum caſum,qui non egre-
ditur ſpetiem ipſam ſubſtitutionis per teſtatorem factæ, uidelicet
pupillaris ſemper enim remanet pupillaris,& uariatur tantum mo-
do caſus,firma remanente illamet ſubſtitutione,quæ fuit per teſta-
torem facta , in l. iam hoc iure uariatur & caſus, & ipſa ſub-
50 ſtitutio . quòd confirmatur per illam iuris regulam , † quòd in ha-
bentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus l.in rem §.item quæcunq;
ff.de rei uendic.l.ſi acceptolatum ff.de acceptilat .
Non obſtant modo ea quæ per Polit. in contrarium dicuntur: &
51 primo poſt Iaſ. † quòd iſta conditio ſi hæres erit , dicitur conditio
uoluntaria : ideo in forma ſpecifica eſt implenda l. qui hæredi & l.
meuius.ff.de condi.& demonſtrat.traditur in l.Gallus §. Et quid ſi
tantum ff. de libe. & poſth. nam non eſt opus uti hoc arg. quia lex
expręſſe facit hanc extenſionem iſtius conditionis in ſpetie ita per
teſtatorem expræſſe.ut in d.l. iam hoc iure. Et idem etiam in caſu
l.fin.C.de inſtit.& ſubſtit. ſub condit. fact. ubi pariter conditio il
la itidem uoluntaria , ſi poſthumus non naſcetur , non ſic neceſſa-
riò eſt implenda in forma ſpecifica,quia uerificatur etiam in caſu,
in quo poſthumus naſcatur . & impubes decedat : & etiam eo caſu
ſubſtitutus admittitur, matre tamen pupilli non ſuperuiuente , ut
ibi dicitur. Et ideo ex prædictis etiam ceſſat illud, quod idem Po-
52 litus dicebat, ſibi nouum uideri, † quòd pupillaris expræſſa in unū
caſum porrigatur ad alium contrarium. iſtud enim non eſt ita no-
uum : cum prædicta iura extenſionem iſtam faciant, ſi recte conſi-
derentur . nec quicquàm obſtat tex.in l.ex facto §. j. ff. de uulg. &
pupill.quem ipſe allegat .
53 † Quia ille tex.ſecum oſtendit ſolutionem:teſtator enim ibi ſpetia
liter in utroq; tempore diſpoſuerat:ideo eſt, quòd diſpoſitio facta
in unum tempus non porrigitur etiam ad aliud , cum ſpetialitate
fuerat per ipſum teſtatorem aliter prouiſum ; quo caſu non eſt du-
bium,quòd non fit extenſio,quia non eſt opus,ſi teſtator in illo ca
ſu prouidit.prout etiam in caſu l. cum ex filio §. filio impuberi ff.
de uulg.

de uulg.& pupill.ultra quòd ille tex.in d.l.ex facto.§.j.tandem dicit: & in illo caſu illud ſeruandum, niſi contraria uoluntas teſtatoris oſtendatur. Sed quicquid in hoc ſit, ille caſus non eſt ad terminos noſtros. Nihil etiam obſtat ratio, quam allegabat hic Polit.
54 † quòd pupillus hoc caſu indignus uidetur iſto beneficio ſui patris, cum illius hæreditatem reſpuerit, & ſic iniuria quodammodo illum affecerit: nam dico quòd lex non conſiderauit iſtud, ut ſcilicet ita demũ uelit locũ eſſe pupillari ſubſtitioni ſi modo pupillus hæreditatẽ patris cognouerit. Nec ullibi in iure iſtud reperitur: ſed immo contrarium, ut in d. l. paterfamilias ff. de priuileg.
55 credit. & in d. l. ſi pupillus ff. de acquir. hæredit. † & lex hoc caſu conſiderauit tantummodo fauorem, & commodum ipſius pupilli, ut ipſe habere poſsit hęredem, ut in d. l. ſi pupillus, & inſtitut. de pupill. ſubſtit. in fine princip. & quando filius abſtinet ab hęre-
56 ditate patris † utitur beneficio legis ſibi hoc concedentis, ut in l. neceſſarijs ff. de aquir. hęredit. & in §.ſed his permittit prætor, inſtit.de hæred. qualit.& diffe. ſed ulterius (ut dixi ſupra) eſt de hoc caſus in d.l.iam hoc iure, ſecundum communẽ intellectum, quòd pupillaris ſubſtitutio habet locum, etiam quòd pupillus non ſit hęre ſpatri: unde apparet hoc non fuiſſe: quouis modo in conſideratione legis.
57 Obſtare tamen † magis uidetur contra iſtam opinionem tex. in l. ſi ita quis ff. de uulg. & pupill. ubi ſubſtitutio pupillaris facta, ſi infra decimum annum deceſſerit, non trahitur ad aliud tempus, puta ſi poſt decimum, infra tamen quartumdecimum decedat. Ad quòd uide, quæ dixi ſuprà in materia uulgaris ſubſtitutionis. Quãdo enim ille dicit, ſi infra decimum annum deceſſerit &c. apparet, quòd uoluit ad illud tempus ſuam diſpoſitionem reſtringere, ex quo receſsit à tempore ordinario pupillaris ſubſtitutionis, uidelicet quartidecimi anni. Non ſic autem eſt, quando in ſubſtitutione expreſſus fuit ille caſus, ſcilicet ſi hæres erit: quia ſic communiter conſueuit hæc ſubſtitutio fieri: & rurſus communiter filij ſolent eſſe hæredes patris: ideo non quia ad iſtum tantum caſum uoluerit ſe reſtringere teſtator; illum expræſsit: ſed quia ita futurum putarit ſcilicet quòd fieret hærẽs.
58 Alijs quoque † uerbis fieri poſſe pupillarem ſubſtitutionem non dubitatur, ut ſi aliquibus ſibi hæredibus inſtitutis, dicat teſtator, quiſquis mihi hæres erit, idem quoque filio meo impuberi hęres eſto. De qua ſubſtitutione iſtis uerbis facta habetur in l. 3. & in l. qui liberis §. hęc uerba ff. de uulg. & pupil. & in §. ſubſtituitur au-

59 tem inſtit. de pupill. ſubſtit. † quæ uerba ad illorum tantum perſo nas referuntur, qui ſcripti ſunt hęredes: non autem ad eos etiam, quibus per interpoſitam perſonam hæreditas acquiritur, ut in præ dictis iuribus habetur. Item per illa uerba eædem portiones in ſub ſtitutione ueniunt, quæ in inſtitutione aſsignatæ illis fuere, ut in
60 d. §. hæc uerba inſuper in illo tex. probatur † quòd hæc uerba filio meo pupillo talem ſubſtituo, aut filio meo impuberi, ſignificant pupillarem ſubſtitutionem. Alijs etiam pluribus formis uerborũ concipi hæc ſubſtitutio poteſt. Quas nolo ultra referre: quia uideri per Doctores poſſunt. Et præſertim cum hodie non conſue uit ſtilus teſtatorum uti huiuſmodi uerbis: quæ ambigua ſunt, & plures ſenſus habere poſsint: ſed uti conſueuerunt uerbis apertis, ac ſpecificis. Sed utinam ut hoc ſufficeret, quia orirentur tot dif ficultates, totque turbationes in interprætandis uoluntatibus defunctorum, eorumque teſtamentis, prout in dies oriri animaduertimus, tum ob imperitiam notariorum, tum uerò ab malitiam multorum.

Septimò quæritur, quæ concurrere oporteat, ad hoc ut pupillaris
61 ſubſtitutio fieri recte poſsit † & complura quidem ſunt, quæ colliguntur ex iuribus in materia iſta loquentibus, ut ex l. 2. ff. de uulg. & pupill. & inſtit. eo. tit. in prin. & glo. Bart. & alij in d. l. 2. plura communerant: quorum aliqua reſpiciunt eum, cui fit ipſa pupillaris: aliqua eum, qui facit: nonnulla uerò reſpiciunt tertiam per
62 ſonam. † Primum igitur requiritur ex parte eius, cui fit, ut ſit de li beris, ut dicitur in d. l. 2. in prin. & inſtit. eo. tit. & ſic non ſolum fi-
63 lijs primi gradus † ſed etiam nepotibus, & pronepotibus, ac deinceps cæteris fieri poteſt hæc ſubſtitutio: dummodo concurrant
64 cætera neceſſaria, de quibus infra: liberorum enim appellatione omnes in infinitum cõprehenduntur l. liberorum ff. de uer. ſigni. & l. ſed ſi hac §. liberos ff. de in ius uoc. & l. liberos ff. de ſenat. cum ſimi. Iſtud autem ſine aliqua difficultate procedit in liberis legitimis & naturalibus. De his enim loquuntur iura prædicta. Quid uerò in legitimatis: item quid in legitimis tantum: & quid
65 in naturalibus tantum non legitimatis † & primò circa legitimatos, ſi quidem ſunt legitimati per ſubſequens matrimonium, nulla cadit dubitatio: nam hi tranſeunt in poteſtatem, & ſui efficiun
66 tur † legitimiq; uocantur in nullo ab illis differentes, qui ab initio legitiminati ſunt, ut in l. cum quia & l. ſeq. C. de natur. lib. & in auten. quib. mod. natur. effic. ſui in §. ſiquis igitur dotalia coll. 7.
67 Sed idem quoq; eſt † ſi fuerint alijs modis legitimati filij, puta per

reſcriptum

reſcriptum principis, aut alterius poteſtatem habentis ab eo. ut in autentico præallegato per totum, & in ſpetie in §. ſi quis ergo filios legitimos.

Nec obſtat, ſi dicatur, ꝙ immo non poſſunt procedere iſta in
68 pupillo † cui tantum fieri pupillaris ſubſtitutio poteſt: quoniam legitimatio fieri non poteſt, niſi interueniat conſenſus ipſius legitimandi: ut habetur in §. generaliter in d. auten. quibus mod. na-
69 tur. effic. ſui. † pupillus autem conſenſum iſtum prebere non poteſt, cũ non intelligat, quid agat l. pupillus ff. de acquir. hæred. l. 1. in fi. C. de falſa mon. §. pręterea inſtitu. quib. non eſt permiſs. fa-
70 cere teſt. cum ſimil. quia reſpondetur, † quòd ille conſenſus non eſt in eo, qui illius eſt ætatis neceſſarius: ut eſt text. in l. Iubemus in fi. C. de emancip. lib. ideo uidemus pupillos, & infantes paſsim legitimari.

71 Circa filios legitimos tantum † dico quòd ipſi ſunt duplicis generis, ſcilicet quia aut arrogati, aut adoptati ſunt. Liberis autem arrogatis fieri pupillaris ſubſtitutio poteſt, ſecundum tamen determinationem tex. in l. ſi arrogato ff. de adopt. & tex. in l. ſed ſi
72 plures §. in arrogato ff. uulg. & pupill. † & not. incidenter tamen, quo ad diuerſitatem deciſionum illorum iurium. Quia tex. in l. ſi arrogator uult pupillarem ſubſtitutionem non poſſe fieri niſi quò ad quartam ſolam: aliter autem dicitur in d. l. ſed ſi plures §. in arrogato, uidelicet ut nedum quò ad quartam, ſed etiam quò ad cætera bona, quæ ad arrogatum peruenerunt contemplatione patris arrogatosis fieri pupillaris ſubſtitutio poſsit, & nota quia utraque lex eſt eiuſdem iuriſconſulti, uidelicet ulpiani. Niſi tamen diceres pro concordia, quòd licet in l. ſi arrogator non fiat mentio de illis bonis, quæ contemplatione arrogatoris ad arrogatum peruenerunt ultra quartam, tamen non etiam illud negat: de his enim nõ loquitur ibi, ſed alibi, nempè in d. §. in arrogato. Ibi autem ſcilicet in l. ſi arrogator, ſolum de quarta agit. Verum tamen eſt, quòd modus negatiue loquendi, quo utitur ille tex. aliquantulum huic reſponſioni refragari uidetur: quærit enim tex. an impuberi arrogato fieri hæc ſubſtitutio poſsit, & reſpondet, non admitti ſubſtitutionem, niſi quò ad quartam ſolam, quam ex bonis arrogatoris conſequitur: unde uidetur ille tex. expręſſe denegare quò ad alia bona, ultra quartam, fieri poſſe pupillarem ſubſtitutionem filio arrogato, igitur cogita.

73 Ad propoſitum autem redeundo † in illis iuribus probatur hanc ſubſtitutionem filio arrogato fieri poſſe, prout in eis deciditur:

quę iura non reperiuntur correcta, aut immutata per text. l. cum in adoptiuis C. de Adopt.

Adoptatis uerò filijs poteſt etiã fieri hæc ſubſtitutio, ſed non ſimpliciter: at cum diſtinctione, de qua in d. l. cum in adoptiuis, & in §. ſed hodie, inſtit. de Adopt.

74 Quò uerò ad naturales tantum† nòn eſt dubium pupillarem eis fieri non poſſe: quoniam deficit requiſitum neceſſarium, uidelicet quòd non ſunt in poteſtate parentis, inſtit. de patr. poteſt in prin. & l. 3. ff. de his qui ſunt ſui uel alieni iur.

76 Aliqualem tamen dificultatem † uidetur in hoc facere tex. in l. Lucius ff. de uulg. & pupill. ubi filium legitimum impuberẽ, & alium naturalem tantum teſtator inſtituerat, & eos inuicem ſubſtituerat: filius autem legitimus anniculus, & ſic impubes deceſsit, ſuperſtite matre, & fratre naturali, qui erat datus etiam cohæres: dicitur ſubſtitutionem pupillarem in perſonam filij naturalis tantũ locum habere non poſſe: ideoque ad matrem ſucceſsionem illam pertinere: ſubdit tex. aliter autem, ſi eiuſdem ætatis liberi fuiſſent inſtituti, & inuicem ſubſtituti: quia tunc ſubſtitutio pupillaris locum habere poſſet, & mater excluderetur. Innuit ergo ille text. quòd ratio ſuperioris deciſionis illa ſit, quia non erunt eiuſdem ætatis, ſed quòd naturalis erat maior, ideo non habet locum pupillaris: ſi ergo fuiſſet minor, locum habere potuiſſet.

Sed tamen pro ueritate ille text. nihil obſtat contra ſupradictam concluſionem: immo uerò in eo. tex. expræſſe dicitur pupillarem ſubſtitutionem in perſona filii naturalis locum habere non poſſe: & indiſtincte quidem illud dicit, & ſic non habita differentia cuius ætatis ille ſit. Quòd autem dicitur in d. uer. aliter eſt intelligendum de liberis legitimis, non autem de naturalibus tantum, prout gloſella ibi in uer. liberi, ſic intelligit: & præſertim per illud, quòd in illomet tex. dictum eſt de naturalibus tantum, quòd indiſtincte in eis pupillaris ſubſtitutio cadere non poteſt. Et etiã iſtud probatur in iuribus requirẽtibus patriam poteſtatem ad hoc ut fieri pupillaris ſubſtitutio poſsit, iuncto tex. inſtit. de patr. poteſt. in prin. & in d. l. 3. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alieni iur.

77 Allegatur etiam † contra hanc concluſionem tex. in l. j. §. ſuos ff. de ſuis & legit. ubi naturales ſui appellantur: ergo neceſſario ſunt in poteſtate; quia aliàs ſui eſſe non poſſent. §. ita demum inſtit. de hereditat. quę ab inteſt. defer. ſed reſpõdetur, quòd ille tex. in d. l. i. §. ſuos eſt intelligendus, & ita loquitur, de naturalibus ad differentiam legitimorum tantum, & ſic de legitimis & naturalibus ſimul, in quibus

bus cadit patria poteſtas,& conſequenter ſuitas. Concluditur ergo filijs naturalibus tantum pupillarem ſubſtitutionem minime fie
78 ri poſſe. ſed circa hoc dubitatur, † Quid ſi fiat pupillaris ſubſtitutio filio naturali tantum, qui poſthmodum mortuo patre legitimatur, an ualebit talis ſubſtitutio? cõcluditur hic per aliquos poſt Bar. in l.ij.col.ij.uer.Item quæro ff.de uulg.& pupill.quòd ualeat: quia legitimatio retro trahitur l.fi.ff. de natu. reſtit. & not.in l. Gallus
79 §. & quid ſi ff. de liber. & poſth. † Sicuti hoc idem uidemus per ſimilẽ retrotrahitionem in materia poſtliminij in eo, qui ab hoſtibus reuertitur, quia fingitur in ciuitate ſemper fuiſſe ideo confirmatur ſubſtitutio pupillaris.& idem per legem Corneliam, quæ fingit illum, qui apud hoſtes deceſsit, deceſiſſe præambula hora captiuitatis l.lex Cornelia ff.de uulg.& pupill. l. pater ff.de capt. & poſt lim.reuer.& l. illa inſtitutio ff.de hæredib.inſtit.

80 Verum tamen † iſtud apud me non ſine difficultate procedit per tex.in l.Cohæredi §.cum filio ff.de uulg.& pupill.ubi mortis tempore requiritur illum in familia hoc eſt in poteſtate eſſe:licet enim tempore teſtamenti non eſſet in poteſtate, ſufficit tamẽ quòd poſt eſſe incipiat, ſi modo perſeueret,ut mortis quoque tempore reperiatur in poteſtate: alioquin irrita remanet pupillaris ſubſtitutio. Et alia eſt fictio legis Corneliæ,& poſtliminij, quàm ſit iſta, quæ fit per legitimationem ultra ꝙ tex.ille in d.l. lex Cornelia in uno caſu idem dicit etiam in illa fictione: nam quando pupillus, uiuo patre in hoſtium poteſtatem peruenit,tunc ſubſtitutio pupillaris non habet locum, licet pupillus apud hoſtes decedat. ut ibi dicitur in uer.Si uero uiuo patre,quicquid ſit.quando poſt mortem patris in
81 hoſtium poteſtatem peruenit. † præterea iſta pupillaris ſubſtitutio non uidetur poſſe confirmari: quia illud requiſitum non adfuit tempore factæ ſubſtitutionis,neq; etiam tempore mortis: immo uerò nunquam fuit in poteſtate patris: & ſic extrema non ſunt
82 habilia, † Nam extremum ad quos deficit: quia licet nunc incipiat eſſe in poteſtate,tamen cum nunquã antea fuerit, iſtud extremum a quo non reperitur ab extremo ad quod,cum non ſit alio nec unquam adfuit iuxta declarationem Bart.in l.ſi is,qui pro emptore ff. de uſucap.quod ſecus ſe habet in fictionibus legis Corneliæ,& poſtliminij: quia aliquo tempore ille fuerat in poteſtate patris: meritò apparet ſimile nõ eſſe bonum. & ita poteſt reperiri aliqualiter hoc fuiſſe conſideratum per Polit.in ſeq. requiſito in uer. octauo quæ-
83 ritur. † quam tamen concluſionem ipſe limitat non procedere, quando teſtator in teſtamento iuſiſſet, illum filium ſuum naturalẽ legiti-

legitimari: quoniam tunc habilis cenſeretur tempore mortis teſtatoris, quaſi quòd legitimatio poſt ſecuta uideatur facta, tempore mortis,& ad illud tempus retrotrahatur propter teſtatoris iuſſum. Et hoc ſatis de facili admitterem, ut ſuſtineatur actus & uoluntas
84 teſtatoris quantum magis fieri poteſt.† Et nota quòd Polit. hic uidetur admittere quòd ſufficiat habilitatem adeſſe tempore mortis teſtatoris:quia legitimatio ſine dubio non aderat tempore facti teſtamenti:adeſt tamen,ſaltem ficte,tempore mortis:ſi ergo,etiam ſecundum eum,ſufficit quòd ſit in poteſtate etiam ficto modo tempore mortis multo magis ſufficere debet,quòd uerùm ſit in poteſtate tempore mortis, licet non eſſet tempore teſtamenti: Quod tamen ipſe negat in dicto ſequenti requiſito prout tamen ibi latius dicemus.

Eſt tamen aduertendum,redeundo ad illud, quòd dictum eſt liberis fieri pupillarem ſubſtitutionem poſſe, quia procedit nedum in filijs primi gradus,ut dictum eſt,ſed etiam in nepotibus, ac cæteris deſcendentibus,dum modo non ſint in alterius poteſtatem recuſari,ut mox dicetur.

85 †Item iſtud etiam procedit in nondum natis,& ſic in poſthumis,ut eſt tex.expræſſus in l.ij.in prin. in uer. planè poſthumis poſſumus. ff.de uulg.& pupill.

86 Sed hic mouetur difficultas, † quomodo hoc poſsit procedere,cũ ſit quòd poſthumus non dicitur in poteſtate ut eſt tex. in l.fi.ff.de collàt.bon.& in l.i.§. poſt ſuos in fi. ff. de ſuis, & legit. & tamen, ad hoc ut ſubſtitutio iſta fieri poſsit,neceſſe eſt, ut ſit in poteſtate ſubſtituentis ille,cui fit,ut eſt tex. in d.l. ij.& infra uidebimus.hanc difficultatem mouet Bald.in ſuo tracta. & ſuper ea cogitandum relinquit.

Ego autem,ut difficultas ceſſet,& contrarietas iurium euitetur: atque etiam ut materia iſta magis aperiatur, dico eſſe conſiderandũ
87 † quòd licet poſthumus ille diceretur, qui poſt mortem patris,aui, aut pro aui naſceretur,quaſi poſt humum, aut poſt humationem natus,tamen per iureconſultos poſtea poſthumus etiam ille dici certus eſt,qui poſt teſtamentum,uiuo tamen adhuc teſtatore, naſceretur,ut eſt tex.in l.iij. §. poſthumos ff. de iniuſto nupt. irritoq; teſt. Et alijs etiam modis dicitur poſthumus, ut not. glo. in rub. C. de poſthum.hæredib.inſtit. & dixi in l. gallus ff. de lib. & poſth. dico modo quòd ille,qui naſcitur poſt mortem patris, aut aui recte dicitur nunquam fuiſſe in poteſtate eorum, & hoc caſu loquuntur iura illa in contrarium allegata,uidelicet l.fi.ff. de colla.bon.& l.j.§.poſt
ſuos

88 ſuos ff.de ſuis & legit. † illud autem quòd dicitur in d.l.ij. uer. planè poſthumus,intelligēdum eſt in poſthumo illo,qui naſcitur poſt teſtamentum uiuo tamen ipſo teſtatore: ideoq; in eius poteſtate dicitur,& efficitur. iſtudq; ſufficit illum ſcilicet reperiri habilem tempore mortis teſtatoris, licet non eſſet in poteſtate tempore facti teſtamenti,ut probatur in l. cohæredi §.cum filio primo reſponſo ff.de uulg.& pupill. à contrario ſenſu: prout hoc etiam ſufficere uidemus in filio pupillo naturali tantum, cui eſt facta ſubſtitutio, & poſtea legitimatur per patrem:ſine dubio ſubſtitutio confirmabitur,tum per tex.in d.§.cum filio,tum etiam quia, legitimatio facta retrotrahitur l.fi.ff.de natal.reſtit.ut per Zas. in ſuo tract. uerùm ſi fortè iſta declaratio alicui uidetur aliqualiter reſtringere illum tex.in d.l.ij.uer. planè, qui ſimpliciter loquitur ut poſthumis pupillariter ſubſtitui poſsit, non diſtinguendo de uno poſthumo magis,quàm de alio,licet non ſine ratione etiam poſſet intelligi de poſthumo magis propriè. tamen in hoc non inſtando,Alio modo poterit etiam dici, quòd cum tex. ille ſimpliciter dicat poſthumo poſſe pupillarem fieri ſubſtitutionem, non eſt in hoc ultra curandum: quia lex in illo diſpenſauit.

89 † Nec omnino dicitur non eſſe in poteſtate:quia licet actu non ſit in poteſtate,potentia tamen eſt, cum ſi uiuo teſtatore naſceretur:ſine dubio in illius poteſtate abſq; alio facto extrinſeco naſceretur.

Sed iuxta prædicta mouet Bal.in ſuo tract.hoc loco quæſtionem,

90 dicitur in iſto requiſito, † quòd ad hoc ut fieri hæc ſubſtitutio poſſit:requiritur,quòd ſit de liberis ille,cui fit: quid autem ſi fit extraneo pupillo tamen:an uolebit ſaltem iure fideicommiſsi?& concludit Bal.ibi in ij. col. quòd ſaltem iure fideicommiſsi ſuſtineatur, & hoc dicet tenere glo.in l.uerbis ciuilibus ff.de uulg.& pupill. quicquid glo.uoluerit in §.extraneo inſtit.de pupill.ſubſtit.quæ tamen glo.non præciſe in terminis huius quæſtionis loquuntur. allegat. Bal.tex.in l. filiusfamiliàs §. ut quis hæredem ff.de leg. i. & quædam alia,ut per eum,& idem uoluit Bart. in d.l.uerbis ciuilibus, in uer.

91 ulterius glo. dicit. ubi concludit, † ſubſtitutionem pupillarem a matre factam,quæ non habet filios in poteſtate ut probatur in l. illud §.ad teſtamenta fæminam ff. de bonor. poſſeſ. contra tab.& in §.fi.inſtit.de exhæred. liber. ualere iure fideicommiſsi: idem ergo eſt ſi fiat cuicunq; extraneo, hoc eſt non exiſtenti in poteſtate.

92 † Alius tamen eſſe concludit ibi Bart. ſi fieret pupillaris ſubſtitutio maiori,tunc enim omnino non ualeret, & ſic nec etiam iure fideicommiſsi. quòd ſatis putarem poſſe procedere, tum quia ſub-

ſtitutio

ſtitutio eſt reſtricta ad certum tempus, ſcilicet pupillaris ætates: ideo ultra non protenditur. arg. tex.in l. ſi ita quis ſubſtituerit ff. de uulg. & pupill. tum quia ſubſtitutio eſt facta ſub illa conditione ſi deceſſerit in pupillari ætate, quæ non poteſt uerificari cum iam illam ætatem exceſſerit, ideo &c. Sed ſuper iſtis ulterius nolo nunc inſiſtere: quia latius materiam hanc diſartiam infra in materia compendioſæ ſubſtitutionis, dum tractabitur ille notabilis, & ſingularis articulus, an compendioſa facta a pagano filio impuberi per uerba directa, illo obeunte iam pubere facto, ualeat iure fideicommiſsi, uel in totum expiret, & hæc de iſto primo requiſito ad pupillarem ſubſtitionem dicta ſufficiant.

93 Secundò requiritur † ut illa, cui fit, ſit impubes, hoc eſt infra ætatem quatuordecim annorum, ſi eſt maſculus, & duodecim, ſi eſt fœmina d.l.2.ff.de uulg. & pup.& inſti. quib. mod.tut. fin.& ideo pupillaris appellata fuit, quoniam infra illam ętatē conſtitutus pupillus dicitur. Et adeo quidem uerum eſt ſcilicet ut nō poſsit hæc ſubſtitutio fieri, niſi ille infra eam ætatem ſit, ut & ſi ei facta fuiſſet pupillo exiſtenti, ſuperueniente poſtmodum fine illius ætatis, finitur ipſa pupillaris ſubſtitutio aliàs ualida, ut infra in ultima quæſtione dicemus.

94 Et durat quidem † hæc ſubſtirutio, uſque quo finiatur, & compleatur totus annus quartusdecimus, uel duodecimus, ut ſuprà dictum eſt: non autem ſufficit cæptum eſſe annum illum ut probatur in l. qua ætate ff. de teſtam. ſed eſt tex. expreſſus ad hoc *inſtit.* quib. mod.tut.fin.§.1.de quo tex. non fuerunt recordati Doctores de materia iſta loquentes: licet multa uerba ſuper hoc effundat Polit. non multum neceſſaria, cum adſint iura expræſſa.

95 Sed iuxta hoc quæritur † an ſi ſtatuto caueatur, ut minor xxv. annis non poſsit teſtari, an ei poterit hoc caſu fieri pupillaris ſubſtitutio uſque ad illam ætatem xxv. annorum, Bart. in d.l.2. circa iſtudmet requiſitum format iſtam quæſtionem, & licet uideretur dicendum, quòd poſsit fieri: quia ratio, propter quam fuit introducta pupillaris ſubſtitutio, militat in caſu iſto, uidelicet quòd pupillus non poteſt ſibi facere teſtamentum d. l. qua ætate ff. de teſtam. Nam & hoc caſu non poteſt teſtari, ſtatuto prohibente: contrarium tamen ibi concludit: Quia licet non poſsit teſtari, poteſt tamen filios procreare, ideo non eſt neceſſarium, quòd ei ſubſti-
96 tuatur: quia ſic fieri poſſet iniuria filijs † prout hoc expræſſum uidemus in ſimili ſubſtitutione, uidelicet in exemplari, quæ filio furioſo fit, cui propter defectū mentis, eſt adempta facultas teſtandi: ſi

di: ſi tamen cõtingat ipſum filios ſuſcipere (poteſt enim matrimonium contraxiſſe prius, quàm in fauorem uenerit.) Tunc nõ poteſt ei talis ſubſtitutio fieri, immo iam facta expirat, ut eſt tex.
97 in l. ex facto ff. de uulg. & pupill. † ſed eo caſu, quo filij ſuſcepti fuiſſent per ipſum minorem teſtari prohibitum poſſet forte dici, ꝙ ſaltem poterit pater eius illi ſubſtituere ipſos filios ſuſceptos, ut eſt expreſſũ in caſu l. humanitatis C. de impub. & alijs ſubſti. & ita ceſſabit iniuria filiorũ, & minori non ualenti teſtari erit ſucurſum, ſuper his tamen cognita: & cum expræſsim introductum fuerit,
98 † ut uſq; ad pubertatem tantum poſsit fieri hæc directa ſubſtitutio & non ultra, ut inſtit. de pupill. ſubſtit. in §. qua ratione in fi. & §. maſculo & in l. uerbis ciuilibus. in l. in pupillari ff. eo. tit. cum ſimil. ideo non licet ultra extendere: uoluit enim lex fauere huic ætati, in qua non ſolum non poteſt ille teſtari, ſed nec etiam
99 quicquam conſilij capere. † nec ſeipſum aut bona ſua regere, l. pupillus ff. de acquir. hæredit. l. in. fi. C. de fal. mon. §. Præterea inſtit. quib. non eſt permiſſum facere teſt. l. cum prætor. §. cum autem ff. de iure cum multis ſimil. Quæ non omnino militant in eo, qui pubes eſt, minor tamen uiginti quinque annorum, licet prohibeatur per ſtatutum teſtari. Et idem quoq; concluderem, ſi ſtatuto ca-
100 ueretur, † quòd minor xxv. annis dicatur pupillus, ſuus impubes, ut per Polit. in ſuo tract. poſt Soc. in d. l. ij. ff. de uulg. & pupi. Nam per huiuſmodi ſtatuta naturę qualitates non immutantur, quas tantum reſpexit, & conſiderauit lex, aut mos, dum facultatem pupillariter ſubſtituendi introduxit: ſed ulterius ſuper his non intendo immorari, quæ aut nunquam aut perraro contingere puto. Et etiam de ualiditate talium ſtatutorum dubitari poteſt, ut hic per Poli.

Requiritur ergo quòd ſit impubes ille, cui fit hæc ſubſtitutio quid
101 igitur † ſi minori fieret pupillaris ſubſtitutio, certum enim eſt per prædicta, quòd non ualebit iure directæ, pupillaris: ſed nunquid ſaltem ſuſtinebitur iure fideicommiſsi? Bart. in d. l. uerbis ciuilibus concludit, non trahi etiam ad fideicommiſſum, ſed nullam omnino remouere, & ſequitur Bal. in ſuo tract. ſuper iſto ſecundo requiſito. quod puto eſſe uerum, prout etiam dixi ſupra in primo requiſito, & præſertim hoc procedat, quando eſſet facta talis ſubſtitutio expræſsis & formalibus uerbis, uidelicet ſi in pupillari ætate de
102 ceſſerit: † cum enim ſit expræſſe reſtricta ad illud certum, tempus tantum, non poteſt ultra protendi d. l. ſi ita quia ſubſtituerit & l. ex
103 facto §. item quære ff. de uulg. & pupill. † item quia hæc ſubſtitutio eſt facta ſub illa conditione, ſi deceſſerit in pupillari ætate, quæ nõ

poteſt uerificari, quia iam illam ætatem exceſsit, merito omnino non habet effectum, non exiſtente conditione, ſub qua fuit concepta l.j.§. ſinautem aliquid C.de cad.tollen.l.cedere diem ff.de uer. ſignifi.l.ſi hæredi plus.ff.de condit.inſti.cũ ſimil.plura ponit Crau. in conſ.x.col.pen.nu.15.

104 Tertiò requiritur, † quòd ſit in poteſtate ſubſtituentis ad hoc, ut ei fieri pupillaris ſubſtitutio poſsit, iſtudq; itidem probatur in d.l.ij. ff.de uulg.& pupill.& inſtit.eo.tit.in prin.Et ideo pater tãtum, aut auus, proauus, aut cæteri aſcendentes poſſunt filijs, nepotibus, aut pronepotibus in eorum poteſtate exiſtentibus pupillariter ſubſtituere, ſi modo ſecuta morte ſubſtituentis, non ſint in alterius poteſtatem recaſuri, ut dicitur in d.l.ij.& infra uidebimus.

105 Et ideo mater, auus maternus: † Aut auia materna, uel ſimiles per-
106 ſonæ non poſſunt pupillariter ſubſtituere, † quia liberos in poteſtate non habent, l. illud §.ad teſtamenta fœminarum. ff. de bon. poſſeſ.contra tab.§.mater inſtit.de exhæred.lib.& §.fœminæ inſti. de adopt.& in §. cæteri inſtit.de hæred.qualit. & differ. & proba-
107 tur etiam in l.nulla.ff.de ſuis & legit.† & licet in illo §.fœmine inſtit.de adopt.dicatur, quòd etiã fœminis permittitur adoptare, tñ illud ſit lex indulgentia principis, in ſolacium liberorum amiſſorũ, &c.ut ibi dicitur: nec propterea tranſit in poteſtatem matris ille adoptatus, ut ibi expræſſe not. glo.

108 Sed maximam difficultatem facit in iſta materia † tex.in l.ſi mater, in prin.ff.de uulg.& pupill.ubi uidetur probari, quòd mater poſsit filio pupillariter ſubſtituere, dum dicit ille tex. quòd mater filio in pupillaribus tabulis ſubſtituit.glo. ibi dicit, quòd non debet intelligi de ſubſtitutione pupillari, quia mater non habet filios in poteſtate: ſed eſt intelligendus ille tex. de ſubſtitutione uulgari: ideo autem ibi appellantur tabulæ pupillares, quia ſubſtitutio illa fuit impuberi facta. quam glo.ibi approbat Bart.Bal.autem intelligit, quòd ibi fuerit de facto facta pupillaris ſubſtitutio a matre, in ualidè tamen: & ideo appellat tabulas pupillares: in ea tamen pupillari ſic facta inerat etiam uulgaris, quæ ualet, & tenet. Et hanc intelligentiam ſequitur Paul.Caſtren.Ang.& Fulg.Aret.autem aliter dicit, uidelicet quòd uulgaris ſubſtitutio fuit facta per matrem, quæ tamen ideo appellatur tabulæ pupillares, quia non ſimpliciter, prout ſolet, fuerat facta, ſed cum limitatione pupillaris ætatis, hoc eſt, ſi hæres non erit uſq; ad quartum decimum annum: & ſic uocantur tabulę, pupillares, quia limitata eſt illa ſubſtitutio ad pupillarẽ ætatem, ſicut ſubſtitutio pupillaris ſolet. ſed iſta declaratio Aret.

nubi

mihi uidetur contra illũ tex.quia nõ eſt uerũ, ꝙ illa ſubſtitutio ibi ſit reſtricta, ſeu limitata ad tẽpus pubertatis, & ſic quatuordecim annorũ,prout fit pupillaris, ſed eſt totũ contrariũ:quia immo ſubſtitutio illa nõ põt habere locũ,niſi poſt annum decimum quartũ, & non antea: nam mater filiũ impuberẽ inſtituit,cum erit annorũ quatuordecim: eiq; ſubſtituit,ſi ſibi hæres nõ erit: iſta ſubſtitutio non poteſt incipere habere poſſe locũ, niſi à tempore, quo fuit facta inſtitutio, qm̃ in eius defectũ eſt facta ſubſtitutio:inſtitutio autem eſt ita facta,ut non poſsit incipere habere locũ,niſi poſt quartum decimum annum: Ergo & ſubſtitutio in illius defectum facta illo tantum tempore,quo poteſt deſinere inſtitutio, locum habere poſſe incipit: & ſic poſt pubertatem tantum. Polit.in ſuo tra. dicit tex.illum eſſe mendoſum,& quòd debet legi,ſi pater.non autem ſi mater.Et uerè ſi ſic legamus,ceſſabit difficultas: uerum cum omnes codices, quas ego uidi, ita legantur, neſcio an bene poſsimus mutare literam.& complures libros tam antiquos, quàm modernos uolui uidere,& inter cęteros unum,aut duos,manuſcriptos antiquiſsimos penes me exiſtentes,& omnes ita ſe habent. Quapropter ego non puto eſſe recedendum ab interpretatione glo.& Bar. ibi: Quam etiam ſequitur Zas.uidelicet quòd ibi fuerit facta uulgaris ſubſtitutio tantum, prout uerba ſonant, & innuunt, ſi ſibi hęres non erit: quæ ſunt uerba, quibus fieri illa ſubſtitutio conſueuit: ideo autem pupillares tabulæ appellantur,quia impuberi fiebat illa ſubſtitutio, impropriè tamen ſic dicuntur: non autem poſſumus, aut debemus intelligere factam ibi fuiſſe pupillarem ſubſtitutionem, tum quia illud eſt contra iura in materia iſta requirentia patriam poteſtatem, tum etiam quia filius ille impubes fuerat inſtitutus per matrem tantum modo,cum exceſſiſſet ætatem pupillarẽ, quia dixit,cum erit annorum quatuordecim, quo tempore non poteſt amplius habere locum ſubſtitutio pupillaris. Niſi tamen uelles intelligere factam fuiſſe pupillarem ſubſtitutionem non reſpectu hæreditatis maternæ, ſed reſpectu bonorum,quæ erant propria ipſius pupilli. ſed conſidera quot ſubauditiones, & quot in pro-
109 prietates fieri oportebit:quæ quidem non ſunt inducendæ,ut inde difficultates naſcantur: ſed potius ad hoc ut tollantur,eſſent faciendę impropriationes, aut ſubauditiones, ſi aliquo caſu faciendę eſſent:ideo à ſupradictis non recedo.

110 Alia etiam inſurgit difficultas † ex illo tex.in d.l.ſi mater,quia ille filius fuerat ibi inſtitutus tantum modo, cum ad annos quatuordecim peruenerit: interim ergo reperitur prætęritus:ideo teſtamen-

tum eſt nullum,ſaltem ex diſpoſitione iuris nouiſsimi autenticorũ §.aliud quoq; capitulum.in autẽ.ut cum de appellat. cognoſcitur. in hoc etiam placet,quòd tradit Ias.uidelicet ibi nullum eſſe uitiũ præteritionis quia ad beneficium,& fauorem,atq; in utilitatem ipſius impuberis fuit illud factum, quo magis interim dum ad illam ætatem peruenerit,bona ſua ſibi in tuto eſſent,ut dicitur in l.ſi patronus §.ſi quis non mala mente ff.de bon.libert.& in l.multi non notæ.ff.de liber. & poſth. & uide plenè per Iaſ. in d. l. ſi.mater.

111 † Præterea filio tacente,etiam quando eſt à patre,in cuius erat poteſtate præteritus,teſtamentum interim ſuſtinetur.l. filio præterito ff de iniuſto rupto irritoq; teſt.

Stat igitur uera concluſio,quòd mater de iure non poteſt pupillariter ſubſtituere filijs ſuis: quia eos non habet in poteſtate.

112 † Ideoq; per eãdem rationem nec pater hęreticus poterit: deſinit enim liberos in poteſtate habere. ut eſt tex.in c.2.§.fi.de hæret.in 6.Idemq; erit in filijs uideo cum baptizatis, quia parentes eorum iudei non poterunt eis pupillarem facere ſubſtitutionem. quod plenè tractat. Zas. in ſuo tract. de iudeis, ibi uideas. quid autem ſi

113 pater eſt turpis perſona,† An poterit pupillariter ſubſtituere? Bart. in l.2.in ſeptimo requiſito ff.de uulg.& pupill. concludit non poſſe. quòd parte ſine dubio procedere in terminis, in quibus loquitur,uidelicet quando & interdicta eſſet bonorum adminiſtratio. ſi enim non poteſt de ſuis bonis ob ſui uitium diſponere,multò minus poterit de bonis filij.item quia deficerent duo requiſita neceſſaria ad ualiditatem pupillaris ſubſtitutionis, uidelicet ut ſibi pater faciat teſtamentum, item ut eius adeat hæreditas, ut in prædicta l.2.dicitur, & infra uidebimus. Quando autem eſſemus in caſu, in quo non eſſet ei interdicta bonorum ſuorum adminiſtratio,tũc putarem conſiderandam eſſe conditionem ipſius ut ſi ualde turpis, & perditæ uitæ eſſet,dicendum foret,nec tunc poſſe illum pupillariter ſubſtituere. Prout & aliàs uidemus legem ex tali cauſa ius patri cõpetens auferre, ut in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore ff. de ſoluto matr. quòd totum iudicis arbitrio puto eſſe commit-

114 tendum. † Qui inſpecta & conſiderata conditione ipſius patris ac etiam attenta qualitate perſonæ ſubſtitutę, uariè conſtituet. l.j.ff. de iure delib.l.in fundio in prin.ff.de rei uendic.

Quid autem ſi ſtatuto caueretur, ut mater filios in poteſtate ha-

115 beat, † An tunc poterit per eam fieri pupillaris ſubſtitutio? Et breuiter concludendum puto non poſſe prout ita tenuit Bal. in l. præcibus, & ſequuntur moderni ut Zas. & Politus in eorum tract.nã

moribus

moribus primum introductum fuit,& poſthmodum per leges ſcriptas fuit ſuccedentibus temporibus ius illud declaratum,& ampliatum,ut filijs impuberibus,qui propter eorum ætatem non poſſunt teſtamentum condere,parentes facerent, illos tamen in poteſtate habentes: & ſine dubio de patre,auo, & cæteris maſculis ſenſere: quòd manifeſte patet,quia requirunt eos eſſe in poteſtate: & iſtud
116 in matre,aut in illa linea non cadit. † Et iſtud autem nominatim dicitur in l.3.& 4.in l.pater filio.in l. patris & filij. in l.ſi is qui hæres in l.ſi filius,qui patri in l.ſi quis eum §.1.in l. ſi ſeruus communis.in l.1.§.qui contra tabulas.in l.ſi pater impuberes.& l.ſeq.in l.ſi pater captus in l.ex duobus §.1. & 2. & l. Et ſi contra in l.cum ex filio in prin.in l.cohærede §.cum filio & §.cum pater in l.lucius,in l.paterfamiliàs & l.ſeq.ff.de uulg.& pupill.& denique in omnibus ferè legibus illius tituli,aut expræſſe dicitur, aut præſupponitur patrem
117 eſſe, qui pupillariter ſubſtituit. † Non ergo nobis licere ualet hāc poteſtatem pupillariter ſubſtituendi patri, & alijs parentibus maſculis conceſſam matri quoque concedere: quia ſic eſſet nouam condere legem: quòd nobis non licet l.ſi.C.de legib.
118 Et præſertim † quia non eſt omnino eadem ratio in matre,quæ eſt in patre, etiam quòd ex forma ſtatuti filios haberet in poteſtate:
119 † Nam lex de patre ſemper confidit, quòd bonum capit conſilium pro filio l.pen.ff.de curat.fur.l.iſti quidem ff. quòd met.cauſa.non
120 tamen hoc idem in matre reperitur. † cuius ſexus fragilis,& imbecilis reputatur etiam quo ad bona ſua propria, ut dicit tex. in §.1. in fi.inſtit.quib.alien.licet uel non ideo lex non confidit de ea,quē
121 admodum facit de patre, † patet quia ſi pater dat tutorem in teſtamento filio emancipato, eſt omnino, hoc eſt abſq; aliqua inquiſitione confirmandus,ut eſt tex.in §.fi. inſtit. de tut. Non ſic autem in eo,qui à matre datur l.pater,in prin.ff.de teſt.tut.l. 2. in prin.ff. de confir.tut. ubi oportet quòd iudex adhibeat inquiſitionem. Et
122 alia multa exempla in iure reperiri poterunt:† Sæpe enim uidemus mulieres ob earum fragilitatem obligari non poſſe,niſi ſeruatis quibuſdam ſolemnitatibus. item pro alijs fideiubere non poſſunt,to-
123 to tit.ff.& C.ad uelleian.†non igitur quicquàm facit, quòd dicitur matrem habere ex diſpoſitione ſtatuti filium in poteſtate,ideo debeat poſſe pupillariter ſubſtituere,ſicut pater poteſt:quia non ideo ſolum quia pater habet filios in poteſtate, poteſt eſt ei pupillariter ſubſtituere: ſed iſtud eſt unum de requiſitis,uerùm alia etiam complura requiruntur, quæ non æque cadunt in matre, ut ex ſupradi-
124 ctis apparet. Vnum tamen uidetur † contra iſtam concluſionem obſtare

obſtare quia uidemus, quòd mater poteſt facere exemplarem ſubſtitutionem, ut probatur in l. humanitatis C. de impub. & alijs ſubſtit. ibi non liceat parenti, qui uel quæ teſtatur &c. Et tamen ſubſti tutio exemplaris eſt ad exemplum, & ad ſimilitudinem pupillaris introducta, ut in d. l. humanitatis C. de impub. & in §. qua ratione inſtit. de pupill. ſubſtit. ſed poteſt reſponderi, quòd immo potius probat contrarium: quia quando lex permittit matri, ut poſſet ſub ſtituere, illud expræſsit, ut in illa ſpetie ſubſtitutionis ibi dicitur: ſed hoc in pupillari non reperitur expræſſum, immo potiùs contra
125 rium, ergo, &c. nec obſtat, † quòd dicitur exemplarem eſſe introductam ad exemplum pupillaris. quia ex hoc non concluditur, pupillarem habere omnes qualitates, quas habet exemplaris, & ſic etiã illas, quę ſpetialiter attributæ ſunt exemplari: ſed arg. poſſet fortè procedere, quando diceremus pupillarem fuiſſe introductam ad exemplum exemplaris: tunc enim poſſet rectius dici, quòd ex quo exemplaris poteſt fieri per matrem, ita etiam pupillaris poſſet, uti ad illius exemplum introducta, ſed res nõ ita ſe habet. Præterea ex
126 alio apparet † non eſſe ita arguẽdum, exemplaris pteſt fieri per matrem, ergo & pupillaris: quoniam in illa non poteſt mater ſimplici ter quoſcunq; ſubſtituere, ſed reſtringitur ad cerras perſonas ſubſtuendas, puta ad filiũ furioſi, uel ad eius fratrem; ſi extant: ideoq; non abſolute poteſt facere præiudicium. ſecus uerò in pupillari, quia liberas habet habenas ille, qui ſubſtituit, ut quoſcunque ad ſui libitum poſsit ſubſtituere: & ideo arg. non procedit. Admitti ta-
127 men ſatis poſſe, putarem † ut mater hoc caſu poſsit pupillariter ſub ſtituere quantum ad bona ſua attinet, exemplo patris arrogatoris. ut in l. ſed ſi plures §. in Arrogato. ff. de uulg. & pupill. nam mater ſine dubio aliquo poteſt quo ad iſta ſua bona attinet, ſubſtituere uulgariter: ergo eodem modo de eiſdem poſſe debet per uiam pupillaris, cum adſit hoc caſu requiſitum, quia habet pupillum filium in poteſtate: Et eo maxime, quia utilitatem pupilli continet
128 † Subſtitutio pupillaris, ut probatur in l. ſi pupillus ff. de acquir. hæ redit. ibi impugnat enim utilitatem pupilli. &c. nec alia bona, ut di xi, ueniant prȩter materna, de quibus ipſa poteſt per uulgarem ſine dubio diſponere in caſu non exiſtentis hæredis, cur non idem etiã in caſu, quo decedat in pupillari ætate, ratio reddi non poteſt, ergo &c. l. 3. §. poſthumos in fi. ff. de iniuſto rupto. irritoq; teſt. & ratio illa fragilitatis ſexus, & minoris confidentiæ in matre, quàm in patre non debet eſſe in conſideratione, quia de illis bonis poteſt, per uulgarem diſponere mater, ut dixi † Et æqualis pietas in
129 matre.

matre, ſicut in patere eſt, licet regulariter inæqualis ſit poteſtas, ut eſt text. in l. 3. ff. de curato. fur. facit ratio text. in l. cum is §. ſi mulier ff. de conditi. inde uerùm hoc caſu etiam poteſtas non eſt inæqualis propter ſtatutum iſtud, quòd tamen de
130 raro puto inueniri. Redeundo igitur ad requiſitum iſtud † uidelicet quòd ille, cui ſit hæc ſubſtitutio, ſit in poteſtate ſubſtituẽtis, quæritur quo tempore concurrere hoc oporteat. Bart. in d. l. 2. ſuper iſto requiſito concludit ſufficere, ſi tempore mortis teſtatoris reperitur in poteſtate per tex. ibi in uer. ſed ſi extraneum, quem ſequuntur Doctores communiter ibi, & in tractatibus ſuis ſubſtitutionum. Polit. tamen in ſuo tract. irridet iſtam opinionem, & eos, qui illam ſequuntur. Et damnat intellectum traditũ per Doctores ad illum tex. in d. uer. Sed ſi extraneum, & illum fal
131 ſiſsimum appellat, ut per eum. Ego uerò puto † communem opinionem iuridicam, & ueriſsimam eſſe: eamque ſatis probari in d. uerſi. ſed ſi extraneum quicquid dicat Polit. in contrarium, cuius ſingula dicta non intendo diſquirere: in multis enim mihi uidetur, quòd à ueritatis tramite longius aberret. Dico igitur hoc in illo tex. probari, dum dicit, quòd & ſiquis extraneum hæredem impuberem inſtituerit, poterit ei ſubſtituere: ſi modo in locum nepotis adoptauerit, uel arrogauerit, filio præcedente. Nam ibi de ſubſtitutione pupillari nepoti facta loquebatur tex. ut in præce denti uer. nepotibus etiam poſſumus. Ibi ergo ſcilicet in d. uer. ſed ſi extraneum, erat extraneus, & ſic non in poteſtate tempore conditi teſtamenti: ſi tamen poſtea per adoptionem, uel arrogationem in poteſtate teſtatoris eſſe incipiat, ualet ſubſtitutio. Nec dicatur, quòd intelligi debet, illum fuiſſe adoptatum, ſeu arroga tum, antequàm fuerit pupillaris ſubſtitutio facta, licet poſt inſtitu tionem: & ſic quòd primò fuerit inſtitutus ille extraneus, & poſtea adoptatus uel arrogatus in locum nepotis, caſu quo filius ſupereſſet, ut ibi in tex. dicitur. Et demum ipſi nepoti inſtituto ado
132 ptato, uel arrogato pupillaris ſubſtitutio facta fuerit † quod fieri quidem poteſt, ſcilicet poſt inſtitutionem ex interuallo, ut eſt tex. in l. ſi quis eum §. fi. in primo reſponſo ff. uulg. & pupill. Nam ſi ille tex. non aliter uellet ſubſtitutionem illam fieri poſſe, niſi adoptio, uel arrogatio prius facta eſſet, non eſt credendum, quòd ita ſimpliciter fuiſſet locutus, prout fecit: ſed appoſuiſſet uerbum prius, aut antea, uel ſim. Et iſta eſt probabilior reſponſio, quàm illa, quàm tradebat Polit. conſiderando uerbum potuit, quod eſt præteriti temporis: & ſic ſignificat ſubſtitutionem pupillarem

prius

prius fuiſſe factàm, quàm fuerit facta adoptio, uel arrogatio. Quo
niam in libro meo, in Pandectis, ac etiam in antiquiſsimo libro
manu ſcripto penes me exiſtente legitur poterit non autem po-
tuit. Minus etiam recte procedit alia intelligentia, quam trade-
bat idem Polit. uidelicet tex. illum intelligi debere, quòd fuerit
prius adoptatus, uel arrogatus, quàm fuerit factum teſtamentum,
& ſic etiam ante inſtitutionem: tum per ſupra proxime dicta, tum
etiam quia non diceretur tunc extraneus ille inſtitutus, prout di-
cit ille tex. ideſt non exiſtens in poteſtate, prout ibi ſumitur iſtud
uerbum. Nec ſatisfacit etiam quòd accipiatur ibi uerbum extra-
neus habito reſpectu ad id, quòd erat ante quàm fuiſſet adopta-
132 tus, uel arrogatus, quia eſt cauillare illum tex. Verum tamen † quo
niam de facili etiam poſſet ille tex. pro communi inductus euita-
ri propter uerba ei ſubſtituere, quòd eſt futuri temporis: & quia
ponit conditionem, uidelicet ſi modo eum adoptauerit, &c.
134 Et natura conditionis eſt † ut prius impleatur, & uerificetur, quàm
ad actum deueniatur. l. 1. §. ſin autem aliquid primo reſponſo
C. de cad. toll. l. cedere diem ff. de uer. ſignifi. & alibi ſæpe ut per
Crau. in conſi. 10. col. pen. num. 15. Ideo ſatis uidetur uelle tex.
ille, ut prius adoptetur, uel arrogetur illa, & poſtea ſubſtituatur
ei: cum ſic loquatur, quòd poterit ei ſubſtitui, ſi modo, &c. Pro-
pterea clarius, & apertius iudicio meo opinio iſta probatur in l.
cohæredi §. cum filio primo reſponſo ff. de uulg. & pupill. ubi ex
preſſe probatur, ſufficere quòd habilitas in eo, cui fit *pupillaris*
ſubſtitutio, adſit tempore teſtamenti conditi, uel ex poſt adeſſe
incipiat, adhoc ut ualeat ſubſtitutio pupillaris, dum modo tamē
ante mortem teſtatoris adſit: quia aliàs remaneret irrita ipſa ſub-
ſtitutio, ut ibi dicitur, ut ſi forte mortis tempore non eſſet in po
teſtate, ut ibi declarat glo. in uer. in familia. Eſt ergo ibi tex. aper
tus uolens ſufficere, quòd habilitas ſuperueniat etiam poſt factam
ſubſtitutionem, & per illum tex. potiſsimum, ultra text. in d. §.
ſed ſi extraneum moueor ad tenendam iſtam communem opinio-
nem, quàm puto eſſe ueriſsimam. Nec contra illam obſtant
135 multa, quæ hic dicuntur per Polit. † & in primis tex. in l. ſi alienū
§. in extraneis ff. de hæredib. inſtit. & in §. in hæredibus inſtit. de
hæred. qualit. & differ. ubi habilitas in hærede requiritur tribus
temporibus, uidelicet conditi teſtamenti, mortis teſtatoris, &
aditæ hæreditatis. Super iſto tex. multa uerba effunduntur, ego
autem dico illa iura nihil omnino obſtare, nec meruiſſe allegari:
illa enim iura uolunt, hæredem inſtitutum eſſe capacem tribus il-
lis

lis temporibus propter rationes, de quibus ibi, uidelicet tempore
136 conditi teſtamenti, ad hoc ut teſtamentum conſiſtat: † quia aſſu-
mit uires ab ipſa hæredis inſtitutione, ita quòd ſine illa nec teſta-
mentum appellari poteſt §. ante hęredis inſtitutionem, inſtit. de
leg. & in §. in primis inſtit. de fideicomm. hæredit. l. fi. ff. de iure
137 codic. Item tempore mortis † quia tunc confirmatur teſtamentũ,
quòd aliàs per ipſum teſtatorem reuocari, aut mutari ſemper po-
tuiſſet l. 3. §. fi. ff. de alimen. leg. cum ſimil. item tempore aditio-
138 nis hæreditatis † cum per ipſam incipiat habere effectum diſpoſi-
tio l. ſi nemo ff. de teſtam. tut. & alibi. Sed iſta non ſunt conſidera
bilia in ſubſtitutione pupillari: quia non ſic per eam confirmatur
teſtamentum, quemadmodum per inſtitutionem hæredis, aut
per aditionem hæreditatis: nam aut pręſupponimus alium fuiſſe in
illo teſtamento hæredem inſtitutum, aut ipſummet impuberem,
cui etiam fuit facta pupillaris ſubſtitutio: ſi quidem alius eſt inſti-
tutus, fateor in eo requiri, quòd ſit capax tribus illis temporibus,
per illa iura, & per rationes prææallegatas: ſed nihil ad caſum no-
ſtrum. Si uerò ipſemet pupillus eſt etiam inſtitutus, pariter idem
fateor, quòd ad hoc ut inſtitutio ſubſiſtat, & conſequenter teſta
mentum: requiritur, illum eſſe capacem tribus illis temporibus:
ſed non idem quoq; eſt in pupillari ſubſtitutione: neq; illa militãt
ratione ſupra allegata. Vltra quòd illa iura uerè loquuntur de alia
capacitate, uidelicet in genere, & uniuerſaliter, ut capere ex teſta-
mẽto ille inſtitutus poſsit: non aũt loquuntur de iſto requiſito par
ticulariter ad ſubſtitutionem pupillarem, ut ſcilicet ſit in poteſta-
te teſtatoris. Quòd quidem non eſt neceſſarium ad inſtitutionẽ,
cum etiam penitus extraneus inſtitui poſsit, ut in iure notiſsimum
eſt. Quòd requiſitum, ut probaui, ſufficit quòd ſuperue-
niat etiam poſt teſtamentum, ut in prææallegata l. cohæredi. §.
cum filio. Ex quibus ceſſant complura, quæ dicuntur per Mo-
139 dernos ſuper illis iuribus † & etiam non ſunt neceſſaria multa, quæ
dicuntur per Bart. in d. l. 2. ſuper iſto requiſito. Ex cuius dictis
multæ exoriuntur difficultates, & amaritudines: non enim eſt ne-
ceſſe dicere, quòd uulgaris conuertatur in pupillarem, ſuperue-
niente noua qualitate: ſicut aliàs de uoluntario hærede efficitur ne
ceſſarius, ut in l. 3. §. fi. ff. de hæredib. inſtit. prout ipſe ibi dicebat:
iſtud enim ex ſupradictis prout non eſt neceſſarium: ita nec pu-
to eſſe uerum, quòd ſcilicet ab initio ualuerit ut uulgaris: ſi
enim de expræſſa loquimur, certum eſt, quòd illa non ualuit ut
uulgaris: quia uerbâ omnino repugnant: ſi uerò de tacita, ſeu po

tius de præſumpta, dico quòd illa non eſt in conſideratione ali-
qua antequàm eueniat caſus,ꝙ ille pupillus,cui fuerat facta pupilla
ris expræſſa,decedat,hæreditate nondum adita: unde dico quòd il-
140 la eſt pupillaris† cuius ualiditas ſtat in ſuſpenſo ex illo futuro euen
tu, an impubes ille tranſeat in poteſtatem ſubſtituentis, necne:
immo uerò nec dici poteſt, quòd ſtet per hoc in ſuſpenſo: quia
cum tota diſpoſitio teſtatoris ſemper poſſit reuocari uſque quo ui
uit teſtator: quia ambulatoria eſt uoluntas teſtatoris uſque ad ui-
tæ extremum exitum l. 3. §. fi. ff. de adimen. leg. merito non dici-
tur propter hoc eſſe in ſuſpenſo: quia & ſi eſſet in poteſtate, tem-
pore conditi teſtamenti, non minus tamen diceretur in ſuſpenſo
eſſe per ſupradictam rationem: mortuo autem teſtatore, quo ca-
ſu confirmatur teſtamentum, ceſſat omnis ſuſpenſio: quia cum
requiratur, quòd illo tempore reperiatur ille in familia, hoc eſt in
poteſtate, ſi tunc ita non reperitur, ſtatim alioquin pupillaris ſub
141 ſtitutio fit irrita, ut in d. §. cum filio. Non etiam† quicquàm
obſtat regula tex. in l. quòd ab initio ff. de reg. iur. quia illud eſt
uerum, quòd tractatu temporis non conualeſcit, alio non acce-
dente: at ſecus ſi ex poſt ſuperueniat cauſa actum ipſum confir-
mans quia tunc conualidatur, prout eſt in caſu noſtro, quia ſuper
uenit patria poteſtas, quæ ab initio deficiebat,ut ita declarat Dec.
in d. l. quòd in initio in tertia limitatione ff. de reg. iur. & alij mo-
142 derni. Non obſtat etiam† contra iſtam concluſionem arg. quòd
adducebat Franc. de Rampon. ut refert Polit. in ſuo tract. qui mul
ta uerba ſuper eo effundit: uidelicet quòd cum pro forma pupilla-
ris ſubſtitutionis ſit, ut ille impubes in poteſtate teſtatoris exiſtat
143 † forma illa non ſeruata, actus proculdubio corruit: ut not. in l. 1.
ff. de liber. & poſth. per Bar. in l. 1. C. ne fid. iuſſo. do. dent. cum
144 ſimli. & forma adhibenda eſt, dum actus ipſe geritur† ita quòd
ſi ex poſt adhibita fuerit, nihil agitur l. obligari §. tutor ff. de ad-
miniſtr. tut. Nam omiſſis multis uerbis, dico uerum eſſe, quòd
pro forma requiritur, impuberem eſſe in poteſtate, ut in d. l. 2.
in princ. & inſtit. eo. tit. in princ. Non tamen uerum eſt requiri
hoc tempore, quo fit teſtamentum: nec ullibi hoc reperietur in
iure probari: ſed potius contrarium reperitur, ut in d. uer. ſed ſi
extraneum, & apertius in d. §. cum filio, ubi probatur ſufficere,
iſta concurrere etiam poſt teſtamentum, dum modo mortis tem-
pore adſint, ut ſupra deduxi, & tex. in l. ſi alienum §. in extraneis
ff. de hæredib. inſtit. loquitur in alia materia, ut dixi ſuperius.
145 Non obſtat etiam id† quòd dicebat Polit. deridendo, quòd ſub-
ſtitutio

ſtitutio iſta ſic facta conualidetur, ſuperueniente habilitate ipſius impuberis: quia ridiculum eſt dicere ſecundum eum, quòd data habilitate ipſius impuberis inducatur ſubſtitutio pupillaris. Nanq; magis ridiculum mihi eſſe uidetur id, quòd ipſe dicit: uerum enim eſt, quòd ex ſola habilitationis ſuperuenientia non inducitur ſubſtitutio pupillaris: ſed bene inducitur ex uoluntate illa teſtatoris, præambula, accedente iſta habilitate, quæ poſt ſuperuenit,
146 ante tamen mortem teſtatoris. Item non obſtat illud arg. † ad quòd idem Polit. dicit ſe nunquàm uidiſſe bonam reſponſionē: facilius enim quid ab initio impeditur, ne introducatur, quàm poſtquàm introductum eſt, tollatur l. patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui, uel alieni iur. ſed ſic eſt, quòd eo ipſo quòd impubes deſinit eſſe in pōtate ſubſtituentis, tollitur pupillaris ſubſtitutio iam facta, ergo multò magis, & multò facilius iſte defectus impediet, ne ipſa ab introducatur. Sed tamen ego puto bonam, & optimam dari poſſe reſponſionem ad iſtud arg. fateor enim quòd defectus iſte patriæ poteſtatis impediet ſubſtitutionem pupillarem, ſicut illam, quæ iam facta eſt, tollit: ſed illud eſt uerum, & procedit durante, & perſeuerante ipſo defectu: certiſsimum iſtud eſt, quòd nunquàm etiam in eternum non conualidaretur iſta ſubſtitutio, militante iſto defectu, quòd impubes non ſit in poteſtate: uerū illo ſublato, & remoto, pariter non eſt difficultas, quin ualidetur ſubſtitutio per prædicta. Et in iſtis terminis loquitur, & proce-
147 dit concluſio, & quæſtio noſtra. Quæritur in ſuper † nunquid iſtud requiſitum ſit neceſſarium hodie, cum per diſpoſitionem iuris auctenticorum dicatur ſublatam fuiſſe differentiam emancipationis, & patriæ poteſtatis, ut in §. nullam in auten. de hæredib. ab inteſt. uenient. Sed non inſtando ubi non expedit, & ubi non eſt difficultas, dicendum eſt adhuc habere locum iſtud requiſitum
148 quoniam ille tex. procedit quò ad ſucceſsionem tantum, non autem quò ad reliqua: & illud quidem quò ad ſucceſsionem ab inteſtato, ut ita ſuccedat non exiſtens in poteſtate, ſicut exiſtens, prout tradunt Doctores in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſth. & in auten. ex cauſa C. de liber. præter. & alibi ſæpe.
149 Quartò requiritur, † quòd ille, cui ſit pupillaris ſubſtitutio, efficiatur ſui iuris per mortem ſubſtituentis, ita quòd non incidat in poteſtatem alterius: exemplum ſi fortè auus habeat nepotem ex filio ſuperſtite, & in eius poteſtate exiſtente: ſi auus moritur, nepot ille, qui erat in eius poteſtate, non efficitur ſui iuris: quia ſupereſt eius pater, in cuius poteſtatem, mortuo auo, reincidit: ideoq; hoc caſu

auus non poteſt ei pupillariter ſubſtituere: cum quia morte illſe
non efficitur ſui iuris,ut dictum eſt,& eſt tex. in l. 2. in prin. ff. de
uulg.& pupill.ratio autem eſt,quia cum eo tempore,quo incipere
poteſt habere locum hęc ſubſtitutio pupillaris,& ſic tempore mor
150 tis teſtatoris ſubſtituentis,ipſe reperiatur in patris poteſtate:† quo
caſu ēt ſi maior, aut pubes eſſet, teſtari nihilominus nō potuiſſet l.
tā is ff.de donat.cauſa mo.& inſti.quib. nō eſt permiſſ. facere teſt.
in prin.ideo minus alius pro eo poterit: quia refragarētur illa iura:
151 † Et maxime quia pater,qui illum nouiſsimo loco eſt habiturus in
poteſtate,poteſt illi ſubſtituere ſupplendo defectum ætatis,qui ſo
lus in eo tunc ſubeſt,& quem ſupplere uoluit lex,introducēdo hāc
152 ſubſtitutionem pupillarem. Hoc tamen non procedebat,† ſi qui
dem teſtator miles eſſet,ut eſt tex.in l. cum filiusfamiliàs ff. de mi-
153 lit.teſt.ſed quid ſi ipſe impubes miles eſſet, † quòd poteſt, ut proba
tur in l.fi.C. de milit. teſt. an tunc poterit hæc ſubſtitutio ab auo
fieri nepoti militi in patris poteſtatem, mortuo auo, recadenti.
Quòd quidem dicendum uidebatur,ut ſcilicet fieri poſſet:quia ra-
154 tio ſupradicta ceſſat: † cum miles etiam in alterius poteſtate conſti
tutus teſtari quidem poſſet de Caſtrenſibus bonis l. fi. C. de inoff.
teſt.& §.fi.inſtit.de milit. teſt. ideoq; hoc caſu adeſt tantummodo
defectus ætatis,qui tamen ſuppletur ex perſona Aui. Bart.tamen in
d.l.2.ſuper iſto requiſito contrarium concludit propter exiſtentiā
patris in medio,qui illum habiturus in poteſtate: ideoq; ne ei fiat
iniuria,non eſt hoc auo permiſſum, inhærendo etiam hoc caſu di-
ſpoſitioni illius text. in d.l. 2. uer. nepotibus, ut per eum ibi: ſu-
per quo ulterius non intendo inſiſtere. Quintò requiritur,
155 † quòd non deſinat eſſe in poteſtate ſubſtituentis ante illius
mortem:alioquin irrita remaneret ſubſtitutio, ut in d.l.cohæredi.
§.cum filio: quòd eſt uerum,ſi per adoptionem,uel per emancipa-
156 tionem deſineret eſſe in poteſtate: † ſecus autem ſi illud continge-
ret propter adeptam dignitate: quia tunc omnia iura ſibi illęſa à re
ſeruātur,licet patria poteſtas diſſoluatur,ut habetur in §. aliud quo
que in autē.conſtit.quæ de dignit. Et quia in fauorem adipiſcentis
dignitatem hoc conceditur: ideo in eius odium retorqueri non
oportet l. quòd fauore C.de leg.quòd quidem contingeret, ſi per
hoc ſubſtitutionem pupillarem uitiari admitteremus. Polit.hic re-
prehendendo Bart.ponentem iſtud requiſitum diceb,at hoc eſſe ſu
perfluum, ſtante præcedenti requiſito,in quo habetur,quòd ille p
mortem ſubſtituentis efficiatur ſui iuris. Nam ſi efficitur ſui iuris
per mortem ſubſtituentis,neceſſe eſt,quòd prius non exiuerit eius
poteſta-

poteſtatem: cum alioquin non eſſet uerum, illum effici ſui iuris per mortem ſubſtituentis, ut per eum. Sed puto quòd ſatis poſſit ſuſtineri Bart. quia præcedens illud requiſitum principaliter ad hoc tendit, ut ſcilicet poſt mortem ſubſtituẽtis ille non incidat in alterius poteſtatem ut in illo tex. dicitur: iſtud uerò ad hoc tendit, ut non prius exiuerit poteſtatem ſubſtituentis: ſtant enim iſta ſimul, quòd non inciderit in poteſtatem alterius per mortem ſubſtituentis, & ſi tamen exiſſet prius de poteſtate illius. unde illud, quòd Bart. hic pro maiori declaratione dixit, non eſt reprehendendũ. magis dici poſſet, quòd reddatur ſuperfluum hoc requiſitum ex his, quæ dicta fuerunt ſupra in tertio requiſito, in uerſ. redeundo igitur
157 num. 130. & ſeq. Sextò requiritur, † & iſtud reſpicit illum, qui facit ſubſtitutionem, ut ipſe ſibi faciat teſtamentum: alioquin non poſſet pupillariter ſubſtituere, ut eſt tex. in d. l. 2. §. quiſquis. & §. prius in l. 1. in fine ff. de uulg. & pupill. & inſtit. de pupill. in §. liberis. quòd tamen in milite non eſt neceſſarium, ut ibidem dicitur, ſcilicet in d. l. 2. Et etiam in l. miles ita §. fi. & in l. in fraudem §. ſi quis ff. de milit. teſt. & eo caſu, ſecundum Poli. non dicetur uerè ſubſtitutio pupillaris, cum illa præſupponat inſtitutionem præcedere l. 1. §. ſubſtituere ff. de uulg. & pupill. ſed appellabitur teſtamentum pupilli. & nota † quia poteſt quidem teſtator & incontinenti
158 eodem tempore ſibi inſtituere hæredem, & pupillo ſubſtituere: Item etiam ex interuallo. ſed ſi eodem tempore faciat, tunc non eſt uis inſtitutio præcedat, uel pupillaris ſubſtitutio, ut in d. §. prius quando autem ex interuallo, tunc oportet, ut ſibi prius teſtamentum faciat, deinde poſt alia hora facere pupillarem ſubſtitutionem poteſt, ut eſt tex. in l. ſi quis eum §. fi. ff. eo. tit. alioquin ſi primò faceret pupillarem ſubſtitutionem abſq; ſuo teſtamento, licet poſtmodum ſibi faceret, hæredem inſtituendo, non ualeret, neq; confirmaretur pupillaris ſubſtitutio ut eſt tex. in d. §. prius in uer. cæterum. quæ iura ſic ſunt declaranda, ne aliàs alicui inuicem pugnare
159 uideantur. Sed primo iſtud requiſitum quæritur, † quid ſi pater non faciat teſtamentum, ſed codicillos, in quibus facit ſubſtitutionem pupillarem, an ualeat iure ſaltem fideicommiſsi, uel remanebit omnino nulla? Et dico eam ſine dubio iure fideicommiſsi ualere. ut tenet glo. in l. uerbis ciuilibus ff. de uulg. & pupill. & idẽ in effectu etiam tenuit glo. in l. ſi fundum fideicommiſſum, aliàs eſt l. ſeq. ſi titio §. fi. ff. de leg. j. Et eſt de hoc caſus in l. Scæuola ff. ad Trebell. ubi ex benignitate pupillaris ſubſtitutio in codice illis facta ſuſtinetur iure fideicommiſsi: quòd ſi conſtaret ibi factam fuiſſe uerbis

ſe uerbis communibus, prout aliqui intelligebant, non eſſet opus dicere ex benignitate illud procedere: quoniam iure ordinario, & ſecundum propriam uerbi ſignificationem hoc eſſet uerum. ſed inſuper eſt etiam tex. apertus in l. illud §. tractari ff. de iure condicil. ubi quando conſtat illum uoluiſſe codicillos facere, nec de hoc dubitatur: uerba etiam directa ad fideicommiſſum trahuntur item facit, quòd dicitur in l. quoniam indignum C. de teſtam. de qua materia latius tractabimus infra in ſubſtitutione compendioſa.
160 Secundo quæritur, † quid ſi pater facit teſtamentum, minus tamen ſolemne, an uitiabitur pupillaris ſubſtitutio in eo facta? breuiter ſi alius filius eſt pupillo ſubſtitutus, ſuſtinebitur ipſa ſubſtitutio, tanquam diſpoſitio inter liberos, iuxta diſpoſitionem tex. in l. hac conſultiſsima §. ex imperfecto C. de teſt. ſi uerò extraneus fuiſſet ſubſtitutus, tunc ſecus eſſet per eundem text. ibi ſi uerò &c. & ita tenet Bart. in d. l. 2. ſuper iſto requiſito. Bal. Zas. & alij in ſuis tractatibus idem ſequuntur. uerum tamen eſt, quòd Polit. in ſuo tract. in quinto requiſito in uer. quinto quæri poteſt, uult quòd etiam ſi ſit
161 ſubſtitutus extraneus, indiſtinctè ſubſtineatur hęc ſubſtitutio: † Nā quando filius ſolus, aut filij ſoli ſunt inſtituti, & nullus alius extraneus cum eis, tunc ſuſtinetur inſtitutio, & totum teſtamētum quo ad alias eius partes: ergo etiam quo ad pupillarem ſubſtitutionem; cum nulla ratio diuerſitatis aſsignari poſsit inter ipſam pupillarem ſubſtitutionem, & alias diſpoſitiones: quæ pupillaris ſubſtitutio dicitur eſſe pars, & ſequela paterni teſtamēti l. patris & filij ff. de uulg. & pupill. & §. liberis, inſtit. eo. tit. Sed eſt aduertendū ad iſtud prę-ſuppoſitum, ꝙ facit Poli. uidelicet ꝙ ceteræ partes teſtamenti ēt ualeant: quia fortè hoc nō procedit; ſed ſuſtinet̄ diſpoſitio illa inter liberos licet impfecta ſit, ſed quò ad alia irritātur omnia, & ad ipſos liberos pertinent, ut dicit tex. in d. l. Hac conſultiſsima §. ex imperfecto C. de teſtam. & in l. fi. C. famil. hæreis. & ita per illa iura declarat nouiſsime Nata in d. §. ex imperfecto in uigeſima ſe-
162 ptima quæſtione. Niſi tamen dicamus, quòd fauor pupilli ſuadeat, ut pupillaris ſubſtitutio ſubſtineatur: continet enim utilitatem pupilli illa ſubſtitutio l. ſi pupillus ff. de acquir. hæredit. ille autem cæteræ diſpoſitiones, quæ uitiari dicuntur in ſupradictis iuribus, tendunt in fauorem extraneorum ſimpliciter, & abſolute:
163 † ideo irritę remanent, arg. eorum, quæ perſimilem æquitatem dicuntur in l. 3. §. Hoc amplius ff. de leg. præſt. quando enim teſtamentum per bonorum poſſeſsionem contra tabulas expugnatur, legata liberis, & parentibus relicta conſeruantur, extraneis uerò minimè.

minimè. Modo in illo §. hoc amplius dicitur, quòd ſi legatum ex traneo ſit relictum, qui tamen reſtituere alicui ex liberis debet, æquiſsimum eſſe dicit iuris conſultus ibi, legatum illud conſeruari, propter utilitatem filio reſultātem. Ita ergo & in propoſito noſtro dicamus, ut ſubſtitutio filio pupillo facta ſuſtineatur propter illius utilitatem, licet extraneus ſit ſubſtitutus. ut per Aret. in d. l. 2. ff. de uulg. & pupill. unum tamen prædictę concluſioni obſtare uidetur, quia quemadmodum ſi ipſe impubes, cui eſt facta pupillaris ſubſtitutio, eſſet maior, non poſſet in teſtamento minus ſolemni ſibi extraneum hęredem inſtituere, ut in d. §. ex imperfecto, ita etiam
164 nec pater pro eo poſsit. † Sed reſpondetur, quòd in iſta materia pupillaris ſubſtitutionis non licet arguere hoc modo, filius ſi teſta mentum ſibi faceret, non poſſet ita diſponere, ergo nec eius pater pupillariter ſubſtituendo: hoc apparet euidenter in l. papinianus §. ſed nec impuberis, in primo reſponſo ff. de inof. teſt. ubi licet filius impubes non poſſet, ſi maior eſſet, matrem præterire, quo minus querelam intentaret, tamen pater ei pupillariter ſubſtituendo po-
165 teſt ab illo remedio illam excludere. † Septimò requiritur, quòd teſtator ipſe, & iſtud pariter reſpicit perſonam teſtatoris, inſtituat, uel exhæredet filium, ſi quem ultra eum, cui ſubſtituit, habet, ut eſt tex. in l. 2. uerſi. ſed ſi eos ff. de uulg. & pupill. & ratio eſt, † quia aliàs
166 teſtamentum eſſet nullum, in quo filius in poteſtate exiſtens eſſet præteritus, ut in l. inter cætera ff. de liber. & poſth. & inſtit. de exhæ
167 red. lib. in prin. † Iſtud tamen, quòd de exhæredatione dicitur, non
168 procedit hodie in pupillo † quia exhæredatio fieri non poteſt, niſi adſit cauſa iuſta in gratitudinis, ut habetur in autē. ut cum de appel
169 lat. cognoſcitur, in §. aliud quoq; capitulum: † quam ingratitudinis cauſam committere impubes non poteſt, quia intellectu, & iudicio caret. l. 1. §. pen. C. de fal. mond. ſi quis in ſuo §. legis ueteris C. de in
170 off. teſt. † quòd eſt uerum, niſi eſſet doli capax, ut eſt is, qui eſt pubertati proximus, ut per glo. in §. non ſolum. inſtit. de pupill. ſubſti. ad quod etiam facit tex. in l. excipiuntur ff. ad ſenat. conſ. ſillan. cū
171 ſimil. † Stat igitur concluſio, quòd ſi filius ſit præteritus: non ualet pupillaris ſubſtitutio: quia rupto ſic teſtamento paterno, & ſic principali, rumpitur etiam pupillaris ſubſtitutio, & ſic eius acceſſoriū,
172 ut in d. l. 2. in prin. uer. ſed ſi eos ff. de uulg. & pupill. † Quid autem ſi ſit talis, qui & ſi præteritus quidem ſit: haud tamen rumpit teſtamentum, ut eſt exemplum in nepote ex filio emancipato, qui tamē nepos eſt in poteſtate retentus: & iſte filius licet præteritus, non rūpit teſtamentum, ut not. in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber.

& poſth.

& poſth. certè hoc caſu poterit huic nepoti fieri pupillaris ſubſtitutio, & legitime quidem, quia non infirmabitur teſtamentum per præteritionem: nam hoc caſu ceſſat ratio: non enim rumpitur teſtamentum paternum per præteritionem filij emancipati, per

173 prædicta. † Quid autem, ſi alius frater impuberis ſit exhæredatus, & ipſe per quærelam teſtamentum patris expugnauerit, an etiã pupillaris ſubſtitutio corruet? Et eſt dicendum corruere: ſi quidẽ in totum expugnetur: ſecus uerò ſi pro parte, ut eſt tex. in l. Papinianus §. ſed nec impuberis, ff. de inoff. teſt. gloſ. in d. l. 2. in prin. in uerſic. ruptum. & in d. l. patris, & filij. ff. de uulg. & pupill.

174 † Sed contra ſupradicta omnia opponitur, dicitur enim quòd ſi rũpitur teſtamentum propter præteritionem, irritatur etiam pupillaris ſubſtitutio. & idem quoque, ſi per quærelam, ut ſupra proximè dictum eſt. in contrarium enim eſt tex. in l. Ex duobus §. fi. ff. de uulg. & pupill. ubi licet contra teſtamentum patris propoſita fuerit bonorum poſſeſsio contra tabulas, tamen ſubſtitutio pupillaris ſuſtinetur, & legata debentur. ſed reſpondetur, quòd concluſio, de qua ſupra procedit, quando alius filius, qui pariter erat in poteſtate teſtatoris, eſt præteritus: tunc enim, quia ipſo iure teſtamentum eſt nullum iuribus pręallegatis meritò etiam pupillaris ſubſtitutio corruit. at in caſu d. l. ex duobus §. fi. non fuerat præteritus ipſe impubes, cui fuerat facta ſubſtitutio pupillaris, & qui erat in poteſtate: ſed alius filius teſtatoris emancipatus tamen: ideoq; teſtamentum non erat nullum ipſo iure quia ſecundum illa tempora, emancipa-

175 tus erat de iure ciuili omnino incognitus: ut eſt tex. in §. emancipati inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. ſed dabatur remedium pręsoris, uidelicet bonorum poſſeſsio contra tabulas. quòd cum non

176 eſſet remedium iuris ciuilis, ſed prætorij non poterat ipſo iure euertere teſtamentum, quòd eſt de iure ciuili, prout declarat glo. in d. l. ex duobus §. fi. & eſt tex. in §. quos autem, inſtit. de bonorũ poſſeſ. Quærela autem inofficioſi teſtamenti eſt pariter remedium iuris ciuilis: ideo operari pòteſt effectum ipſo iure tollendi etiam pupillarem ſubſtitutionem d. l. Papinianus §. ſed nec impuberis ff. de

178 inoff. teſt. iuxta prædicta dubitatur, † an hodie rupto teſtamento ex cauſa præteritionis, ſuſtineatur pupillaris ſubſtitutio, per auten. ex cauſa C. de liber. præter. ſicut ſuſtinentur legata, & alia diſpoſita in ipſo teſtamento. & breuiter Bart. in d. l. 2. ff. de uulg. & pupill, ſuper iſto requiſito, & cæteri Doctores communiter concludunt. dictam pupillarem ſubſtitutionem conſeruari, & hoc propter uerba tex. dictæ autenticæ, & etiam in corpore, unde ſumitur. nam in

Auten.

auten. dicit inſtitutionē uitiari ex cauſa præteritionis, uel exhæreda-
179 tionis, cætera uerò firma remanere: ſub quibus uerbis generalibus
† etiā pupillarē ſubſtitutionē contineri conſtat l. cæterorū ff. de
uerb, ſignificat. Et expræſsioribus uerbis utitur tex. in d. auten.
ut cum de appellat. cognoſcitur in §. aliud quoque capitulum, in
uer. ſiue igitur omnes, iuncto etiam §. ſeq. ſi uerò contingerit,
ubi uult Imperator, quòd ſi non fuerit ſeruata forma illa exhæ-
redatione facienda, teſtamentum infirmatur, quò ad inſtitutio-
nem: ſi uerò in eodem teſtamento legata, fideicommiſſa, liberta-
tes, tutelæ, aut alia quælibet capitula inſerta fuerint, ea omnia a-
dimpleri iubet ibi imperator. Sub quibus uerbis ſine dubio etiam
pupillaris ſubſtitutio continetur, cum enim Imperator ibi enu-
meratis prius nominatim legatis, fideicommiſsis, libentibus, tu-
telis poſtmodum ponit clauſulam generalem, & quælibet alia ca-
pitula &c. Non poteſt negari, ſubſtitutionem quoque pupillarē
ibi cōprehendi: & ſi quæ ratio fuiſſet in mente Imperatoris, cur
non fuiſſet illa comprehendenda, non eſt credendū quòd Impera-
180 tor ab illo ſermone generali eam non excepiſſet † cum alioquin,
qui omne dicit, nihil excludit l. Iulianus ff. de leg. 3. C. ſi Roma-
norum 19. Diſtinct. Idque eo maximè confirmatur, quia & in ſi-
181 milibus terminis uidemus † quòd quemadmodū legata fideicom-
miſſa, & cætera id genus confirmantur, ita etiam tabulæ pupilla-
res, ut eſt tex. in l. qui plures §. fi. ff. de uulg. & pupill. & in l. nam
quòd §. ſi quis compulſus ff. ad Trebell. & præſertim etiam quia
iſta eſt diſpoſitio pupillo fauorabilis l. ſi pupillus ff. de acquir. hæ-
redit. adeo ſanè ut nulla ſubeſſe poſsit ratio, cur contrarium dici
debeat. Verum tamen eſt, quòd nonnulli contrariam ſenten-
i tiam tenuære, uidelicet quòd immo pupillaris ſubſtitutio non ſu-
ſtineatur per illam auten. ut Polit. in ſuo tract. refert. Et id pluri-
bus rationibus confirmat, quas non intendo referre: cum parum
ſtringant. Hanc ſolam non omittam, quæ cæteris mihi magis ur-
182 gere uidetur † nam pupillaris ſubſtitutio non aliter aut fieri, aut
ualere poteſt, niſi ſubſtituens ſibi hæredem inſtituat, ut diximus
ſupra in ſexto requiſito: & hæreditatem etiam adeat, ut infra in
ultimo requiſito uidebimus. Et eſt text. in l. 2, §. quiſquis ff. de
uulg. & pupill. ergo impoſsibile uidetur, quòd hoc caſu pupilla-
ris ſubſtitutio ſubſiſtere poſsit, cum inſtitutio hæredis remaneat
183 irrita, d. auten. ex cauſa, & in corpore. † Sed tuendo communē
opinionem, & ueram reſpondetur, quòd illud eſt uerum regula-
riter, & ſecundum ordinem, & formam à lege traditam faciendæ

pupillaris ſubſtitutionis d.l.2.§.quiſquis.ſed in iſto caſu ſpecialiter ſic eſt ſtatutum per legem illam nouiſsimam, ut ſic etiam ſuſtineatur pupillaris ſubſtitutio, in qua facienda ab initio fuit ſeruata for
184 ma legis, licet poſtmodum illa defecerit. † Nam & tutela regulariter requirit aditionem hæreditatis l.ſi nemo la 1. ff. de teſtā. tut. & tamen illo caſu ſuſtinetur. ut in d. Auten. ut cum de appellat.
185 cognoſ.§.ſiue igitur,& §.ſeq. † Quinimmo eſt in alio caſu illi formæ derogatum per eandemmet legem, quæ formam illam introduxit.ut in d.l.2.§.quisquis uer. planè, ubi uult tex. quòd ſi hæres ſcriptus omittat hęreditatem adire ex teſtamento, & illam ab inteſtato poſsideat:nihilominus pupillaris ſubſtitutionis forma remanet. & ex prædictis ſatis colligi poteſt reſponſio ad quædam alia magis leuia, quæ in contrarium adducuntur: ideo omitto. Vlte-
186 rius circa iſtud requiſitum quæritur: † quia in eo dicitur oportere patrem pupillariter ſubſtituentem inſtituiſſe, aut ſaltem exhæredaſſe filium ipſum, cui uult pupillariter ſubſtituere, an iſtud procedat ſiue bona mente, ſiue etiam mala mente ſit exhęredatus?
187 † quia interdum etiam bona mente ſit exhæredatio, ut in l. multi non notæ ff.de liber.& poſth. in l.ſi patronus teſtamento §.ſi quis non mala mente.& in l.Paulus in prin.ff.de bon.libert.In hoc non inſtando multum, tum quia res eſt ſatis plana, tum etiam quia, cum hodie impubes regulariter nō exhęredetur, caſus iſte aut nūquam, aut per raro eueniet: ideoq; quodammodo ſuperuacaneum iſtud fore exiſtimo; concludo breuiter hoc ſine dubio procedere etiā in exhæredatione mala mente facta; quia iura generaliter, & ſimpliciter loquuntur, ut in d.l.2.uer.ſed ſi eos.& in §.non ſolum, inſtit. de pupill. ſubſti. cur igitur nolumus nos iura illa ſimpliciter loquētia ad unam tantummodo ſpetiem exhæredationis raſtringere, ad illam ſcilicet quando eſt bona mente facta, & præſertim cum illa effectu inſpecto, non proprie dici debet exhæredatio: quia non eo animo facta eſt, ut hæreditate ille priuatus remaneat: ſed potiùs ut ei conſulatur interim, dum ſcilicet ad maiorem ætatem peruenerit, prout hoc conſiderauit teſtator in caſu l.in fideicommiſsi §.cū pallidius ff.de uſur.ideoq; & ſi aliud non eſſet, illa iura ſic ſimpliciter loquentia intelligenda potius forent, in uera & potiori exhæredatione, quàm in impropria, & infirmiori. Arg.l.j.§.qui in perpe-
188 tuū ff.ſi ager.ueſtig.uel emphit.pet.l.j.§.fi.ff.quod quiſq; iur. l. pe. §. docere ff. ne quis eum, qui in ius uocat. cum ſimil. ſed non eſt his argumentationibus opus, quia eſt caſus de hoc in l. cūm quidā C.de leg.ubi expręſſe loquitur tex.de pupillari ſubſtitutione exhæ

redato

redato pupillo mala quidem mente facta, & in l. ab exhæredati ff. de leg.j.in l.in ratione §.fi.ff.ad l. falcid. ideo ex prædictis non eſt
189 opus ultra inſiſtere. Item iuxta prædicta quæritur, † ſi pater eſt turpis,& inhoneſtæ uitæ, an poterit pupillariter ſubſtituere? & breuiter ſic puto concludendum, quòd ſi quidem propter eius uitæ turpitudinem,aut uitium morum ſit ei interdicta bonorum admi-
190 niſtratio,non poterit ſine dubio pupillariter ſubſtituere: † quia ei etiam eſt ablata facultas ſe obligandi, & etiam teſtandi l. is cui bonis ff.de uer.oblig.l.j.ff.de curat. fur.§.item prodigus,inſtit.quib. non eſt permiſſum fac. teſtam.in l.is cui bonis ff. de teſtamen. & l. fi.§.minores C.de ſentent.paſſ. Et hoc caſu loquitur Bart.in d.l.2. ſuper iſto requiſito. ſi uerò non eſt ei interdicta adminiſtratio ſuorum bonorum, tunc non arbitror ex hoc ſolum quia non honeſtę uitæ ſit, ademptam ſibi eſſe facultatem pupillariter ſubſtituendi: neq; enim reperio ex hac cauſa aliquem priuari teſtamenti factio-
191 ne. † Et licet tex. in l.ſi cum dotem §. eo autem tempore ff.ſoluto matr.nolit.actionem de dote patri dari,quando eſt turpis perſona, tamen illud procedit, quoniam ad ipſum etiam uiuentem dos illa peruentura erat,& ſic dilapidare illam potuiſſet, meritò prohibetur illam poſſe obtinere. quod non eſt in eo, qui pupillariter ſubſtituit:quia illa ſubſtitutio non eſt effectum aliquem habitura, niſi demum ſecuta morte teſtatoris: qui propterea non conſequitur facultatem aliquam adminiſtrandi bona illa, ita ut ſubeſſe ex hoc poſsit ſuſpitio aliqua dilapidationis,prout erat in caſu d.l.ſi cum do
192 tem §.eo autem tempore. † Accedit etiam,quia lex multum confidit de patre:& nullus eſt affectus, qui uincat paternũ l. fi. in prin. C.de cura.fur.l.iſti quidem ff.quòd met cauſa & l.de creationibus
193 C.de Epiſcop.audien.cum ſimil. & eo maxime etiam † quia ſubſtitutio pupillaris eſt diſpoſitio utilis ipſi pupillo l. ſi pupillus ff. de acquir.hæredit.igitur hoc caſu ſtatuendum putarem ex arbitrio iu
194 dicis,† qui etiam conſiderata qualitate ſubſtituti uariè ex perſonis, cauſiſq; diſpiciet.ut aliàs dicitur in l. in fundo ff. de rei uendic. & & in l.j.ff. de iure deliber. Et ita etiam conſiderando uariè ſtatuit iureconſultus in d.l.ſi cum dotem §.eo autem tempore. ff. ſoluto matr.& in l.1.§.1. C.ubi pupill.educ.debet.quid enim ſi pater iſte ſubſtituiſſet filio ſuo impuberi alium ſuum filium, aut aliũ illi proximiori gradu coniunctum,cur nõ debet ſuſtineri ſubſti tutio? aut quid illam impediet? ſi uerò ſubſtitueret aliam turpem perſonam, & inhoneſtam,aut aliquem inimicum,aut ſimilem, tunc arbitrium iudicis operari poterit per prædicta. Octauò,& ultimo requiri-

195 tur & iſtud requiſitum reſpicit perſonam tertij,† quòd ex teſtamē-
to ſubſtituentis adeatur hæreditas,ut eſt tex.in l.2.§.1.uerſic.adeo
autem & in l.ſed ſi plures §.ſi ex eſſe ff.de uulg.& pupill.nam ſi non
adeatur hęreditas,omnia in teſtamento ſcripta corruunt,l.ſi nemo
196 ff. de teſtam. tut. † iſtud tamen in milite pupillariter ſubſtituente
non eſt neceſſarium; quoniam etiam abſq; ſuo teſtamento facere
pupillarem ſubſtitutionem poteſt,ut eſt tex.in l.miles.ita §.fi.ff.de
197 milit.teſt. † Item in pagano non ſemper eſt hoc neceſſarium,ut hę
reditas adeatur:nam etiam per exiſtentiam ſui hæredis confirman-
tur tabulæ pupillares iſte enim eſt unus ex effectibus ſuitatis,ut ha-
betur in l.ſi filius qui patri ff.de uulg.& pupill.& in l. Filius, qui ſe
paterna hæreditate ff. de acquir. hæredit. & in l. pater ff. de priuil.
credit.ut per Bart.in d.l.2.ſuper iſto requiſito. De qua materia ul-
tra nunc non loquor,habetur enim per Doctores in d.l.ſi filius qui
198 patri. itemq; ſufficit † quòd hæreditas paterna adeatur non ſolum
ex inſtitutione,ſed etiam ex uulgari ſubſtitutione,expręſſa,ſeu etiā
tacita ad quam pupillaris expræſſa porrigitur; ab ipſa enim pariter
incipere teſtamentum poteſt, ſi forte primus hæres inſtitutus non
adeat:ut eſt tex.in l.3.§.fi.ff.de liber.& poſthum. plenè per Barth.
in l.1. col. 6. uerſi. ſumus expediti ff.de uulg. & pupill.& per hanc
aditionem pariter confirmantur tabulæ pupillares.Exemplis,pupil
lus inſtitutus abſtinet, ab hæreditate, & ſic fiat locus tacitæ uulga-
ri:deinde pupillus moriatur,& ſic eueniat caſus pupillaris idem ſub
ſtitutus admittetur ex pupillari confirmata per aditionem ex uul-
gari. Quæſtione principali.quòd intellige quando pupillus habe-
bat cohæredem,qui repudiauerat: quia quando pupillus ſolus fuiſ-
ſet inſtitutus,non eſſet opus hoc dicere, cum ſola exiſtentia ſui hæ
redis ſufficiat ad confirmationem tabularum pupillarium. ut per
Bartho.in loco ſupra allegato.& hæc dixiſſe ſufficiant de hac ſepti-
199 ma † Octauò igitur principaliter quæritur, qui,& quot ſint effe-
ctus pupillaris ſubſtitutionis? Et primus quidem effectus, quem
ponunt Bart.& alij in d.l.2.in quinta quæſtione principali, eſt quia
continet etiam uulgarem:ſi enim ita fiat pupillaris ſubſtitutio,ſi fi-
lius meus hæres erit,& in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo titiū:
ſi quidem contingat filium illum abſtinere ab hæreditate, & ſic nō
effici hæredem,ita quòd deficiat conditio ſubſtitutionis pupillaris
ſubſtitutus nihilominus admittitur ex tacita uulgari,cuius caſus ex
titit,ut eſt tex.in l.iam hoc iure,in prin.& in uer. ſi autem impubes
ff.de uulg.& pupill.& omnes iſtud fatentur:nec ullus unquam con
200 trouerſiam aliquam circa hoc mouit. † ſolus Polit.in ſuo tract. ni-
mium

nium certè ſubtilizando dixit, quòd licet uulgaris expræſſa trahatur etiam ad tacitam pupillarem, non ſic tamen eſt in caſu contrario, uidelicet quòd expræſſa pupillaris trahatur ad tacitam uulgarem: quia iſtud nullibi in iure probatur, ſecundum eum, & quòd leges in hac materia loquentes loquuntur de uulgari, quæ trahitur ad pupillarem, non etiam è conuerſo. ut in l. quãuis C. de impub. & alijs ſubſtit. & ita etiam dicit intelligendum eſſe tex. in d. l. iã hoc iure in prin. illud autem quod ad finẽ illius legis dicitur, in uer. ſi autẽ impubes, ibi quo caſu in utrunq; euentũ &c. ubi fatet Poli. expreſsimè id ꝓbari, dicit ꝙ in fine illius legis corrigit. ibi uel certè cui
201 tãdæ qũonis gratia &c.† ego uerò dico iſta eſſe ſomnia, aut nimias ſubtilitates: & dico immo in illa lege iã hoc iure utrunq; expræſſe probari, uidelicet & ꝙ uulgaris ad pupillarẽ trahitur, & pupillaris
202 ad uulgarẽ ꝙ ſic demonſtro: ille enim tex. dicit, ꝙ ſi pater impuberi filio in alterum caſum ſubſtituit, in utrunq; ſubſtituiſſe intelligatur. Nota quia abſolute dicit in alterum caſum, & ſic non exprimit magis caſum uulgaris, quàm pupillaris: & uult ille tex. quòd in alterutro ex illis duobus caſibus facta ſubſtitutio in utroque facta eſſe cenſeatur: nec enim ibi exprimit magis caſum uulgaris, quàm pupillaris: ergo ſiue ſit expræſſus caſus uulgaris, trahætur ad pupillarem, ſiue contra ſit expreſſus caſus pupillaris, trahetur ad uulgarem. Prout utriuſq; ſubſtitutionis exempla ſtatim tex. ſubijcit, uidelicet ſiue hæres non extiterit, & iſte eſt caſus uulgaris: ſiue hæres extiterit, & impubes deceſſerit, & iſte eſt alius ſcilicet pupillaris. In utrouis ergo ex iſtis duobus caſibus facta reperiatur ſubſtitutio, ad alterum quoque porrigitur, ut ſupra proxime dixerat abſolute ſubſtitutionem in alterum caſum factam in utroq; factã intelligi: nec magis de caſu uulgaris, quàm de caſu pupillaris locutus fuit ille tex. ſed immo de utroque intellexit, prout de utroque exempla ſubijcit. Idque etiam ex ver. immediate ſubſequenti adhuc magis confirmatur, ibi quòd ius ad tertium quoque genus ſubſtitutionis tractũ eſſe uidetur, ſcilicet ad reciprocam: illud ergo ius, quòd ſupra dixit in ſingulis illis duobus ſubſtitutionibus, habet etiam locum in illo tertio genere, uidelicet in reciproca, in qua ſine dubio tam uulgaris, quàm etiam pupillaris promiſcue continetur, data paritate, & habilitate perſonarum: non igitur recte dicere poſſumus, quòd tantummodo uulgaris trahatur ad pupillarem, non autem e conuerſo: quia ſi ſic eſſet, non bene dixiſſet ille tex. quòd ius illud ad tertium quoque ſubſtitutionis genus traheretur. Expreſsius etiam, immo expræſsiſsime (prout ipſe Po-

lit.

lit. dicit) iſtud probatur in d. uer. ſi autem impubes, ubi dicitur quòd ſubſtitutio impuberi facta ſub illis uerbis, ſi hæres extiterit, & impubes deceſſerit, & ſic pupillaris, quòd in utrumque euentum facta uidebitur, conſequenter etiam in caſum uulgaris. Quia illa uulgaris utrique illorum congruere poteſt: licet ſecus in pupillari: quoniam alter illorum iam erat pubes factus. Et ſic ibi eſt caſus formalis, quòd pupillaris expræſſa porrigitur etiam ad uulgarem. Inſulſum autem eſt dicere, quòd ille tex. ſeipſum corrigat, prout Polit. dicebat: dum aliter effugere illum tex. non poſſet: nihil enim minus cogitat, quàm ſeipſum corrigere iuriſconſultus ibi. Hocq; omnibus iuris regulis repugnat † in omnibus
203 enim diſpoſitionibus iſtud procedit, ut nemo incontinenti ſe ipſum corrigere præſumatur l. nam ad ea ff. de condit. & demonſtrat. Item correctio eſt euitanda, niſi quatenus expræſſim facta reperiatur l. præcipimus, in fi. C. de appella. l. ſancimus C. de teſtam. c. cum expediat de elect. in 6. Mens igitur illius tex. eſt, quia ſupra de reciproca ſubſtitutione dixerat, quæ uulgarem, & pupillarem continet in perſona utriuſque, quando non ſunt diſparis conditionis, puta quia alter pubes, alter uerò impubes ſit: nam eo caſu illa tantum ſubſtitutio in reciproca continebitur, quæ utrique conuenire poteſt, & ſic uulgaris; pupillaris uerò etiam in perſona impuberis minimè continebitur, niſi fuerit nominatim per teſtatorem facta: ideoq; dicit text. ſingulis eorum ſpecificam faciat ſubſtitutionem uidelicet puberi uulgarem, impuberi uerò pupillarem ſeparatim, quæ nihilominus etiam ad caſum uulgaris porrigetur, ut ibi in uer. quo caſu: illa enim utriquè conuenire poteſt. Non ſic in alia, ut ſupra dixi, & illud dicit tex. recte fiet, ne aliàs ſi uulgariter tantum utrique ſimul ſubſtituat, dubitatio naſcatur, an in perſona impuberis de pupillari etiam ſenſerit: ideo congruentius eſſe dicit, ut impuberi pupillaris expræſſa fiat, quæ tamen etiam ad uulgarem trahetur, ut ſupra dixerat in d. uer. quo caſu: uel, ut omnis prorſus dubitationis cauſa ceſſet, poteſt impuberi alium puberem fratrem ſubſtituere, utranque ſpetiem ſubſtitutionis nominatim exprimendo, uidelicet caſum uulgaris, & etiam caſum pupillaris. Sed non propterea dicatur, quòd uelit præcedentia corrigere, uidelicet id quòd proxime dixerat pupillarem ad caſum etiam uulgaris trahi. Sed illud in fine dixit poſſe fieri ad maiorem rei declarationem, docet enim ibi Modeſtinus iureconſultus utranque formam faciendi duas illas ſubſtitutiones impuberi filio uulgarem ſcilicet, & pupillarem: uel utranque expræſſim, uel

uel pupillarem expræſsim, quæ nihilominus implicitè etiam uulgarem continebit. Et ita habes declaratam illam legem per ſingulas eius partes: in qua euidenter, & neceſſariò probatur com-
204 munis concluſio, quicquid Polit. dicat. † Et inſuper dico, quòd eadem ratio militat, ut pupillaris expræſſa porrigatur etiam ad uulgarem, quemadmodum uulgaris expræſſa porrigitur ad pupillarem: nec diuerſitatis ratio concludens poteſt aſsignari. Item quòd ſubſtitutus ita admittendus ſit ex mente ſaltem præſumpta, & uerò ſimili teſtatoris, quando impubes inſtitutus hæres nõ fuit ipſi teſtatori, ſicut quando hæres fuit, & in pupillari ætate deceſ-
205 ſit: qui eſt caſus per teſtatorem expræſſus † quando enim uolumus dubitare de iſta uulgari in perſona impuberis, neceſſe eſt præſupponere ipſum fuiſſe inſtitutum: quia aliàs non poſſet in eo dubitari de caſu uulgaris, qui uerificatur ob non aditionem hæredis primo loco inſtituti l. 1. ff. de uulg. & pupill. & inſtit. eo. tit.
206 in prin. † & alibi ſæpe priuatio enim præſupponit habitum l. de-
207 cem ff. de uer. obligat. † debemus ergo præſupponere terminos habiles l. qui teſtamento §. fi. ff. de teſtam. cum igitur teſtator filium ſuum impuberem ſibi heredem inſtituit, & illo hærede ſibi exiſtente, & in pupillari ætate moriente Titium ſubſtituit. Non uideo probabilem rationem, cur dicere poſsimus, eundem noluiſſe eſſe etiam ſubſtitutum, ac ſibi heredem eſſe in caſu, in quo filius ipſe impubes non fiat ſibi hæres: qui eſt caſus uulgaris ſubſtitutionis, Licet enim hoc caſu ceſſet fauor impuberis, non tamen ceſſat eademmet uoluntas præſumpta ſaltem ipſius teſtatoris, ut illum eundem ſubſtitutum eſſe uelit in ſuis bonis ſibi heredem etiam in caſu iſto, quando impubes non fuit ſibi hæres: quem expreſſe uocauit, quando filius impubes iam ipſius hæreditatem agnouit, immo forte maior ratio illo caſu, quàm iſto militat: nam ſi eum eſſe uoluit hæredem teſtator, poſtquàm ipſe iam habuit hæredem pupillum, multo magis dicemus iſtud idem eum uelle iſto caſu, quando non habet pupillum hæredem: & ſic hoc caſu, quo per uulgarem ipſi teſtatori immediate fit hæ-
208 res † & in hac præſumpta uoluntate teſtatoris fundatur potiſsimũ lex faciendo extenſionem de una ſubſtitutione ad aliam, ut in d. l. iam hoc iure ff. de uulg. & pupill. in l. hæreditatem, & in l. quanuis C. de impub. & alijs ſubſtit. & etiam in l. fi. in fi. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. cum ſimil. & ſi quis diceret, quando teſtator facit expræſſam pupillarem, uocat ſubſtitutum ad bona pupilli: quando uerò agitur de tacita, ſeu de præſumpta uulgari, tunc

tunc ueniunt propria bona ipſius teſtatoris: quæ quidem ipſe forte noluit ad ſubſtitutum pertinere, quamuis ſecus dixerit de bonis
209 pupilli † reſpondeo iſtud nequaquàm dici poſſe, iſto caſu: quoniã cum (ut dixi) neceſſariò debeamus præſupponere impuberem inſtitutum fuiſſe à teſtatore: cum alioquin non poſſet eſſe quæſtio de uulgari ſubſtitutione: & pupillaris ſubſtitutio fiat ſub illis uerbis, ſi impubes (iam inſtitutus) hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, Titium ſubſtituo, ſequitur quòd uirtualiter teſtator ipſe uoluit etiam bona ſua ad ſubſtitutum poſſe peruenire: neque ei hoc diſplicuit. Et hoc eſt etiam ex mente expræſſa iuris, quia hæres hȩredis dicitur etiam teſtatoris hæres l. fi. C. de hære. inſti. unde quãdo ſubſtitutus pupillariter fuit per teſtatorem uocatus ſub illis uerbis ſi impubes in pupillari ætate deceſſerit, & ei hæres erit, prout ſub iſtis uerbis fit ipſa pupillaris ſubſtitutio, apparet quòd eius uoluntas expræſſa fuit ut ille ſubſtitutus etiam ſua bona haberet, & uirtualiter per mediam perſonam impuberis efficiatur ei hæres per d. l. fi. C. de hæred. inſtit. Stat igitur ex prædictis concluſio uerisſima, quòd pupillaris ſubſtitutio expræſſa ita trahitur ad uulgarem, ſi caſus iſte euenit, ſicut uulgaris trahitur ad pupillarem, ut in d. l. iam hoc iure cum alijs ſupradictis fallit autem hoc, quando apparet de contraria uoluntate teſtatoris ut in d. l. iam hoc iure dicitur. Item Fallit propter diuerſas qualitates perſonarum, in reciproca: quia pupillaris tunc non contineretur: ſed illa ſola, quæ omnibus conueniret, ut etiam declaratur hoc in d. l. iam hoc iure, & in l. 2. C. de impub. & alijs ſubſtit. & hæc ſuper primo effectu pupillaris ſubſtitutionis dicta ſufficiant. Secundus autem
210 effectus eſt † quia per hanc ſubſtitutionem pupillarem ſuccedit ſubſtitutus nedum in bonis teſtatoris, quando impubes ipſe fuit inſtitutus (prout hodie eſt regulariter neceſſarium, ut ſupra in ſeptimo requiſito uidimus) ſed etiam ſuccedit in bonis proprijs ipſius impuberis: ſi qua habebat aliunde ſibi, quàm ex patrimonio quæſita, ut eſt tex. in l. ſed ſi plures §. ad ſubſtitutos primo reſpon
211 ſo ff. de uulg. & pupill. † & iſtud procedit & ſi in ipſa ſubſtitutione appoſitum fuiſſe uerbum reſtrictiuum ad bona ipſius teſtatoris: ut quia dixiſſat, ſi filius meus hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit Seius mihi hæres eſto: nam non attento illo uerbo mihi ſuccedit ſubſtitutus etiam in bonis impuberis, ut not. glo. in uer. Gaius Seius in l. 1. ff. de uulg. & pupill. & eſt tex. in l. ſi ita §. qui filio ff. de bon. poſſeſſ. ſecundum tab. & in l. paterfamiliàs ff. illo tit. de
213 uulg. & pupill. † proprie enim, & immediate dicitur fieri hæres pupillo

pillo ſubſtitutus per hanc pupillarem ſubſtitutionem, ut inſtit. de pupill. in prin. tamen uerum etiam eſt, illum fieri hęredem etiam ipſius patris, cui filius impubes hæres prius fuerat, ut dicitur in d. paterfamiliàs in fi. ff. de uulg. & pupill. & facit adhoc text. in l. fi.
214 C. de hæredib. inſtit. Illud autem ſcilicet quòd etiam bona pupilli ad ſubſtitutum pertineant, uerum eſt, quando teſtator non eſt miles ſed paganus: item quando is, cui fit ſubſtitutio pupillaris, eſt filius legitimus & naturalis: ſecus uerò ſi teſtator miles eſſet quia tunc poſſet ea mente pupillariter ſuo filio ſubſtituere, ut bona ipſius teſtatoris tantummodo, non etiam pupilli ad ſubſtitutũ
215 pertineant ut in d. l. ſed ſi plures §. ad ſubſtitutos in fi.† item ſecus, ſi is, cui fit hæc ſubſtitutio, eſſet filius legitimus tantum, ut eſt arrogatus: quia tunc huius ſubſtitutionis pupillaris effectus erit, ut illa tantum bona ad ſubſtitutum pertineant, quæ ex diſpoſitione legis ipſum arrogatum ei relinquere oportebat, hoc eſt quarta pars ex diſpoſitione Diui Pij, ut eſt tex. in l. ſi arrogator ff. de adopt. item & illa bona, quę contemplatione ipſius patris arrogatoris ad arrogatum peruenerunt quòd per Vlpianum additum fuit, ut eſt
216 tex. in d. l. ſed ſi plures §. in arrogato ff. de uulg. & pupill. † & nota ſingulariter illum text. in d. l. ſi arrogator & ſit hoc incidenter dictum. Quonſam apertius ibi fortè quàm alibi probatur, quòd pupillaris ſubſtitutio eſt commodum ipſi pupillo: fideicommiſſaria uerò dicitur onus: nam arrogator ibi poteſt facere pupillarem ſubſtitutionem in illa quarta: non tamen poteſt facere fideicommiſſariam: quia illa bona arrogatus non habet ex iudicio ipſius patris arrogatoris, ſed ex diſpoſitione legis, ideo non poteſt illum grauare: ergo fideicommiſſaria ſubſtitutio eſt onus: ſed poteſt facere pupillarem ſubſtitutionem: ergo non eſt grauamen, ſed commodum, & beneficium: quia alioquin nec illam facere poſſet, quem tex. ad hoc nemo, quem adhuc uiderim, conſiderauit, cui etiam quo ad pupillarem, concordat tex. in l. ſi pupillus ff. de acquir. hæredit. ibi impugnat enim utilitatem pupilli &c.
217 Item nota † quia ex his, quæ dicta ſunt circa pupillarem ſubſtitutionem adoptiuo filio factam, quòd iſte erit unus caſus, in quo quis decedere poterit cum duobus teſtamentis: ſi fortè pater naturalis filio pupillariter ſubſtituat, deinde etiam arrogator idem feciſſet. Quòd tamen falſum arbitratur Polit. hic ex duobus, ut per eum. Verum ego ex alio arbitror non poſſe hodie dari iſtum
218 caſum † quia aut eſt adoptatus ab extraneo, & tunc nõ poteſt ullo modo ei fieri pupillaris ſubſtitutio: quia nihil iuris in patrem adoptiuum

ptiuum tranſit: immo nec illum in poteſtate habet, ſed remanēt iura patris naturalis omnia intacta, ut eſt text. in §. ſed hodie in ſtit. de adopt. & in l. cum in adoptiuis C. eo. tit. ſi uerò eſt datus in adoptionem coniunctæ, perſonę, puta auo materno, uel etiam paterno, ut in eiſdem iuribus habetur, tunc non poteſt pater naturalis hanc ſubſtitutionem facere: quia in alterius poteſtate reperitur ille impubes: & eadem ratione ſi quidem illam antea feciſſet irritatur: & quia tempore mortis ipſius patris naturalis ille in aliena familia eſſe reperitur, ideo non ualet ſubſtitutio l. cohæredi §. cum filio ff. de uulg. & pupil. neque efficitur ſui iuris ille per mortem ipſius patris naturalis, prout hoc requiritur, & uidimus ſupra in ſeptima quæſtione principali in quarto requiſito. Et prædicta uera ſunt, & procedunt, niſi pater adoptiuus eum emanciparet, quo caſu reuerteretur in poteſtatem patris naturalis. Et tunc poſſet rectè fieri per ipſum ſubſtitutio pupillaris: & iam facta confirmatur, ſecundum ea, quę ſupra dixi in d. ſeptima quęſtione in
219 tertio requiſito num. 130.& ſeq. † ſed tunc non poſſet pater adoptiuus pupillariter ſubſtituere per prædicta: quia ſcilicet iura adoptionis omnino diſſoluuntur, ut in d. l. cum in adoptiuis, & ſic nunquàm dabitur caſus in quo duæ iſtæ ſubſtitutiones pupillares
220 concurrere ſimul poſsint. † Eſt bene uerum, quòd dari poterit caſus, inquo pupillus decedere poteſt pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, contra Regulam legis ius noſtrum. ff. de reg. iur. ut in l. ſed ſi plures §. ad ſubſtitutos, in fi. ff. de uulga. & pupill. Et hoc ex priuilegio militibus conceſſo prouenit.
221 † Item circa iſtum ſecundum effectum, ſcilicet quòd ad ſubſtitutum pupillariter omnia bona pupilli pertineat, dicendum eſt, iſtud habere locum non ſolum in ſubſtituto in primo gradu, ſed etiam in ſecundo: non ſic tamen ſi eſſent duæ pupillares ſubſtitutiones ſecundum terminos l. qui habebat. ff. de uulg. & pupill. quòd proſequere ut hic per Zas. quem uide. item eſt aduertendū,
222 † quòd dictum eſt, ſubſtitutum pupillariter filio impuberi, qui fuit hæres patri, conſequi adeundo ex ſubſtitutione pupillari etiam bona patris, quia adeo hoc eſt uerū, ut non poſsit ipſe ſubſtitutus impetrare ſeparationem dictorum bonorum paternorum ſcilicet à pupillaribus: quoniam per aditionem filio impuberis omnia bona ſimul commixta fuere, & una cępit eſſe hæreditas ſola l. ſed ſi plures
223 §. filio, ubi eſt caſus ff. de uulg. & pupill. † Verum tamen putat Zas. ſubſtitutum poſſe in hoc reſtitutionem in integrum petere, licet maior ipſe ſit, ex perſona minoris impuberis, cui ſuccedit. per text.

in l.

224 in l.non ſolum ff.de reſtit.in integ. † ubi illud beneficium ſicut mi noribus competit,ita etiam ſuis ſucceſſoribus,& in l.minor autem §.fi.ff.de minor.qua reſtitutione mediante,poſsit impetrare ſepará tioné bonorum paternorum à pupillaribus: & ab illis ſe abſtinere, iſta uerò acquirere. Et iſta eſt communis opinio. quam puto ſatis poſſe defendi ab argumento, quo contra eam utitur Polit. in ſuo tract.in undecimo effectu. dicebat enim ipſe aut preſupponimus ſubſtitutum nondum adiuiſſe, & tunc certum eſt ei non competere reſtitutionem ex perſona impuberis: cum nondum ſit illius hæres, quia illa iura ſupra allegata loquuntur de minore, aut de eius hærede: igitur oportet ut illius hæreditatem adiuerat,aliàs non cõ petet ei reſtitutio in integrũ. aut uero loquimur poſtea quàm fuit factus hæres impuberis: & tunc idem dicendum eſt: quia ſeipſum utrique hæreditati obligauit facto ſuo,non autem impuberis, eius hæreditatem adeundo:ideoq; cum lęſio non proueniat ex facto pu pilli,ſed proprio, non debet ei competere reſtitutio in integrum, ut plenè per ipſum Poli.ſed Zas.huic argumento, reſpondet,ut per eum.tu dic non eſſe uerum,quòd lęſio ei principaliter ex ſuo facto proueniat,ſed immo ex facto impuberis,qui adiuit paternam hære ditatem,ex qua aditione cauſatur læſio:ipſe uerò adeundo non adit principaliter hæreditatem teſtatoris, neque ut illam conſequatur: ſed adit hæreditatem impuberis, & eam conſequi intendit: in qua tamen reperitur etiam hereditas patris propter aditionem per impuberem factam: & ſic factum illud ſuum non erat ad hæreditatis paternæ acquiſitionem ordinatum,meritò non eſt uerùm,quòd fa-
224 cto ſuo principaliter ſit ſibi hæreditas illa quæſita: † attendi enim debet illud,quod principaliter agitur l.ſi quis nec cauſam ff.ſi cert. pet.& ea,quæ in conſequentiam ueniunt,non impediunt l. 1.& ibi
226 not.ff de Aut.tut. † ſi tamen.pupillus,dum uiuebat, abſtinuiſſet ab hæreditate patris tunc nõ eſſet dubium aliquod ſubſtitutum non implicari oneribus teſtatoris adeundo ex pupillari ſubſtitutione,
224 ut eſt tex.in l.paterfamiliàs ff.de priuil. credit. † Sed hinc inſurgit dubitatio, quomodo poterit habere locum ſubſtitutio pupillaris, quæ requirit,ut patris adita ſit hæreditas.l.2.§.1. uer. adeo. & l.ſed ſi plures §.ſi ex aſſe ff. de uulg. & pupill. & fuit dictum ſupra in ſeptima quæſtione principali in ultimo requiſito. in qua difficultate aliqui caſus ſunt conſiderandi: quia aut ipſe ſolus impubes fuit hæres inſtitutus,aut alius cum eo.primo caſu,licet ipſe abſtineret.po teſt tamen ſubſtitutio pupillaris habere locum:quia ſuitas illo caſu operatur confirmationem tabularum pupillarium, licet adita non

fuerit hæreditas patris, per tex. in l. ſi filius, qui patri ff. de uulg. & pu pill. in l. ſi pupillaris aliàs Iulianus, ff. de acquir. hæredit. & in l. pater familiàs ff. de priui. credit. ſecundo caſu, quando non pupillus ſolus fuit hæres inſtitutus, ſed alius cum eo: tunc ſi uterque ex cohæredi bus repudiat non erit locus ſubſtituto, per tex. in d. l. 2. uerſ. adeo. 228 & in l. ſed ſi plures §. ſi ex aſſe. ff. eo. † nec ſuitas iſto caſu poteſt quicquàm operari propter dationem cohæredis extranei, ut tradi tur in d. l. ſi filius, qui patri ff. de uulg. & pupill. & in l. apud Iulianus §. idem Iulianus ff. ad Trebel. ſi uerò impubes ipſe, cui eſt facta ſub ſtitutio, abſtineret, cohæres autem adiret: tunc ſiue ipſe cohæres ſit etiam ſubſtitutus pupillariter, ſiue alius, utrouis caſu dicendum eſt, pupillarem ſubſtitutionem locum habere: quia per aditionem illam confirmatum eſt teſtamentum, & conſequenter etiam tabulę pupillares: & illa portio, in qua impubes fuerat inſtitutus, & à qua abſtinuit, accreſcit cohæredi, iuxta, materiam l. 1. C. quando non petent part. petent. accre. unde hoc caſu puto quòd erit in facultate ſubſtituti, an uellit ex ſubſtitutione pupillari hæres pupillo fieri, uel non, ſiue ipſe ſit tantummodo ſubſtitutus pupillo, ſiue etiam ſit pro parte inſtitutus in hæreditate patris: in iſtis terminis loquendo ſcilicet quando pupillus à ſua portione hæreditatis paternæ, in qua 229 fuerat inſtitutus, abſtinuit. † ſed quando ipſe impubes agnouiſſet portionem ſuam, in qua fuerat inſtitutus a patre, tunc nón poſſet ſubſtitutus, qui fuiſſet etiam datus cohæres impuberi in hæreditate paterna, & eam adiuit, repudiare ex ſubſtitutione pupillari, in qua alia portio eiuſdem hæreditatis paternæ per pupillum agnitæ reperiretur, arg. l. 1. & 2. ff. de acquir. hæredit. & eſt caſus in l. qui dam elogio C. de iure delib. quia non poteſt quis eiuſdem hæreditatis partem quidem agnoſcere, & partem repudiare d. l. 1. & 2. ff. de acquir. hæredit. ideo cum in pupillari hæreditate pars etiam paternæ reperiatur, non debet iſte, qui eiuſdem paternæ partẽ agno uit, poſſe in effectu alterám partem repudiare. ut dicitur in d. l. qui dam elogio: quæ ratio ceſſat, quãdo pupillus à paternis bonis prius 230 abſtinuit. † Verum tamen eſt, quòd Zas. in ſuo tract. hic, & Doctores in d. l. quidam elogio uidentur hoc indiſtinctè intelligere, uidelicet etiam eo caſu, quando pupillus abſtinuit, ut nec tunc poſsit ſubſtitutus pupillarem repudiare, quando partem paternæ hæreditat s, in qua fuerat ipſa inſtitutus, adiuit, quaſi quòd pupillaria bona cenſeantur quodammodo pars hæreditatis paternæ, habito reſpectu quòd eſt idem teſtator, ac unum & idem teſtamentum eſt. ſed tamen tex. in §. igitur inſtit. de pupill. ſubſtit. dicit, quòd licet

unicum poſsit dici teſtamentum, duæ tamen ſunt hæreditates. ideo ſuper hoc cogita. ego uerius puto quòd iſto caſu poſsit ſubſtitu-
231 tus pupilli hæreditatem repudiare p ſupradicta† item circa iſtum effectum, quatenus in principio dictum eſt, ſubſtitutum pupillariter ſuccedere tam in bonis teſtatoris, quàm etiam pupilli, ſi qua bona ipſe aliunde haberet: eſt aduertendum, quia in uno caſu ſingulari hoc non procedit: quòd ſubſtitutio pupillaris trahatur ad omnia bona, ſed tantum modo ad bona pupilli, ut quando ſubſtitutus eſſet talis, qui non poſſet in bonis teſtatoris ſuccedere: & poſſet po-
232 ni exemplum in filio ex concubina nato, † cui non poteſt per patrē relinqui ultra unam unciam exiſtentibus filijs legitimis & naturali bus, ut eſt tex. in l. 2. C. de natural. lib. ſi enim pater ipſum filium na turalem tantum ſubſtituat alij filio legitimo & naturali impuberi pupillariter, qui ipſi patri teſtatori hæres fuerat: ſi quidem eueniat caſus ſubſtitutionis pupillaris, ſuccedet in bonis pupilli, ſi qua habebat propria non tamen in bonis teſtatoris ultra duas uncias hoc
233 autem probatur in l. ſi is qui ex bonis ff. de uulg. & pupill. † Tertius effectus eſt, quòd hæc ſubſtitutio pupillaris excludit matrem ipſius pupilli: adeo ſanè ut nec quęrelam quidem proponere mater poſsit contra hanc ſubſtitutionem uti pręterita, ſiue exhæredata l. Papi-
234 nianus §. ſed nec impuberis ff. de inoff. teſt. † Et hoc nedum procedit in pupillari uerbis ſpecificis, & formalibus facta, ſed etiam in illa, quę eſt facta uerbis generalibus, ut eſt illa, quæ ſub breuiloqua continetur, ut ſi duobus, aut pluribus filijs impuberibus inſtitutis, eos inuicem teſtator ſubſtituat: ſi quidem euenit caſus, ut eorum alter impubes decedat, & ſic fiat locus pupillari ſubſtitutioni, ſuccedet alter ex illa pupillari, excluſa matre, ut eſt caſus in l. lucius, in fi. ff. de uulg. & pupill. & idem quoq; in illa, quæ ſub compendioſa
235 continetur. ut in l. præcibus C. de impub. & alijs ſubſtit. † iſtudq; etiam ampliatur procedere non ſolum quando eſſet ſubſtitutus alius filius, ſed etiam quando penitus extraneus ut in d. l. præcibus C. de impub. & in d. l. Papinianus §. ſed nec impuberis ff. de inoff.
236 teſt. in eorum generalitate. † itē iſtud ampliatur, & declaratur procedere, ut mater exhæredetur, nedum ab uniuerſali ſucceſsione filij ſui uerum etiam ab ipſa legitima, ut probatur in d. §. ſed nec impu-
237 beris & eſt expræſsior text. in c. ſi pater de teſtamen. in 6. † licet hoc rigoroſum uideatur: & eo maximè quia filius, ipſe, ſi quidem poſſet teſtari non poſſet tamen matrem a legitima excludere, niſi cauſa adeſſet, ut eſt tex. in auten. in teſtamento C. ad ſenat. conſ. tertull. & in corpore unde ſumitur: igitur non deberet pariter poſſe ex-

ſe excludi per pupillarem ſubſtitutionem, quæ dicitur teſtamen-
238 tum ipſius filij §.igitur inſtit.de pupill.ſubſtit. ideoque † aliqui dicebant, in foro conſcientiæ, & ſic iure Poli. hoc non procedere quò ad legitimam, quicquid in foro fori ſit. ſed tamen ego indiſtinctè puto iſtud procedere, cum habeamus tex.in d. c. ſi pater, qui hoc expræſſe decidit, non obſtante quòd filius non poſſet, ſi ipſe faceret teſtamentum, matrem a legitima excludere, tamen quando pater pro ipſo facit pupillarem ſubſtitutionem, illud facere poſsit: nam eſt pater, qui uerè facit hanc ſubſtitutionem pupillarem, ut dicitur in d.§.ſed nec impuberis & in d.c.ſi pater: & iſtud eſt propter rigorem patriæ poteſtatis unde non attenditur, neque conſideratur fauor illius mulieris, quæ ipſi teſtatori facienti teſtamentum non eſt mater, ſed uxor: ideo illius perſona non conſideratur hoc caſu,
239 ut in dictis iuribus manifeſte probatur. † Et ideo uana etiam redditur dubitatio illa, an hæc diſpoſitio ſit hodie correcta per illud, quòd in exemplari ſubſtutione habetur in l.humanitatis C.de impub.quòd ſcilicet mater ſit ſubſtituenda. nam correctio eſt euitã-
240 da: † nec intelligenda, niſi ubi expræſſe facta reperitur l.ſancimus C.de teſtam.l. præcipimus in fi. C.de appellat.c.cum expediat, de elect.in 6.cum ſimil. item multæ ſunt differentiæ inter pupillarem, & exemplarem, ut infra uidebimus. præterea eſt tex. in d. c.ſi pater de teſtam. in 6.quòd eſt ius nouiſsimum reſpectu illius l.humanitatis. indiſtinctè igitur concludendum eſt, matrem excludi per pupillarem ſubſtitutionem: neq; diſtinguenda ſunt bona patris à bonis impuberis, ut in iſtis ſaltem ex pura conſcientia ut dicebat Polit.habeat, mater legitimã iſtud enim aduerſatur illis iuribus, uidelicet d. l.Papinianus.§.ſed nec impuberis ff.de inoff.teſt.& d.c. ſi pater. de
241 teſtam.in 6. † Et non ſolum mater, ſed etiam alij aſcendentes excludentur per hanc ſubſtitutionem, ut auia materna, item paterna & pariter auus maternus. immo & paternus, ſi dabitur iſte caſus,
242 † Puta quòd pater emancipet filium, qui quidem emancipatus poſt ea filium ſuſcipiat, eiq; pupillariter ſubſtituat: iſte enim nepos pupillus erit extraneus auo, ut eſt text. in l. ſed ſi hac lege §. ſi filius in fi. ff. de in ius uoc. & ſic non erit in eius poteſtate cer-
243 tè iſte auus pariter excluditur, ad exemplum matris. † Immo etiam pater excluditur, ſi dari caſus iſte poterit, puta ſi auus ex filio emancipato nepotem antea natum in poteſtate retineat, eique pupillariter ſubſtituat, uidetur per eaſdem rationes dicen-
244 dum, patrem excludi, quem caſum ponit Zas. hic. † Sed ego de iſto caſu non parum dubito: quia quando auus moritur, qui fecit pupilla-

245 pupillarem ſubſtitutionem : quòd eſt neceſſarium, ad hoc ut confirmetur teſtamentum : quia ambulatoria eſt uoluntas teſtatoris uſque ad ultimum uitæ ſpiritum l. 3. §. fi. ff. de adimen. leg. not. in l. ſiquis in principio teſtamenti ff. de leg. 3. & eſt tex. in §. poſteriore inſt. quib. mod. teſt. infi. tunc ille nepos, qui illhuc uſq; fuerat in poteſtate aui, incidit nunc in poteſtatem ſui patris, ſi quidem tũc ſuperſtes eſt : nec uideo, quid repugnet : ideo non ualet pupillaris ſubſtitutio: quia non efficitur ſui iuris per mortem teſtatoris ſubſtituentis, prout requiritur, ut eſt tex. in l. 2. in prin. in uer. nepotibus etiam poſſumus ff. de uulg. & pupil. & dictum eſt ſupra in ſe-
246 ptima quæſtione in quarto requiſito † unde puto quòd difficulter dabitur iſte caſus. Et tex. in d. l. ſed ſi hac lege §. ſi filius ff. de in ius uoc. quem ad hoc allegat Zas. nihil facit ad iſtud propoſitum : quia loquitur reſpectu aui, cui nepos natus eſt ex filio antea emancipato : & uerum eſt auo illum dici alienum, ſed non ſic in patre : quia licet eius filius, cum naſcitur, non ſit in illius poteſtate, quia auus uiuebat, tamen non dicitur illi omnino extraneus, cum ex ſuo corpore natus ſit : præſertim cum mortuo auo, reincidat iſte nepos in eius poteſtatem, ut dictum eſt : ideo ſuper hoc caſu cogi-
247 ta. † Iſta autem, quæ dicta ſunt, matrẽ ſcilicet, & iſtos alios aſcẽdentes excludi per ſubſtitutionem pupillarem procedũt in expreſſa uerbis ſpecificis, uel etiam uerbis generalibus, ut eſt illa, quæ in Breuiloqua, aut in compendioſa continetur. quid autem de illa tacita, ſeu præſumpta, ad quam porrigitur expræſſa uulgaris, de qua habetur in l. iam hoc iure ff. de uulg. & pupill. cum ſuis ſimil. An & iſta pariter matrem excludat? de qua re copioſe diſerui ſupra in materia uulgaris in primo effectu, ubi de iure probaui ueriorem eſſe opinionem contra communem, uidelicet quòd mater etiam tunc
248 excludatur. † Et ibi etiam in alio à communi receſsi uidelicet dum Doctores tenentes communem opinionem, quòd mater excludatur. per hanc tacitam pupillarem, dicunt illud ideò eſſe, quia licet contineatur ſub illa expræſſa uulgari, tamen non habet effectum contra matrem illius fauore. ego enim ibi tenui quòd immo nullo caſu contineatur : quia uerba omnino repugnant : ſed eſt lex, quæ ſic mentem teſtatoris interpretando diſponit, ut illa uulgaris, quam fecit teſtator, porrigatur, ſiue trahatur etiam ad caſum pupillaris, qui extitit, & ita loquitur text. in d. l. iam hoc iure & in dict. l. quamuis C. de impub. & alijs ſubſtit. non enim eſſet neceſſe, quòd porrigeretur, ſeu extenderetur, ſi quidem caſus ille ſub expræſſo contineretur, ſed eſt, quia credit

dit lex, quòd ſi caſum hunc teſtator cogitaſſet, ita uero ſimiliter diſpoſiturus fuiſſet, prout ſic etiam interpretatur lex in caſu l. titius §.lucius ff.de liber.& poſt.& not. in l.tale pactum §.fi.ff.de pact.ſed ſi uerum eſſet,quòd contineretur, utiq; non eſſet opus dicere ſi teſtator caſum hunc cogitaſſet,&c. quia uere cogitaſſet. Et rurſus ſi dicimus teſtatorem caſum hunc non cogitaſſe, prout uere non cogitauit,quomodo poſſumus, dicere, quòd contineatur
249 caſus ille, de quo non cogitauit teſtator. † Redeundo igitur ad concluſionem principalem, quòd mater excludatur etiam per iſtã pupillarem a lege ſubintellectam, ſeu præſumptam,prout tenui ſupra in materia uulgaris in dicto primo effectu,addo his,quæ ibi dixi,quòd ſi uideatur alicui rigoroſum,& diurnum admodum quòd mater à luctuoſa hereditate filij excludatur, dico quòd in iſta materia pupillaris ſubſtitutionis rigor à lege ſeruatur etiam in excluſione matris faciẽda,ut patet ex ſupradictis, quia etiam à legitima filij per pupillarem excluditur,ut in d. l. Papinianus §. ſed nec impuberis ff.de inoff.teſt. & in d.c.ſi pater. de teſtam. in 6. Quòd
250 ualde rigoroſum uidetur,tamen lex ita expræſſe decidit. † Præterea diſpoſitio iſta legis trahentis,& porrigẽtis uulgarem expręſſam etiam ad caſum pupillaris ſubſtitutionis, licet non fuerit expræſſus,fundatur in uero ſimili, ſeu præſumpta uoluntate teſtatoris,non autem pupilli:quia credit lex, quòd ſi teſtator caſum hunc exiturum fore cogitaſſet,uidelicet quòd filius ſuus,cui uulgariter ſubſtituit,decederet in pupillari ętate,ita etiam diſpoſuiſſet, & ſic ſubſtitutum pariter in illo caſu uocaſſet prouidendo ipſi pupillo
251 de hærede etiam in illo caſu. † Ab iſta autem præſumptione,quã facit lex fauore pupilli non eſt dicendum, quòd recedat, quando uxor ipſius teſtatoris eſt in medio quia iſta non eſt ſufficiens, aut iuridica cauſa, ut propter uxorem ſuum receſiſſet à fauorabili diſpoſitione filij ſui impuberis: maxime cum dictam uxorem ſuam non ſubſtituit,neq; uocauit, ſed alios: unde non ſolum non apparet,quòd uoluerit magis facere uxori ſuæ,quàm filio,aut eius ſubſtituto,ſed potius totum contrarium.igitur nulla ſubeſt ratio,propter quàm poſsimus dicere legem ceſſare ab iſta interpretatione
252 uoluntatis teſtatoris, quia uxor ipſius ſuperſit. † Quartus effectus pupillaris ſubſtitutionis eſt,quia pater faciendo hanc ſubſtitutionem poteſt facere,quòd pupillus, habeat hæredem ſuum, & neceſſarium, ut in l.2.§.prius,in l.ſed ſi plures quos poſſum ff. de uulg.& pupill.& in l.ſi pupillus,in prin.in uer.ſed quòd in fratre ff.
253 de acquir.hæredit.quòd uidetur mirabile,† ut pupillus,qui non habet,

bet nec habere poteſt filios,aut deſcendentes: neque poteſt in eo conſiderari patria poteſtas, in quibus conſiſtat hæc qualitas ſuorũ hæredum,ut in §.ſui autem inſtit. de hæred.qualit.& differ.cum ſi mil. poſse tamen habere ſuos hæredes. Iſtud autem contingit uir tute patriæ poteſtatis,quam in illum habet eius pater teſtator, pro ut etiam alia inde reſultant, ut quòd mater pupilli per iſtam ſpeciẽ ſubſtitutionis excludatur ab illius ſucceſsione etiam reſpectu legi-
254 timę,ut dictum eſt ſupra in præcedendi effectu. † Et ex hoc ma gnus effectus reſultare poteſt,quia ſic illa hæreditas impuberis po terit tranſmitti ad hæredes ipſius ſubſtituti pupillariter uirtute ſui tatis,iuxta ea,quę habentur in l.1.C.de his qui ante aper.tab. & de hac materia habetur per Bart.in l.ſi filius qui patri ff.de uulg.& pu
255 pull. & alibi etiam per Doctores. † Item ſimiliter poteſt pater ſubſtituendo pupillariter filio ſuo impuberi,ei facere hæredem ne ceſſarium,ut in l.ſi conditioni §. ſi ſeruum,& §.ſeq. ff. de hæredib. inſtit.& in l.ſi ſeruus ff.de uulg.& pupil.& iſtud ſecundum facilius & magis ſecundum regulas iuris procedit. Quoſdam alios effe-
256 ctus cumulant hinc Doctores uide per eos. † Nono quæritur qualiter,ſeu quibus modis extinguatur, aut finiat pupillaris ſubſti
257 tutio; Et hic eſt aduertendum, † quia interdum ipſi pupillari ſub ſtitutioni ab initio,dum fuit facta,non fuerunt adhibita omnia il la requiſita,quę ad eam ſunt neceſſaria: & de quibus diximus ſupra in ſeptima quæſtione: & tunc non propriè dicitur,quòd finiatur: quia ab initio dum fuit facta, ſemper fuit nulla: ideo hæc non eſt materia,quæ hic eſt nunc tractanda, ſed eſt propriè materia illius ſeptimæ quæſtionis, Interdũ uerò ab initio omnia ſolemnia inter uenerunt,& ſic fuit ab initio perfecta:& quæritur quomodo finia tur,aut deſinat:& hæc eſt materia noſtra.glo.in l.in pupillari ff. de uulg.& pupil.ponit ſex modos, quibus hæc ſubſtitutio finitur, ut per eum,& per Bart.ibi tu ex ordine procedendo dicas,quòd quan doque finitur ex perſona ipſius impuberis, cui eſt ſubſtitutio ipſa facta: quandoq; ex perſona teſtantis,& ſic facientis ſubſtitutionẽ: quandoq; ex perſona illius,qui eſt ſubſtitutus: quandoq; ex defe-
258 ctu ipſius diſpoſitionis: † Circa primam ſpetiem,uidelicet ex per ſona impuberis,cui ſubſtituitur,hoc primo cõtingere poteſt,quia ipſe efficiatur pubes,ut eſt tex.in §.qua ratione, in fi.& in §.maſcu
259 lo inſtit.de pupill.& in l.in pupillari ff.eo.tit. † Hoc autem con tingit, cum completus eſt annus quartusdecimus: quia tunc inci pit deſinere eſſe impubes,& incipit tunc eſſe pubes,ut eſt tex.inſti. quib.mod.tut.finitur §.1.facit tex in. l. 3.§.minorem.ff.de minor.

ſufficit autem ipſum tetigiſſe finem dicti quarti decimi anni,& tūc
260 incipit poſſe teſtari,ut dicitur in l.qua ætate ff.de teſtam. † ſecundo finitur ex perſona impuberis, ſi ipſe exeat de poteſtate teſtatoris ſubſtituentis, ut eſt tex. in l. cohæredi §. cum filio, & in l. 2.in
261 prin.ff.de uulg.& pupill. † Quòd intellige ſi exeat de poteſtate teſtatoris,& ultra non reuertatur:ſecus uero ſi iterum in poteſtatem reuertatur, ut probatur in d. §. cum filio. & dixi ſupra in ſeptima quæſtione,in tertio requiſito, in uer. redeundo igitur, ubi ita eſt
262 communis opinio. † Tertiò ex perſona impuberis finitur,ſi uiuo adhuc teſtatore ſubſtituente, reincidit in poteſtatem alterius: uel etiam ſi per mortem ipſius parentis illud contingeret, uidelicet quòd in alterius poteſtatem incideret, ut eſt tex.in l.2.in prin.
263 in uer. nepotibus etiam poſſumus ff.de uulg.& pupill. † Iſtudque etiam procedit,& ſi teſtator miles eſſet,quia nec poterit pupillarem facere ſubſtitutionem illo caſu, quando impubes erat in alterius poteſtatem recaſurus, ita quòd ad ſubſtitutum poſsint bona pupilli ſi quę habebat, pertinere: ſed bene poterit miles facere illi ſubſtitutionem directam militarem ex ſuo priuilegio: in qua uenient bona teſtatoris tantum:de qua directa militari mox dicendum,de hoc autem eſt tex.rationem aſsignās in l.cum filiusfamiliàs ff.de milit. teſt. & hæc pauca quo ad iſtum caſum dicta ſufficiant:
264 qui hodie de raro euenit. † Quartò finitur pupillaris ſubſtitutio ex perſona impuberis,ſi quidem ipſe patiatur capitis diminutionē etiam minimam, puta quòd ſit arrogatus ab aliquo, ut probatur in l. nec ei §. eorum, ibi & ſubſtitutionem à parente factam extin-
265 guere.ff.de adopt. † Verum tamen eſt aduertendum, quia & ſi pupillaris ſubſtitutio illo caſu finiatur, tamen ſubſtituto eſt ſuccurſum per legem, ut conſequi nihilominus bona pupilli poſsit per actionem ex ſtipulatu prouenientem ex ſatiſdatione, quæ eſt eo caſu preſtanda: uel per utilem actionem ex lege prouenientem
266 † ſi ſatiſdatio illa omiſſa fuerit,ut eſt tex.in d.l.nec ei,in ultimis uerbis cum duabus legibus ſequentibus ff. de adopt. de quo text.plura aliquando dixi in l. 1. in prin. ff. de uer. obligat. & hoc idem
266 apertius probatur in l. cauſa cognita ff. de uulg. & pupill. † Quid autem erit, ſi impubes maximam patiatur capitis diminutionem,
267 ut quia deportatus,uel ſeruus pœnę effectus ſit,† Quæ poſſunt etiā in impuberem cadere pubertati tamen proximum, ut eſt tex. in l. pupillū ff.de reg. iur.in l.impuberem ff.de furt.& not.in l.impuberem ff.ad l. cornel. de fal. an igitur finiatur pupillaris ſubſtitutio? & dicendum eſt, illam finiri: illa nempe ratione, quia & ſi pubes

eſſet,

268 eſſet, teſtari tamen ipſe minime poſſet: † Nam teſtamenti factionem amiſit, ut in l. is cui, in prin. & §. 1. ff. teſtam. & in arg. facit text. in §. cum autem inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt ſol. optime probatur in l. ſi arrogati ff. de tut. ubi tutela, quæ pariter eſt
269 ad commodum pupilli: hoc modo finitur. † Licet non omnino tollatur, aut finiatur ſaltem quò ad effectum per minimam capitis diminutionem, ut per arrogationem, prout ſupra dictum fuit. Et ratio differentię poteſt dici, eſt, quia arrogatio fit ad beneficium impuberis; deportatio uerò ad odium propter delictum commiſ-
270 ſum. † Quanuis autem iſtud ſic procedat in pupillari ſubſtitutione non idem tamen eſt in fideicommiſſaria: quia illa non extinguitur, aut finitur, & ſi is, cui fuerat facta dicta ſubſtitutio deportetur, ut probatur in l. ex facto §. ex facto ff. ad Trebell. & in l. Sta
271 tius Florus §. Cornelio felici ff. de iure fiſci. † Ratio autem differentiæ eſt, quia fideicommiſſaria ſubſtitutio fit ad commodum teſtatoris ſubſtituentis, non autem ad commodum illius, cui fit: & in ea ueniunt bona illius tantum, non autem etiam bona eius, cui fit ſubſtitutio ipſa, ut eſt tex. in l. cohæredi §. cum filio ff. de uulg. & pupill. Ille enim, qui per fideicommiſſum ſuccedit, non dicitur ſuccedere ei, cui ipſe fuit immediate ſubſtitutus, ſed primo teſtatori fideicommittenti: ideo non eſt mirum, ſi nihil quò ad hoc conſideratur à lege deportatio, quæ in illius perſona contingit, cui eſt facta ſubſtitutio fideicommiſſaria: cum non ſit ad eius tantum beneficium facta illa diſpoſitio: immo in hoc ei eſt onus,
272 quia non poteſt de illis bonis ultra diſponere. † Secus uerò eſt in omnibus prædictis in pupillari ſubſtitutione: quia primò eſt fauorabilis mere ei, cui fit, ut eſt text. in l. ſi pupillus ff. de acquir. hæredit. ibi impugnat enim utilitatem pupilli &c. Et perpendi adhoc tex. in l. ſi arrogator ff. de adopt. qui tex. utrunq; probat, ut ſupra illum induxi in præcedenti quæſtione in ſecundo effectu, in uer. & nota ſingulariter illum tex. item in ſubſtitutione pupillari impuberis bona ueniunt l. ſed ſi plures §. ad ſubſtitutos ff. de uulg. & pupill. ideo hoc beneficium ipſe amittit pro
273 pter ſuum delictum, quòd commiſit. † Quid autem ſi impubes, cui eſt facta pupillaris ſubſtitutio per patrem, ingrederetur religio
274 nem, an finiatur tunc ipſa ſubſtitutio † Hoc autem ſanè intelligo uidelicet quòd fuerit ingreſſus religionem accedente patris autoritate, & conſenſu, arg. l. Lucius §. pen. ff. ad municip. qui tex. ēt repetitur in l. 1. C. de mun. & honor. non continuan. inter patrem & fil. lib. 10. nam impubes non obligatur religioni c. ad noſtrā,

& c.cum uirum, extra de regul. facit tex. in c. 2. de uoto. uel intellige quando fuit ingreſſus ex permiſsione, ſeu diſpenſatione ſummi Pontificis, arg. l. quidam conſulebant, in fi. ff. de re iud. Dicendum igitur eſt ſubſtitutionem & hoc caſu finiri: nam quẽ admodum & ſi ipſe eſſet maior, inteſtabilis tamen fieret, per ea, quæ habentur in auten. ingreſsi C. de ſac. ſanct. eccleſi. ita etiam de
275 pupillari ſubſtitutione à patre ſibi facta, eſt dicendum † quòd tamẽ eſt intelligendum elapſo anno: quia infra annum poteſt eum pœni
276 tere, ut habetur in c. 2. de regular. † ſed licèt Doctores omnes, quos adhuc uiderim, cum hac concluſione pertranſeant: uidelicet quòd per ingreſſum religionis extinguatur ſubſtitutio pupillaris per ſupradictam rationem, tamen mihi dubitabilis uidetur hæc concluſio: quia ratio ſupra per Doctores allegata non eſt uera: ſed
277 immo potius retorqueri in contrarium poteſt † quemadmodum enim, ſi quis ſibi prius faciat teſtamentum, & poſtmodum religionem ingrediatur, non ideo infringitur eius teſtamentum, ut probatur in auten. ſi qua mulier C. de ſacroſanct. eccl. & in auten. nunc autem C. de epiſcop. & cler. & in corpore unde ſumuntur, Ita nec pupillaris ſubſtitutio filio prius per patrem facta finiri propterea, aut extingui debet: nam bene uerum eſt, quòd poſtquã eſt ingreſſus religionem pupillus, & elapſus eſt annus profeſsionis, non poſſet ei amplius pupillariter ſubſtitui: ſicut nec ipſe ſi maior eſſet, poſſet ultra teſtari d. auten. ingreſsi: ſed quòd ſubſtitutio prius facta tollatur: non reperio in iure probari: nec ratio per Do
278 ctores adducta hoc concludit. † Alia igitur ratione poſſet fortè ſupradicta concluſio confirmari, uidelicet quia per ingreſſum religionis deſinit eſſe in poteſtate patris, & tranſit in alterius ſcilicet monaſterij, uel Abbatis poteſtatem: neque per mortem patris efficitur ſui iuris. Ex quibus inualida redditur pupillaris ſubſtitutio ut probatur in l. cohæredi §. cum filio ff. de uulg. & pupill. & dixi ſupra in ſeptima quæſtione, in quarto, & quinto requiſitis.
279 † Secundo principaliter finitur pupillaris ſubſtitutio ex perſona teſtatoris: idque primo contingere poteſt, ſi fortè teſtator ipſe ob delictum aliquod, aut aliter fuerit deportatus, aut aliàs ſeruus pænę effectus, quibus caſibus irritum omnino fit eius teſtamentum, quòd antea feciſſet: & ſimul cum eo tabulæ pupillares l. ſi quis filio exhæredato §. irritum ff. de iniuſto rupto irritoq; teſt. † Item
280 ſi poſtquàm pupillarem ſubſtitutionem in ſuo teſtamento fecit, aliud deinde ſibi faciat teſtamentum: illud enim præcedens ſimul cum ſubſtitutione pupillari ſic tollitur, ut eſt tex. in l. ſi quis eum

§. fi.

281 §. fi.ff.de uulg. & pupill. † Tertio principaliter finitur ex perſona eius, qui fuit ſubſtitutus: & primò ſi contingat ipſum uiuo teſtare decedere, immo etiam ſi illo iam mortuo, uiuo tamen pupillo
282 decedat, adhuc expirat ſubſtitutio. † Neque tranſmittitur ad hæredes, ut eſt text. in l. ſed ſi plures in princ. ff. de uulg. & pupill.
283 † Secundo ſi ipſe ſubſtitutus intentat bonorum poſſeſsionem contra tabulas aduerſus teſtamentum ſubſtituentis l. is qui contra ta-
284 bulas ff.de uulg.& pupill.† Tertiò finitur, ſi fortè tempore mortis pupilli reperiatur factus incapax ipſe ſubſtitutus, ut quia deportatus, uel alia de cauſa incapax tunc reperiatur, l. ſi is qui hæres ff. de uulg.& pupill.ubi ſi ille, qui fuit inſtitutus hæres ipſi teſtatori, fuerit etiam pupillo fortè exhæredato ſubſtitutus, in totum, uel pro parte, licet tempore mortis teſtatoris, & ſic tempore, quo euenit caſus inſtitutionis repertus fuerit incapax, ut quia fortè deportatus: ſi tamen poſtea tempore, quo pupillus moritur, & ſic quo euenit caſus pupillaris ſubſtitutionis, capax reperitur: ut quia reſtitutus, rectè poterit ex ſubſtitutione ſuccedere: Secus uerò contra, ſi fortè tempore mortis teſtatoris, & ſic tempore inſtitutionis capax repertus fuerit: poſtea uerò tempore mortis pupilli ſit incapax, non ſuccedet ex ipſa ſubſtitutione, quæ ſic euaneſcit.
285 † Et in primo caſu illius legis intellige, quòd alius capax fuerit etiã inſtitutus, & qui adiuerit hæreditatẽ: cum alioquin pupillaris ſubſtitutio euaneſceerat, non adita ex paterno teſtamento hæredita-
286 te l.2.§.adeo illomet tit. & dicemus infra: † Poteſt tamen dari caſus, in quo ſubſtitutus pupillariter, idemq; hæres inſtitutus à teſtatore reperiatur ſemper incapax uniuerſalis ſucceſsionis paternę
287 ſuccedere tamen poſsit ex pupillari ſubſtitutione † ut quia erat filius naturalis tantum cui, alijs exiſtentibus filijs legitimis & naturalibus, non poteſt per patrem relinqui hæres niſi in una uncia tantum, ut eſt tex. in l. 2. C. de natural.liber.& eſt de hoc tex. in l. ſi is qui ex bonis ff. de uulg. & pupill. dixi etiam ſupra in octaua quæ
288 ſtione in ſecundo effectu, in fi. † Quartò principaliter finitur pupillaris ſubſtitutio ratione ipſius diſpoſitionis, ut quia per teſtatorem fuerit ad breuius tempus, quàm pubertatis reſtricta ipſa ſub-
289 ſtutio, illo enim tempore adueniente † licet infra pubertatem, finitur, ut eſt tex. in l. ſi ita quis, & in l. qui plures liberos, in prin. ff. de uulg. & pupill. Poteſt nanq; teſtator reſtringere pupillarem ſubſtitutionem infra tempus pubertatis, iuribus præallegatis: licet non poſsit illam ultra illud tempus protrahære l.in pupillari,& l. uerbis ciuilibus ff. eo.tit.& in §. maſculo inſtit. de pupill.ſubſti.

& proba-

& probatur etiam in l. præcibus C. de impub. & alijs ſubſtit. pulchre declarat iureconſultus in l. ex facta §. item quæro ff. de uulg.
290 & pupill. † Quintò finitur pupillaris ſubſtitutio alijs quibuſdã modis cauſa extrinſecus ſuperueniente, & primo quia hæreditas per hæredem ſcriptum non adeatur l. 2. §. adeo & l. ſed ſi plures §. ſi
291 ex aſſe ff. de uulg. & pupill. † Poſſet tamen tunc duobus modis cõſeruari ſubſtitutio pupillaris, uel per edictum, ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, ut in d. §. adeo declaratur, uel etiam per exiſtentiam ſui hæredis, ut per eam tabulę pupillares conſeruentur, ut habe-
292 tur in l. ſi filius qui patri ff. de uulg. & pupill. † Secundo finitur, ſi poſthumus teſtatori naſcatur, qui erat in teſtamento præteritus
293 † agnatione enim huius poſthumi teſtamentum & omnia tolluntur l. 1. C. de poſthum. hæredib. inſtit. in l. 3. in prin. ff. de iniuſto rupto irritoq; teſt. & inſtit. de exhęr. liber. in §. poſthumi, ubi probatur quòd non ex ſola præteritione poſthumi rumpitur teſtamẽtum, ſed eo ipſo quòd naſcitur: adeo quòd ſi non naſceretur, re-
294 maneret ualidum teſtamentum. † Item tollitur pupillaris ſubſtitutio, ſi alius filius teſtatoris frater impuberis, qui eſſet exhæredatus, intentata quærela, teſtamentum patris euerteret in totum: ſecus uerò ſi pro parte, ut eſt caſus in l. Papinianus §. ſed nec impuberis ff. de in off. teſt. & in l. in ſubſtitutione ff. de uulg. & pupil.
295 † Non ſic autem ſi petita fuerit bonorum poſſeſsio contra tabulas per unum filium præteritum, quia non tollitur propterea pupillaris ſubſtitutio, ut eſt tex. in l. ex duobus §. fi. ff. de uulg. & pu-
296 pill. † Ratio autem diuerſitatis poteſt eſſe, quia bonorum poſſeſſio contra tabulas eſt remedium, ſeu ius prætoris, qui ſicut non poteſt facere hæredem §. quos autem inſtit. de bonor. poſſ. ita nec tollere, aut facere quem deſinere, tanquàm ſit diſpoſitio iuris ciuilis: & ideo tunc legata omnibus ſunt præſtanda in tabulis pupillaribus relicta: illa uerò, quæ ſunt in paterno teſtamento relicta, coniunctis tantum præſtantur, ut in l. & ſi contra ff. de uulg. & pupil.
297 † Ad quem tex. aduerte, dum dicit quòd pupillus petit bonorum poſſeſsionem contra tabulas, quamuis ſit inſtitutus: quia oportet intelligere apertam ſibi fuiſſe uiam per alium filium emancipatum pręteritum, iuxta diſpoſitionem tex. in l. ſi poſt mortem §. fi. ff. de
298 bon. poſſeſſ. contra tab. † Circa tamen rationem ſupra aſsignatam inter quærelam, & bonorum poſſeſsionem contra tabulas, eſt ad-
299 uertendum, quia patitur difficultatem † quoniam immo prætor cum ſuo iure bonorum poſſeſsionis contra tabulas facit hæredem ipſum ſcriptum in teſtamento, contra quem intentatur bonorum

poſſeſsio,

poſſeſsio , deſinere eſſe hæredem ſaltem quò ad effectum : ideoq;
idem de ſubſtituto pupillariter dici deberet : unde pro ratione il-
300 lius differentiæ cogitabis . † Quid autem ſi impubes filios ſuſci-
piat , ut quia malitia ſuppleat ætatem , prout dicitur in c. illis de
301 deſponſat. impub. an ſic ceſſabit pupillaris ſubſtitutio . † Et puto
proculdubio ipſam & hoc modo finiri : licet enim hoc ſit mirabi-
le , quòd impubes filios ſuſcipiat , tamen lex nihil reſpuit ex his ,
quæ à natura gignuntur , ut dicit tex. in l. ſi maior C. de legit. hæ-
redib. & ad hoc facit optime text. in l. ex facto ubi ferè deciditur
caſus iſte ff. de uulga. & pupill. facit etiam Deciſio tex. in l. ſi un-
quam C. de reuocan. donat. in l. cum auus ff. de condit. & demõ-
ſtrat. in l. cum acutiſsimi C. de fideicom. & in l. generaliter C. de
inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. Et iſta ſufficiant quo ad pupilla-
rem ſubſtitutionem .

EXEMPLARIS.

SVMMARIVM.

1 *De exemplari in tribus tantum iuribus ſit mentio .*

2 *Exemplaris ſubſtitutionis difinitio , & num. 4.*

3 *Difinitio quid continere debeat , ut bona ſit .*

5 *Exemplaris ſubſtitutio unde , & cur ſic appelletur ?*

6 *Exemplaris non recte uidetur ſic appellata .*

7 *Exemplar , & exemplum quidnam dicatur ?*

8 *Quotuplex ſit exemplaris ſubſtitutio .*

9 *Subſtitutiones , quæ in reciproca, aut compendioſa continentur : dicuntur rectius tacitæ , quàm expræſſæ.*

10 *An quemadmodum uulgaris porrigitur ad pupillarem tacitam , ſiue præſumptam : ita etiam porrigatur ad præſumptam exemplarem , ubi quòd porrigitur .*

11 *Vbi militat eadem ratio , ibi idem ius ſtatui debet .*

12 *Lex porrigit uulgarem expræſſam ad tacitam pupillarem & ad exemplarem, tanquàm teſtator caſum hunc non cogitauerit .*

13 *Pupillaris expræſſa non porrigitur ad exemplarem , ſicut porrigitur da uulgarem .*

14 *Teſtator , quando pupillariter ſubſtituit , non cenſetur uelle ſuam diſpoſitionem ultra tempus pubertatis porrigi .*

15 *Sub-*

15 *Subſtitutio pupillo facta non reſtricta ad pupillarem ætatem non dicitur ſimpliciter pupillaris.*
16 *Si pupillo eidemq; furioſo ſubſtituatur, non habebit locum exemplaris, ſcilicet pupillaris ſubſtitutio.*
17 *Qualitas naturalis potius, quàm accidentalis attenditur.*
18 *Exemplaris facta in uno caſu trahitur etiam ad alium ſimilem rationem habentem, ſicut uulgaris.*
19 *Lex trahit ſubſtitutionem in uno caſu factam ad alium, licet diuerſam ſpetiem ſubſtitutionis conſtituat, quàm ſit illa, quæ in expreſſo ineſt.*
20 *Quo iure fuerit introducta exemplaris ſubſtitutio.*
21 *Qua de cauſa fuerit exemplrris ſubſtitutio introducta.*
22 *An ſit propria ſpeties ſubſtitutionis.*
23 *Quibus fieri hæc ſubſtitutio poſſit.*
24 *In hac ſubſtitutione non ſit uis, an ſint in poteſtate uel ne.*
25 *Mater non habet filios in poteſtate, & nu. 41.*
26 *Liberis etiam ligitimatis fieri hæc ſubſtitutio poteſt.*
27 *Filijs ligitimis tantum an fieri hæc ſubſtitutio poſſit, & nu. 31. & 33.*
28 *Filijs naturalibus tantum an fieri hæc ſubſtitutio poſſit.*
29 *Lex aliquando faciēs mentionem de filijs uult ut intelligatur etiam de naturalibus tantum.*
30 *In ſubſtitutione exemplari non attenditur rigor iuris ciuilis, ſcilicet potius ratio humanitatis.*
32 *Filius naturalis tantum non poteſt uniuerſaliter ſuccedere patri.*
34 *Lex humanitatis C. de impub. & alijs ſubſtit.*
35 *Exemplaris ſubſtitutio fieri non poteſt filio ſanæ mentis, ſub iſta conditione, ſi in ſanus fiet.*
36 *Exemplaris ſubſtitutio fieri non poteſt mentecapto quando ipſe dum ſanus eſſet, ſibi teſtamentum feciſſet.*
37 *Inducta ad fauorem non debent in odium retorqueri.*
38 *Si ante arrogatus ſit etiam pupillus, non poteſt illi fieri exemplaris ſubſtitutio, infra pubertatem.*
39 *Remedium extraordinarium ceſſat, ubi habet locum ordinarium.*
40 *Exemplaris ſubſtitutio à matre fieri poteſt etiam infra pubertatem, ſecus in patre ut ſupra nu. 38. & hic de ratione.*
42 *Spurijs fieri non poteſt exemplaris ſubſtitutio à patre, nec etiam à matre quicquid in matre Polit. dixerit.*
43 *Spurij nec nomen filiorum habent: nec parentibus ſuccedere poſſunt.*
44 *Qui poſſint exemplarem ſubſtitutionem facere.*
45 *Parentum appellatione omnes deſcendentes ueniunt.*
46 *Mater, ſi eſt turpis & impudicæ uitæ non poteſt hanc ſubſtitutionem facere:*

e:re, & quid in patre ſinilis uitæ.

47 *Mater tranſiens ad ſecundas nuptias non poteſt exemplarem facere ſubſtitutionem.*

48 *Lex non confidit de matre reſpectu filiorum quando tranſiuit ad ſecunda uota. Ideo tutela ei non concedit.*

49 *Exemplaris ſubſtitutio à matre facta nõ tollitur ipſa tranſeunte ad ſecundas nuptias niſi tamen ſubeſſet ſuſpitio quòd eſſet in fraudem facta, nu. ſeq.*

51 *Caſus in quo quis poteſt: cum duobus teſtamentis decedere ſecundum Doctores: licet ego contra ſententiam, nu. 53.*

52 *Si fiat ſubſtitutio exemplaris a patre item & à matre, quomodo admittentur ſubſtituti.*

54 *Tex. in l. humanitatis C. de impub. & alijs ſubſtitutio declaratur, & nume. 57.*

55 *Pater matri præfetur in prouidendo filijs & de illo lex magis confidit.*

56 *Tutor à patre datus non eget confirmatione, ſecus ſi à matre.*

98 *Quæ eſt ratio quòd mater ſubſtituere poteſt exemplariter non autem pupillariter.*

59 *Diuerſis rationibus, ſeu cauſis introducta fuit exemplaris ſubſtitutio, & pupillaris.*

60 *Filius an poßit parenti furioſo exemplariter ſubſtituere.*

61 *Adminiſtratio bonorum patris inhabilis poteſt filio committi, non ſic autem diſpoſitio ex ultima uoluntate.*

62 *Nemo ſeipſum ſubſtituere poteſt.*

63 *Qui poßint exemplariter ſubſtitui.*

64 *Quibus uerbis ſubſtitutio exemplaris fiat.*

65 *Quæ requirantur ad hanc ſubſtitutionem.*

66 *Exemplaris ſubſtitutio non poteſt fieri, niſi filijs aut deſcendentibus teſtatoris.*

67 *Item furioſis aut mente captis &c.*

68 *Exemplaris ſubſtitutio an impuberi furioſo fieri poßit.*

69 *Qualitas naturalis potius, quàm accidentalis attenditur.*

70 *Tex. in l. qui habent ff. de Tut.*

71 *Lex Centurio ff. de uulg. & pupill.*

72 *Teſtamentum militis ualet iure militari, quando illo iure uti uoluit.*

73 *Exemplaris ſubſtitutio expræſſa an, & quando porrigatur ad tacitam pupillarem.*

74 *Lex iam hoc iure ff. de uulg. & pupill. ceſſat, ubi locum habet expræſſa diſpoſitio teſtatoris.*

75 *Tex. in §. qua ratione inſtit. de pupill. ſubſtit. & num. 77.*

76 *Dictionis implicatiuæ natura eſt exprimere caſum magis dubitabilem &*

implicare caſum minus dubitabilem.

78 *Puberi directa ſubſtitutio fieri regulariter non poteſt.*

79 *Exemplaris ſubſtitutio tandiu locum habet, quandiu durat furor.*

80 *Filij aut deſcendentes alij ipſius furioſi ſunt inſtituendi, ſi extent, aliàs eis deficientibus fratres, & demum his etiam ceſſantibus, quicunque extranei.*

81 *Qui facit exemplarem ſubſtitutionem debet ſibi hæredem inſtituere, ut in pupillari.*

82 *Item requiritur quòd hæreditas adeatur, ut & in pupillari:*

83 *Furioſus quomodo adire hæreditatem poßit.*

84 *Legitima ſaltem eſt relinquenda furioſo, ut ei exemplariter ſubſtitui poßit.*

85 *Exhæredato fieri exemplaris ſubſtitutio non poteſt ſecundum Doctores, quicquid in pupillari olim eſſet ego contra puto, nu. 89. & 108.*

86 *Quæ ſit ratio differentiæ.*

87 *Non eſt uulnus uulnerato addendum.*

89 *Exhæredari etiam furioſus poteſt.*

90 *Tex. in l. humanitatis C. de impub. & num. 108.*

91 *Effectus exemplaris ſubſtitutionis eſt ut ad omnia bona furioſi trahatur, quemadmodum pupillaris.*

92 *Exemplaris ſubſtitutio filio arrogato facta trahit ad bona ab arrogatore prouenientia tantum.*

93 *Exemplaris expræſſa continetur tacitam uulgarem, ſeu ad illam porrigitur: & quomodo intelligatur nu. ſeq.*

95 *Exemplaris expreſſa licet ad tacitum uulgarem porrigatur: non tamen porrigitur ad tacitam pupillarem. Et de ratione diuerſitatis.*

96 *Vbi adeſt prouiſio hominis, ibi ceſſat prouiſio legis.*

97 *Exemplaris expræſſa matrem excludit ſicut etiam pupillaris expræſſa.*

98 *Mater idem ius in ſucceßione filij habet quod habet pater, & quomodo procedat.*

99 *Exemplaris tacita an excludat matrem?*

100 *Exemplaris ſubſtitutio in quibus differt à pupillari.*

101 *Exemplaris ſubſtitutio iure ſcripto, pupillaris autem moribus fuit introducta.*

102 *Exemplaris filijs tam puberibus quàm impuberibus fieri poteſt licet pupillaris impuberibus tantum.*

103 *Item tam exiſtentibus in poteſtate, quàm emancipatis, & illis, qui nunquàm in poteſtate fuere pupillaris autem exiſtentibus in poteſtate tantum.*

104 *Item iſta tam à matre, quàm à patre fit licet pupillaris à patre tantum uel ab illa linea deſcendentibus.*

105 In

105 *In exemplari filij primum, deinde fratres furioſi ante extraneos ſunt ſubſtituendi, non ſic in pupillari.*
106 *Item iſta non reſtringitur ad certum tempus niſi uſque quo ſanus fiat, pupillaris uerò uſque ad annum XIII.*
109 *Quod nullum eſt, rumpi non poteſt.*
110 *Exemplaris poteſt exhæredato fieri, pupillaris uerò non poteſt hodie & nume. 112.*
111 *Pupillus hodie exhæredari non poteſt.*
113 *Exemplaris extingui poteſt per ſuperuenientiam filiorum, non ſic in pupillari quia impubes filios ſuſcipere non poteſt.*
114 *Exemplaris tollitur non ſolum ſi ei naſcatur filius, ſed etiam ſi frater non ſic in pupillari, niſi frater per quærelam in totum euertat teſtamen.*
115 *Quomodo finiatur exemplaris ſubſtitutio, & primò ſi ſanæ mentis efficiatur.*
116 *Si furioſus reſiſpiſcat, & mox iterum furioſus efficeretur an conualeſcat exemplaris ſubſtitutio.*
117 *Teſtamentum ſortitur effectum ſuum tempore mortis teſtatoris.*
118 *Non attenditur quid medio tempore euenerit.*
119 *Exemplaris ſubſtitutio finitur ſi furioſo naſcatur filius.*
120 *Si filius naturalis tantum furioſo naſcatur, an exemplaris ſubſtitutio extinguatur, & nu. 123.*
121 *Furioſus matrimonium contrahære non poteſt.*
122 *Durat tamen matrimonium ante furorem contractum, & filij ligitimi naſcuntur.*

1 TErtia ſpeties ſubſtitutionis eſt, quæ exemplaris appellatur. † de qua quidem ſubſtitutione in tribus tantum locis iuris ciuilis habetur mentio, uidelicet in l. ex facto ff. de uulg. & pupill. ubi Bar. plenè de hac materia tractat. item. in l. humanitatis C. de impub. & alijs ſubſtit. item in §. qua ratione inſtit. de pupil. ſubſtit. Materiam autem huius ſubſtitutionis hoc ordine pertractabo. Primò enim uidendum eſt, quid ſit ſubſtitutio exēplaris? Secundo unde ſic appelletur? Tertio quotuplex ſit Quartò quo iure fuerit introducta? Quintò qua de cauſa? Sextò an ſit propria ſpeties ſubſtitutionis? Septimò quibus fieri hæc ſubſtitutio poſsit? Octauò qui poſsint hanc ſubſtitutionem facere? Nonò an omnes paſsim in ea ſubſtitui poſsint, & qui? Decimò quibus uerbis fiat? Vndecimò quæ requirantur ad hanc ſubſtitutionem? Duodecimò qui ſint eius effectus Tertiodecimò in quibus diffe-

rat à pupillari? Decimoquartò, & ultimo quomodo finiatur? quibus explicitis, ſatis remanebit dilucidata materia huius ſubſtitutio
2 nis. † Redeundo igitur ad primam, uidelicet quid ſit exemplaris ſubſtitutio reperio quòd Zaſ. in d. §. qua ratione inſtit. de pu-
3 pill. dicit, quòd eſt illa, quæ fit furioſis, uel mente captis: † Sed iſta non eſt diffinitio: cum non ponat ſubſtantialia rei difinitæ, neque etiam differentias ſpecificas & neceſſarias, prout requiritur, & ſupra in præludijs, & alibi etiam dixi. ſed eſt potius deſcriptio, ſeu declaratio quædam. Polit. in ſuo tract. dum de hac ſubſtitutione loquitur, ſic eam diffinit, quòd eſt teſtamentum, quòd fit à parẽte pro liberis carẽtibus ea factione cauſa furoris, aut ſimilis morbi, ſeu ui-
4 tij, ut per eum. ego uerò ſic eam diffinirem. † Quòd eſt ſubſtitutio quæ à parentibus liberis mente captis fit de filijs, aut fratribus, uel de alio quolibet, illis non exiſtentibus. & iſta diffinitio, ſi recte conſiderabis, ponint ſubſtantialia rei diffinitæ: & conſtat ex genere & differẽtijs, prout iſta ſunt neceſſaria, adhoc ut diffinitio ſit bona, ut
5 aliàs pluries dixi, nunc non inſiſto. † Secundo quęro unde, & cur ſic appelletur exemplaris ſubſtitutio? ad quòd pro reſponſione dicendum eſt in primis, quòd iſtud nomen exemplaris ſubſtitutionis non eſt nòmen à lege impoſitũ, ſed fuit magiſtraliter à Doctoribus introductum deſumptum tamẽ ab, eo quòd dicitur in §. qua ratione, inſtit. de pupill. ſubſtit. ubi bis, uel ter dicitur, iſtam ſubſtitutionem, quæ liberis mente captis à parentibus fit, ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis inductam fuiſſe: idemq; dicitur in d. l. humanitatis C. de impub. & alijs ſubſtit. inde ergo, & per hanc rationem, uidelicet quia ad exemplum pupillaris in illis legibus introducta dicitur, fuit poſtmodum exemplaris nuncupata per Do-
6 ctores. † Sed hic mouetur difficultas quædam, quia non rectè uidetur exemplaris denominata, ſed potiùs exemplata dici debue-
7 rit: † quia exemplar dicitur illud, ex quo aliquid deſumitur: deſumptum autem dicitur exemplum. ut in l. 1. §. ſi quis in duobus ff. de bonor. poſſeſ. ſecundum tab. & in l. 2. ff. de fide inſtr. ſed nominis impoſitio fit ad beneplacitum, ut traditur in rub. ff. ſoluto matr. ideo non eſt ſuper his inſtandum: hoc tantum dico, quòd exemplum, ſeu exemplatum reſpectu exemplaris dicitur quando exemplum per omnia idem continet, quòd ipſum exemplar: nec conſtituit quid diuerſum ab illo, ſed eſt illudmet cum ipſo exemplari. at ſecus in caſu noſtro: quia licet hæc ſubſtitutio ſit introducta ad exẽplum, hoc eſt ad ſimilitudinem pupillaris, tamen non eſt illamet ſubſtitutio in ſpetie: ſed eſt ſpecies ab illa diuerſa, licet illis ſimilis

ideo

ideo non rectè fuiſſet dicta exemplata: quemadmodum ſcriptura ab originali, ſeu ab exemplari deſumpta exemplum dicitur.

8 † Tertiò quæritur quotuplex ſit. Et puto quòd duplex dici deberet uidelicet expræſſa, & tacita: expræſſa autem eſt illa, quæ uerbis perſpicuis & formalibus fit, quando ſcilicet furioſo ſubſtituitur ſub illis uerbis, ſi in fruore deceſſerit, ſeu antequam ſanę mentis factus

9 fuerit, ſecundum ea quæ habentur in ſupradictis iuribus † tacita uerò eſt, quæ continetur in reciproca, & in compēdioſa: in quibus ob uerborum generalitatem poteſt etiā iſtam comprehendi, ſi quidem ſit ei, qui eſt furioſus: licet Bart. appellat. ſubſtitutiones, quæ in breuiloqua & in compendioſa continentur, expræſsis uerbis generalibus: tamen mihi rectius uidentur dici tacitæ: cum uerum ſit eas non dici expræſſas: quia caſus exemplaris non exprimitur magis, quàm alij caſus, de qua tamen relatiuè tractabimus infra in

10 materia reciprocæ. ut compendioſæ. † nunquid autem quemadmodum uulgaris porrigitur ad pupillarem tacitam, ſeu præſumptam, ut in l. iam hoc iure ff. de uulg. & pupill. cum ſimil. ita etiam porrigatur ad iſtam exemplarem? Et licet non reperiatur lex aliqua de hoc in ſpetie loquens tamen proculdubio crederem etiam de iſta idem dicendum quòd de pupillari dicitur: quia nullam in hoc uideo rationem diuerſitatis: ſi enim lex ita interprætatur mentem teſtatoris, quòd ſi caſum illum pupillaris cogitaſſet, idem fuiſſet diſpoſitiuus, licet caſum uulgaris tantummodo expræſſerit: cur non idem quoque dicemus & de iſto caſu? nulla certe probabilis ratio

11 diuerſitatis adduci poſſe uidetur: † Ideoq; idem ius ſtatui debere dicamus, iuribus uulgatis, & l. 3. §. poſthumos, in fi. ff. de iniuſto rupto. irritoq; teſt. & iſtud puto procedere, non ſolum ſi tunc tempore factæ ſubſtitutionis ille erat mente captus, ſed etiam ſi poſt ſuperueniat morbus, de quo tamen uidetur dubitaſſe Bart. in d. l. ex facto in quinta col. uer. quæro ergo utrum in uulgari expræſſa. nec quicquam obſtat illa ratio, caſum aduerſamq; fortunam expectare non debemus &c. l. inter ſtipulantem §. ſacram ff. de uerb.

12 obligat. † quia non eſt uerum, quòd expectemus caſum iſtum furoris ſuperuenientis: immo uero dicimus teſtatorem caſum iſtum non cogitaſſe, & quòd ſi cogitaſſet, ita fuiſſet diſpoſitiuus: & in hoc fundatur diſpoſitio illa dictæ l. iam hoc iure glo. in l. tale pactum § ſi ff. de pact. & iſtud indiſtincte procedit, ſiue tempore factæ ſubſtitutionis eſſet in furore, ſiue etiā poſt ſuperuenerit furor. item intelligo iſtud procedere ſiue mater ſit in medio, ſiue non, ſecundum ea quę ſupradicta ſunt in materia tacitæ pupillaris. quid

autem

13 autem de pupillari ? † an quemadmodum trahitur ad caſum uulgaris, ſi quidem euenit, ut in d.l.iam hoc iure ſecundum uerum intellectum, ut ſupra dixi quicquid in contrarium dixerit Polit. ita pariter trahetur ad caſum exemplaris ſi ille eueniat. In hoc enim ego non parum dubito, licet abſolute iſtud admiſerim in uulga-
14 ri, ut pariter ad exemplarem trahatur: † ratio autem dubitationis eſt, quia pupillaris expræſſa eſt per teſtatorem reſtricta ad certũ tempus, uidelicet pupillaris ætatis, & ultra porrigi nullo modo poteſt illa diſpoſitio l.in pupillari ff.de uulg. & pupill.cum ergo adueniente illo tempore expiret tota illa diſpoſirio per teſtatorem expræſſa, non poteſt ſubſiſtere tacita, aut præſumpta: quia teſtator ultra illud tempus noluit diſponere ſubſtituendo: ideo non poſſumus hic dicere, ſi teſtator caſum hunc cogitaſſet, uidelicet quòd ille efficeretur inſanus, aut mente captus: uel etiam ſi tempore teſtamenti talis erat, & decederet in furore poſt pubertatem, quòd ita fuiſſet ueroſimiliter diſpoſiturus, & ſic quòd ſubſtitutioni locus ſit: quoniam, ut dixi, ſuam diſpoſitionem expræſſe uſq; ad tempus tantum pubertatis reſtrinxerit. Ad quòd facit tex. in l. ſi ita. quis ff.de uulg.& puipll.per quem tex.ita concludit Bart. in d.l.ex facto, col. 5. uer. quęro utrum in expræſſa pupillari, ubi expræſſe uult hoc quãdo pupillaris fuit reſtricta ad tempus pubertatis: ſecus uerò eſſet, ſi non fuiſſet reſtricta, ſed ſimpliciter facta reperiretur.
15 Verum tunc non eſſet pupillaris, † ſed potius compendioſa. *ut per* Polit.hic in 1.col.uer.circa quintum: de quo ego dixi *ſupra in materia* pupillaris. ipſe tamen Polit.uult, quòd etiam quando pupillaris eſt reſtricta, contineatur etiam exemplaris. ſed eius opinio mihi non probatur, per ſupradicta: aut etiam uolumus quòd caſus eueniat poſt pubertatem, aut infra: ſi euenit poſt pubertatem: nõ poteſt habere locum tacita, ſiue præſumpta exemplaris: cum ſimus in caſu claro, quòd teſtator noluit illo tempore ſubſtitutionem fa-
16 cere: quia uſque ad tempus pubertatis tantum ſubſtituit. † Si uerò uolumus caſum exemplaris ſubſtitutionis eueniſſe infra tempus pubertatis, adhuc pariter non poteſt habere locum tacita, aut præſumpta exemplaris: quia erimus in caſu expræſſę pupillaris: ideo illa non erit in conſideratione, tum quia expræſſum facit cæſſare taci-
17 tum d. l. cum ex filio §. filio impuberi ff. de uulg. & pupill. † tum etiam quia quando ſimul concurrunt qualitas naturalis, & qualitas accidentalis, attendi debet naturalis, ſepoſita accidentali, caſus eſt in l.qui habent ff.de tut. Concludo igitur, quòd licet uulgaris expræſſa ſicut porrigitur ad pupillarem tacitam ſeu præſumptam, ita etiam

etiam porrigetur ad exemplarem,tacitam ſiue præſumptam , ſi caſus eueniat,propter identitatem rationis. ſecus tamen eſt in pupillari expræſſa:quia licet ipſa porrigatur ad uulgarem præſumptã per d.l.iam hoc iure , non tamen porrigetur ad exemplarem præſumptam,ſeu tacitam per ſupradicta.uide tamen,quæ dicentur infra in
18 undecima quæſtione,in uer. † ſed tamen circa prædictum requiſitum . Item dico quòd exmplaris ſubſtitutio facta in unum caſum trahitur etiam ad alium ſimilem,& eandem rationem habentem: ſicút uulgaris facta in uno caſu trahitur ad alium,ut in l. gallus . §.& quid ſi tantum ubi uerificatur ubi . Doctores ff. de liber. & poſt-
19 hum. † Immo lex etiam trahit ſubſtitutionem factam in uno caſu ad alium , etiam quòd ille alius ad quem trahitur conſtituat aliam ſpetiem ſubſtitutionis diuerſam ab illa,de qua in caſu expræſſo per teſtatorem,ut eſt caſus in d.l.iam hoc iure,cum ſuis ſimil.& dixi ſupra in materia uulgaris ſubſtitutionis. eodem ergo modo hoc erit dicendum in exemplari,ut trahatur de caſu ad caſum ſimilem, maximè cum non egrediatur eandemmet ſpetiem ſubſtitutionis:quia ſemper erit exemplaris . nec poteſt reddi ratio diuerſitatis in hoc inter uulgarem , & hanc exemplarem . idque etiam uoluit Bart. in d.l.ex facto,in ſexta col.uer. quæro ergo . licet eam appellet exem
20 plarem partim tacitam, & partim expræſſam . † Quartò quæritur, quo iure fuerit hæc ſubſtitutio introducta? Et dicendum eſt,quòd ſine dubio de iure ciuili ſcripto introducta ſit:licet pupillaris fuerit moribus primum introducta,ut in l. 2 .ff.de uulg.& pupill.& uidimus ſupra . probatur autem hoc in l. ex facto ff. de uulg. & pupill.ubi primum Paulus Iureconſultus meminit de iſta ſubſtitutione:& in l.humanitatis C. de impub. & alijs ſubſtit.ubi Iuſtinianus Imperator tradit formalem doctrinam in conficienda hac ſubſtitutione.& nouiſsimè in §.qua ratione,inſtit.de pupill.ſubſtit.unde dico quòd etiam de iure digeſtorum notus erat iſte ſubſtituendi modus & illo etiam iure potuiſſet exemplaris fieri ſubſtitutio . ut in d. l. ex facto, in uerſi. nam & ſi furioſo : ſed forma poſtmodum
21 fuit addita per imperatorem in dictis duobus iuribus. † Quintò quæritur , qua de cauſa fuerit hæc ſubſtitutio introducta ? & dic quòd , ſi cauſam in genere conſiderare uelimus , dicemus eandemmet cauſa iſtam fuiſſe introductã,qua & pupillaris : ſi uerò cauſam in ſpetie conſideremus,tunc non eadem, ſed ſimili cauſa , qua pupillaris, fuit introducta: nam quemadmodum moribus hominum primũ ſuccurſum fuit pupillo, quia nõ poteſt ſibi de hærede prouidere,ut patrem illi pupillariter ſubſtituere poſsit,d.l. 2.ff.de uulg.

& pupill.

& pupill. ita etiam, & per eandem rationem lege cautum fuit, ut parentes filijs furioſis exemplariter ſubſtituant: quia pariter nec ipſi poſſunt ſibi de hærede prouidere, ſicut in pupillo, & ſic cauſa in genere conſiderata eſt eadem, in ſpetie uerò conſiderata eſt ſimilis, quia pupillus ob defectum ætatis teſtari prohibetur furioſus uerò propter accidens ſuperueniens, & ſic propter furorem: & ſic non eſt idemmet impedimentum, ſed ſimile, ut probatur hoc in §. præterea & §. ſeq. inſtit. quib. non eſt permiſſum fac. teſt. iura ergo ad id ſtatuẽdum adducta fuerũt ut ſcilicet exẽplariter ſubſtitui poſsit, ex diſpoſitione illa, qua permiſſum iam fuerat impuberibus poſſe ſubſtitui d. l. ex facto ff. de uulg. & pupill. d. l. humanitatis C. de impub. & alijs ſubſtit. & d §. qua ratione, inſtit. de pupill. ſubſti. humanitati enim, ut benignitati congruere uiſum fuit, ut ſuccurratur ei, qui ob infortunium teſtari non poteſt, ſicuti & impuberi fuerat ſuccurſum, qui propter ætatis defectum teſtari pariter nõ poterat.

22 † Sextò quæritur, an ſit propria ſpecies ſubſtitutionis? in quo licet aliquibus uidebatur eam non eſſe propria in ſpetiem, quaſi quòd protrahatur ex ipſa pupillari, & ſic uideatur quodammodo extenſio quędam de illa ſubſtitutione pupillari etiam ad iſtum caſum, ut in d. l. humanitatis, & in d. §. qua ratione: tamen ueritas eſt, quòd ſit ſpecies omnino ſeparata, & diuerſa ab alijs, & ab ipſa etiam pupillari: licet ad illius exemplum fuerit inducta: diuerſę enim qualitates, item diuerſa nomina arguunt eas eſſe ſpecies differentes, & diuerſas, arg. l. ſi idem C. de codicillis. & apertius hoc apparebit ex multis differentijs, quæ infra ponentur in duodecima quæſtione.

23 † Septimò quæritur quibus nam fieri exemplaris ſubſtitutio poſsit? & dicendum quidem eſt, quòd filijs, nepotibus, pronepotibus & deinceps omnibus deſcendentibus utriuſque ſexus fieri poſsit, ut in d. l. humanitatis C. de impub. & alijs ſubſtit. & in §. qua ratione inſtit. de pupill. ſubſtit.

24 † Nec ſit uis, an ſint in poteſtate, uel emancipati quòd apparet, quia etiam mater, poteſt hanc

25 ſubſtitutionem facere, ut in ſequenti quæſtione dicemus. † quæ non habet liberos in poteſtate l. illud §. ad teſtamenta fœminarum ff. de bon. poſſeſſ. contra tab. & in §. fœminas, inſtit. de adopt. facit l. nulla ff. de ſuis & legit. Liberis ergo fieri hæc ſubſtitutio poteſt, & ſine dubio illis, qui ſunt legitimi & naturales:

26 † ſed & legitimatis fieri eam quoq; poſſe arbitror, per ea, quæ ſupra dixi in materia pupillaris, in ſeptima quæſtione, in primo requiſito.

27 † Illis uerò liberis, qui legitimi tantum ſunt, ut adoptiui, olim quidem puto quòd fieri poterat, ſicuti etiam pupillaris poterat, ut eſt

tex. in

tex.in l.ſed ſi plures §.in arrogato ff.de uulg.& pupill. & in l. ſi arrogato ff.de adopt.ad cuius exemplum iſta fuit introducta. hodie uerò poterit fieri ſecundum diſtinctionem text. in l. cum in adoptiuis C.de adopt.& §.ſed hodie inſtit. eo.tit.†

28 Filijs uerò naturalibus tantum puto etiam fieri eam poſſe, prout ſic etiam tenuit Bart.in d.l.ex facto col.3.uerſi. ſed quæro de quibus liberis: Cum enim non ſit neceſſaria patria poteſtas,& ideo mater poteſt ſic ſubſtituere,licet filios non habeat in poteſtate, d.l. humanitatis & ſupra dictum eſt: ita etiam è conuerſo dicemus ut filijs naturalibus, licet nõ ſint in poteſtate:ſubſtitui tamen exemplariter eis poſsit,ſi quidem furioſi ſint,cum eadem ratio humanitatis ſit conſiderabilis ob illius infortunium: unde ratio ſuadet, ut diſpoſitio illarum legum concedentium poteſtatem parentibus liberis furioſis exemplariter ſubſtituendi,trahatur etiam,& uerificetur in filijs naturalibus tantum.præſertim cum in eis nihil repugnat: †

29 Prout etiam idem in alio ſimili caſu fieri per legem uidemus, uidelicet in l. generaliter §.cum autem C.de inſtit.& ſubſtit. ſub condit. factis ubi imperator declarat diſpoſitionem legis cum auus ff. de condit. & demonſtrat. quæ de liberis ſimpliter loquebatur habere etiam locum in naturalibus tantum: quia & in eis eademmet ratio militat. ergo idem in caſu noſtro:†

30 Quia in ſubſtitutione exemplari non attenditur,neque conſideretur rigor iuris ciuilis, ſed mera ratio naturalis,& cauſa pietatis: apparet,quia patria poteſtas non attenditur,d.l.humanitatis(quicquid ſit de pupillari) †

31 Verum tamen eſt quòd Ang.Ioan.de Imo.Alex. Aret. & alij communiter contrariũ tenent,ut refert Polit.in ſuo tract.dum de iſta ſubſtitutione loquitur,in 5.col.in uer.ſexta eſt,ubi idem & ipſe tenet in patre, ut non poſsit filio naturali tantum exemplariter,ſubſtituere, licet fateatur matrem poſſe, ut ibi per eum. & fundamentum doctorum tenentium contra Bart.in effectu eſt ſuper d.l.humanitatis,ubi imperator loquitur de filijs,quibus debetur legitima: ſed filijs naturalibus tantum non debetur legitima,ergo &c. Item ratio, qua mouebatur Polit. †

32 ut pater non poſsit exemplariter ſubſtituere, eſt quia nec ei ſuccedere, poterat, etiam quòd illum pater expræſſe uocaſſet, quò ſcilicet ad uniuerſalem ſucceſsionem attinet, ſed tantum modo ſecundum diſpoſitionem tex.in l.2. & l. humanitatis C. de natur.lib.uidelicet uſque ad unciam, uel uſq; ad ſex uncias, prout in prædictis iuribus apertè diſponitur. †

33 Ego autem puto ſententiam Bar.indiſtincte ueriorem eſſe, uidelicet quòd tam mater, quàm etiam pater multò magis poſsint exemplariter filio naturali

tantum ſubſtituere, per ſupradicta: & quia lex regulariter circa iſta magis confidit de patre, quàm de matre: ut late dixi ſupra in materia pupillaris in ſeptima quæſtione, in ſecundo requiſito nu. 118. & ſeq. unde cum Polit. hoc admittat in matre, non uideo quomodo id in patre negare poſsit. Nec ratio per eum allegata eſt ad propoſitum, uidelicet quòd non poteſt filius naturalis tantum patri uniuerſaliter ſuccedere. Quia iſtud nihil ad rumbum: non enim facultas exemplariter ſubſtituendi dependet, aut prouenit à facultate ſuccedendi, uel non ſuccedendi: ſed parentibus hoc cōceſſum eſt à lege humanitatis cauſa, ut ſuccuratur ei, qui propter infortunium ſuperueniens teſtari non poteſt de ſuis bonis, ſi quæ habet. Neque iure cautum reperitur, quòd adhoc ut exemplaris ſubſtitutio fieri poſsit, ſit neceſſarium, ut ille, cui fit, poſsit uni-

34 uerſaliter teſtatori ſuccedere. † Nō ēt obſtat tex. in quo ſe fundāt Doctores, uidelicet in d. l. humanitatis C. de impub. dum loquitur de filijs, quibus legitima debetur: quia licèt uerum ſit text. illū loqui de filijs, quibus legitima debetur: non tamen ita de illis loquitur, ut ſecus propterea eſſe uelit in alijs, quibus non debetur legitima. Aut quòd ideo permittat exemplariter poſſe ſubſtitui, quia legitima illis debetur, & ſic quòd illa ſit ratio ſubſtituendi exemplariter, quia legitima debetur: ſed de legitima ibi loquitur ad alium finem, uidelicet ne aliàs contingat teſtamentum poſſe per quærelam inofficioſi expugnari: quæ ratio expugnandi teſtamenti per querelam ceſſat in filijs naturalibus tantum, ideo ceſſat etiam neceſsitas relinquendi legitimam. Verum non ideo etiam eſt dicendum, quòd ceſſet facultas ſubſtituendi exemplariter: quę ſubſtitutio eſt introducta humanitatis, & pietatis cauſa, ut ſuccuratur filijs, qui propter mentis defectum teſtari impediuntur, & iam habemus in alio caſu quòd diſpoſitio legis loquens de filijs, habet etiam locum in naturalibus tantum, ut in d. l. generaliter §. cum autem C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. quæ pariter humanitatis intuito illud ſtatuit, ideo & in caſu noſtro idem dicendum erit, cum nihil in contrarium repugnet. Filijs ergo iſtis omnibus de quibus ſupra, poteſt exemplariter ſubſtitui, ſi quidē furioſi aut dementes ſint: uel etiam ſi ſint muti & ſurdi, qui teſtari non poſſunt ſecundum diſpoſitionem l. diſcretis C. qui taſt. fac. poſſ. & hoc idem dicendum puto in alijs, quibus ob uitium men-

35 tis interdicta eſſet facultas teſtandi. † Non tamen poterit filijs ſanę mentis exemplariter ſubſtitui, cum ſcilicet furioſus factus erit: quia eſſet odioſa diſpoſitio: & tunc eſſet uerum, quòd caſum, aduerſámq;

uerſamq; fortunã expectaremus, contra l. inter ſtipulantem §. ſa-
36 cram ff. de uer. obligat. † Iſtud uerò, quòd ſcilicet iſtis filij ſic de
mentibus poſsit ſubſtitui, eſt uerum, niſi ipſi ſibi prius feciſſent
teſtamentum, cum mentis compotes erant: teſtamentum enim
rite confectum furor ſuperueniens non infirmat, ut eſt tex. in §.
37 item furioſi inſti. quib. non eſt per facere teſt. † Nam alioquin iſta
ſubſtitutio, quæ ad fauorem eius, cui fit, eſt introducta: redun-
daret in illius incommodum, contra l. quòd fauore C. de leg. &
beneficium illud inciperet eſſe iniquum, ut dicitur in d. l. ex fa-
cto: quia homini ſanę mentis auferret liberam teſtãdi facultatem,
38 ut ibidem dicitur. † Quid autem ſi mentecaptus ſit etiam impu-
bes, & in poteſtate, tunc non erit neceſſaria exemplaris ſubſti-
tutio ſi infra tempora pubertatis decedat: quia pupillaris ſufficiet.
39 † Et illa attendentur tanquàm remedium magis ordinarium, arg.
l. in cauſæ ff. de minor. & l. in prouinciali ff. de operis noui nun-
ciat. Et quia qualitas naturalis, potius, quàm accidentalis eſt at-
tendenda l. qui habent ff. de tut. poſt tempus uerò pubertatis po-
terit habere locum exemplaris: facit ad hoc l. Centurio ff. de
uulg. & pupill. ibi infra pubertatem, quia poteſt habere locum
pupillaris, & ſic remedium ordinarium, ceſſat directa militaris,
niſi poſt pubertatem, quia tunc alia locum habere non poteſt.
40 † Iſtud autem eſt uerum, & procedit, quando ſubſtitutio fit à pa-
tre, uel ab aliquo ex illa linea paterna: ſecus uerò ſi fieret a matre,
quia tunc indiſtinctè erit exemplaris: cum pupillaris fieri per ma-
41 trem non poſsit, † cum non habeàt filios in poteſtate l. illud §. ad
teſtamenta fæminarum ff. de bon. poſſeſſ. contra tab. §. mater,
inſtit. de exhær. liber. & in §. fæminæ, inſtit. de adopt. & dixi ſu-
42 pra in materia pupillaris. † In ſpurijs autem filijs putarem poſſe
procedere, quòd non poſsit eis fieri exemplaris ſubſtitutio: quo-
43 niam ſunt à lege expræſſe improbati. † Ideo beneficio legis care-
re debent, ut eſt tex. in §. pen. in auten. quib. mod. nat. effic. ſui,
ubi nec nomen filiorum naturalium habere ipſos uult. Neque
quòd à parentibus alantur, ut ibidem. Quicquid dixerit hic Polit.
in ſexta col. quòd mater poſsit, licet non pater, & expræſſe etiam
in matre hoc tenuit gloſſ. in §. pen. in uer. admitti. inſtit. ad ſena-
tuſconſ. orfic. ubi iſtos ex dannato coitu natos, etiam à ſucceſ-
ſione matris dixit excludi.
44 † Octauò quæritur, qui poſsint hanc ſubſtitutionem facere. hoc
autem apertè declarat tex. in d. l. humanitatis, uidelicet quòd pa-
rentes utriuſq; ſexus eam poſſunt facere, & ſic tam pater, quàm ma

45 ter: † Et idem in auo ac cæteris aſcendentibus utriuſque ſexus, &
gradus: qui appellatione parentum ueniunt, iuxta tex. in l. 4. §. pa-
rentes ff. de in ius uoc. in l. 1. §. generaliter ff. de leg. præſt. l. iuriſcõ
46 ſultus §. parentes ff. de grad. † Illud tamen, quòd dictum eſt, matrẽ
quoque poſſe exemplarem facere ſubſtitutionem, eſt intelligen-
dum, niſi uitæ turpis, & impudicæ eſſet. quòd etiam in patre puto
procedere, ſecundum tamen ea, quę ſupradicta ſupereſt in materia
pupillaris, uide ibi in ſeptima quæſtione in tertio requiſito.
47 † Et hoc idem quoque puto, ſi mater tranſiret ad ſecũdas nuptias,
48 quòd non poterit amplius exemplariter filijs ſubſtituere: † quia
lex non confidit tunc de matre, patet quia nec iſti matri datur tute
la ſui filij, ut eſt tex. in auten. matri, & auiæ iuncta auten. ſacramẽ
tum C. quando mul. tut. off. fungi poteſt. Item nec tunc ei concedi
tur libera facultas de proprijs bonis ad ſui libitum diſponendi, ut
in l. hac edictali C. de ſecund. nupt. facit tex. in l. lex quæ tutores §.
lex enim C. de adminiſtr. tut. item nec uult lex pupillũ educari de
bere apud matrem, quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias l. 1. C. ubi pu
49 pill. educ. deb. primo. reſponſo. † non tamen puto quòd ſubſtitu-
tio, quam antea feciſſet, tollatur, ſi poſtea trãſit ad ſecũdas nuptias
arg. tex. in §. item furioſi inſtit. quib. non eſt permi. face. teſt. neq;
enim per tranſitum ad ſecundas nuptias immutatur ſtatus mulie-
ris, ita ut deſinat habere teſtamenti factionem, prout contingit
per capitis diminutionem ſuperuenientem, ut ſupra dictum eſt in
50 materia pupillaris ſubſtitutionis. † Hoc tamen uerum eſt, niſi
ſubeſſet aliqua ſuſpitio fraudis, ut quia cogitaſſet iam de ſecundis
nuptijs contrahẽdis, quando fecit ſubſtitutionem exemplarem. ut
ſi fortè parum poſt contraxiſſet matrimoniũ arg. eorum, quæ ha
bentur in l. poſt contractum ff. de donat. & alibi paſsim per Do-
51 ctores. † Et hic dicunt Doctores, iſtum eſſe unum caſum, in quo
quis poteſt cum duobus teſtamentis decedere contra iuris regulã,
& hoc propter pluralitatem perſonarum, quæ poſſunt exemplarẽ
facere ſubſtitutionem, uidelicet pater, & mater: prout hoc idem
per eandem rationem euenire uidemus etiam in alio caſu, uidelicet
in l. ſi arrogator. ff. de adopt. ubi pater adoptiuus poteſt pupillari
ter ſubſtituere reſpectu bonorum, quæ ab ipſo proueniunt, & in l.
ſed ſi plures §. in arrogato ff. de uulg. & pupill. pater autem natura
lis poterit in reliquis bonis ſubſtitutionem facere pupillarem. de
quo tamen dixi ſupra in materia pupillaris in octaua quæſtione nu
52 me. 217. & ſeq. † Sed iuxta hoc quæritur, ſi contingat patrem, &
matrem filio furioſo exemplariter ſubſtituere, quomodo admittẽ-

tur

tur ſubſtituti ad bona furioſi? Bart.in d. l.ex facto in antepen. col.
multa circa hôc refert:& tandem concludit, ut per eum, uidelicet
quòd ſi filius,cui eſt facta ſubſtitutio,erat in poteſtate patris: tunc
ſubſtitutus à patre datus habebit omnia bona, præterquàm bona
materna,quæ ad ſubſtitutum à matre datum pertinebunt: adeo ꝙ
ſubſtitutus paternus habebit bona paterna, ac etiam aduentitia, ſi
53 quæ erunt,& ita Doctores magis communiter reſident. † Ego ue
ro puto aliter iſtam materiam eſſe declarandam neque de facili cõ
deſcendendum exiſtimarem ad iſta, quæ ſunt contra regulas iuris,
prout iſtud eſſet, uidelicet quòd quis cum duobus teſtamentis de
cedat, ſi tamen aliter res ipſa declarari poteſt. Vnde in propoſito
caſu dico, quòd immo ſatis poteſt intelligi quòd iſte cum una
tantum exemplari ſubſtitutione decedat ſecundum regulas iuris:
54 † Et licet tex.in d.l.humanitatis C.de impub. promiſcue det iſtam
facultatem parentibus utriuſq; ſexus ſubſtituendi exemplariter: ta
men,cum ſic ſimpliciter loquatur,erit potiùs intelligẽdus, ut illud
diſponat ſecúndum regulas iuris,quam contra.ideoq; cum non fa
ciat uim in patre.magis,quàm in matre: neq; patria poteſtas ibi ſit
in aliqua conſideratione:dicendum eſt,quòd patri licebit exempla
riter furioſo filio ſubſtituere, niſi tamen reperiretur matrem prius
ſubſtituiſſe, cui æquè ac patri data eſt à lege facultas ſubſtituendi:
quia tunc non erit neceſſaria ſubſtitutio patris, cum ſatis reperia-
tur furioſo per matrem fuiſſe prouiſum. Et idem quoque contra,
ſi fortè pater prius exemplariter ſubſtituiſſet, nõ erit neceſſaria eo
caſu ſubſtitutio matris: quia ſatis per patrem reperitur eſſe proui-
ſum, & ſic in effectu quòd ſit pręuentioni locus in hoc inter eos:
ideoq; uni tantum ſubſtitutioni locus erit, qui uniuerſa filij furio
ſi bona habebit. uel aliter etiam poſſumus intelligere,quòd liceat
patri,& matri exemplariter ſubſtituere, ita tamen quòd pater ma-
tri in ſubſtituendo pręferatur, & ſic quòd mater ita demum ſubſti
55 tuat, ſi pater non ſubſtituiſſet, † qui tanquàm dignior, matri in
hoc ſit præferendus,& uti ille,de quo lex magis confidit pro filio.
56 apparet, † quia ſi pater dat tutorem filio, non eſt neceſſaria alia iu-
dicis inquiſitio, ſecus uerò ſi à matre detur, quia tunc non aliter
erit tutor in effectu,niſi per iudicem cauſa cognita, fuerit confir-
matus,l. 1.& 2.ff.de confir.tut.& facit tex.in l.iſti quidem ff.quòd
met.cauſa l.nec in ea ff.ad l.Iul.de adult.l fi.C.de curat.fur. & l.de
creationibus C.de Epiſcop.aud.& iſtum facilius admitterem,quã
quòd duo ſubſtituti ſimul admittantur ex duobus teſtamentis uni
ſoli ſuccedentes eodem tempore: cum alia interprætatio, & iuri
conſona

57 conſona cui poſsit, una ſcilicet ex his duabus quas dixi. † Et ſi quis diceret, quòd tex. in d.l. humanitatis non ita loquitur, ſcilicet quòd mater poſsit exemplariter ſubſtituere, quando uel pater non adeſt, uel non fecit ſubſtitutionem: & ideo eſſet magna reſtrictio. reſpondeo quòd licet uerum ſit tex. non ita loqui, tamen uerum etiam eſt, ipſum non exprimere, quòd uterq; ſimul poſsit ſic ſubſti tuere: ideoq; cum ſimpliciter ſic loquatur, congruentius erit, ut hoc modo, prout ego dixi, declaretur, & intelligatur, ut euitetur
58 abſurdum, & iuris repugnantia. † Sed circa hoc quæritur, quæ ſit ratio, quòd hæc ſubſtitutio etiam à matre fieri poſsit? cum tamen pupillaris non poſsit fieri niſi à patre, uel auo, aut alios ſimili aſcen dente maſculo ex illa linea, qui etiam habeat ipſum impuberem in poteſtate. Bar. in d.l. ex facto in 3. col. uer. tertiò quæritur. nonnul la circa hoc dicit, & demum recurrit ad l. non omnium ff. de leg. tu dicas quòd iſtæ ſubſtitutiones diuerſis rationibus, ſeu cauſis in-
59 troductę à lege fuere: † Nanque pupillaris introducta fuit ad ſupplendum defectum naturalem ipſius impuberis, propter quem im peditur teſtari, uidelicet ætatis: uidens enim lex patrem propter patriam poteſtatem ſummum ius habere in filium ſuum, cenſuit iſtud naturalem defectum poſſe per patrem ſuppleri ratione illius patriæ poteſtatis. at exemplaris ſupplet uitium accidentale propter infortunium infirmitatis quòd ſibi ſuperuenit: unde illius infortunij inſerta lex uoluit illud per parentes utriuſque ſexus poſſe ſuppleri, non attenta hic patria poteſtate, aut ullo alio rigore. ſed, ut dixi, miſerationis cauſa, humaniter ſecum agere uoluit. Non tamen negari debet, quòd ſi lex uoluiſſet hoc idem etiam in pupil lari ſtatuere, utique hoc potuiſſet: ſi quidem benignitatis uiam intendere, aut conſiderare in ea uoluiſſet: ſed aliam uiam ſecuta fuit, & ſic per uarios tramites proceſsit lex ſubſtitutiones iſtas in-
60 troducendo. † Sed iuxta prædicta quæritur, an quemadmodum parẽtes utiuſq; ſexus poſſunt liberis ſuis furioſis exẽplariter ſubſti tuere, ita patiter poſsint filij ſi maiores ſint parentibus ſuis, ſi fortè furioſi, aut mente capti ſint, ſic ſubſtituere: Circa quòd Bar. in d.l. ex facto, & alij Doctores concludunt, non poſſe. idque mihi quoque probabile eſſe uidetur, tum quia lex humanitatis, & alię de huiuſmodi perſonis non loquuntur, tum etiam quia monſtrum quodammodo in iure uideretur, quòd filius pro patre ſuo teſtamẽ
61 tum conderet. † Et licet adminiſtratio bonorum patris inter ui uos filios committatur, ut in l. his qui in prin. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. quòd etiam in decorum ibi legi uidetur, ut filius patrẽ

regat,

regat,prout ibi tex. dicit: tamen illo caſu iſtud tolleratur: at non ſic eſt dicendã in uniuerſali diſpoſitione in ultima uoluntate: qui caſus maiorem habet dubitationem,& longe diuerſam rationem. Et eo maxime cum impoſsibile quodammodo de iure uideatur, quòd filius hoc caſu poſsit patri ſuo furioſo exemplariter ſubſtituere, quia in d.l.humanitatis diſponitur,ut quando furioſus, cui
62 ſubſtituitur, habet filios ſanæ mentis, illi ſint ſubſtituendi: † Vnde ſi iſte filius uult patri ſecundum legis diſpoſitionem ſubſtituere,ſeipſum ſubſtituere oportebit? ex quo aliud iuris inconueniẽs reſultabit, ut quis ſeipſum ſubſtituere poſsit: repugnat enim hoc menti legis,arg.eorum, quæ habentur in §. ſed neq; hæres ſcriptus inſtit.de teſtam.Immo in pœnam legis Corneliæ incidere uideretur l.1.ff.de his,quę pro nõ ſcriptis habenť & l.3.& 4.& ferè per to
63 tum tit.C.de his,qui ſibi aſcribũt,†Nono quęritur,qui nam ſubſtitui in hac exemplari poſsint? Et in hoc diſcrepat hæc ſubſtitutio nedum à pupillari, ſed etiam ab alijs ſpetiebus ſubſtitutionem: in quibus regulariter quilibet pro libito teſtatoris ſubſtituentis,dum modo capax ſit,ſubſtitui poteſt.In hac uerò iſtud ſeruatur,ut certæ tantum perſonæ primum ſint ſubſtituendæ,ut filij ipſius furioſi cui ſubſtituitur,ſi extant capaces, & ſanæ mentis: deinde illis non extantibus,fratres ſubſtituuntur,& ſic alij filij teſtatoris:Et demũ, iſtis omnibus deficientibus,quicunq; alij ſubſtitui poſſunt, ut de-
64 claratur in d.l.humanitatis C. de impub. & alijs ſubſtit. † Decimo quæritur,quibus uerbis hęc ſubſtitutio fiat? quòd quidem colligi facilè poteſt ex illis iuribus de hac ſubſtitutione loquentibus, uidelicet ſi ille filius,aut nepos, ſeu alius ex deſcendentibus maſculus ſiue fœmina ſit,in furore deceſſerit:ſeu mente captus,aut mente capta: ſiue antequàm reſipiſcat: aut antequam compos mentis fuerit: uel ſimilibus uerbis utatur teſtator æquipollentibus, quibus ſenſus iſte ſignificetur, quòd ſcilicet ipſe decedat, antequam ceſſat impedimentum illud, propter quòd impeditur teſtari.
65 † Vndecimo quæritur; quæ requirantur ad hanc ſubſtitutionem? primum autem eſt neceſſarium,ut ille,cui fit,ſit de filijs aut deſcẽdentibus ipſius teſtatoris ſubſtituentis, ut dicitur in d.l.humanitatis C.de impub.& alijs ſubſtit.& in l.ex facto ff.de uulg. & pupill.
67 & etiam in §. qua ratione inſtit. eo. tit. † Secundo requiritur, quòd ſit furioſus,aut mente captus, uel ſimili tali morbo laboret, ita ut ſit impeditus teſtari (ut ſupra dictum eſt) & probatur etiam
68 iſtud requiſitum in prædictis iuribus. Tertiò requiritur, quòd ſit pubes ille,cui fit exemplaris ſubſtitutio, adhoc ut locum illa habere

bere poſsit: quoniam, ſi impubes ſit, & in ea ætate decedat, licet ſit etiam furioſus, tamen habebit locum pupillaris potius quam exem
69 plaris, † attenta magis qualitate naturali, quàm accidentali, per tex. in l. qui habent ff. de tut. & facit text. in l. Centurio ff. de uulg. & pupill. ubi quando ſubſtitutio poteſt ut pupillaris ualere, ceſſat directa militaris. & iſtud intellige concurrentibus his, quæ ad pupillarem ſubſtitutionem ſunt neceſſaria, ut quòd ſit in poteſtate, & cætera, de quibus ſupra in materia pupillaris ſubſtitionis dicta ſunt
70 in ſeptima quæſtione. Sed tamen circa prædictum requiſitum aliqualiter dubitari poteſt; nam ſecundum prędicta ſequitur, quòd impuberi furioſo non poteſt fieri exemplaris iſta ſubſtitutio. prout ſic tenet Bart. in d. l. ex facto col. 3. & Iaſ. ibi hanc appellat communem. Verum primo mihi uidetur, quòd nulla ratio ſubſit cur ſi teſtator filio ſuo furioſo licet impuberi, & in poteſtate exiſtenti faciat hanc ſubſtitutionem, uidelicet ſi in fruore deceſſerit, aut prius quàm ſanę mẽtis factus fuerit, &c. non debeat in hoc ſua uoluntas & diſpoſitio ſeruari, concurrentibus his, quæ ſunt ad illam neceſſaria. nec quicquàm facit ratio illa, quòd concurrunt etiam ea, quæ ſunt ad pupillarem ſubſtitutionem neceſſaria, ideo illa potius eſt attendenda. Quoniam immo deficit unum ualde neceſſarium, uidelicet uoluntas teſtatoris, qui hic noluit pupillarem facere ſubſtitutionem, ſed exemplarem: non enim negatur pupillarẽ fieri potuiſſe, ſi teſtator uoluiſſet, ſed non etiam negari debet, exẽplarem quoque ualere debere: cum teſtator illam facere *uoluerit*, & fecerit. Ad inducendum enim ſubſtitutionem non ſufficit requiſita concurrere, ſed etiam opus eſt adeſſe & concurrere uolun
71 tatem teſtatoris, quę hic deficit quo ad pupillarem. † Neq; contrarium probat tex. in d. l. qui habent ff. de tut. ſi rectè aduertatur: nam in principio ſui ille tex. dicit, quòd ſi pupillo datus iam reperitur tutor, licet poſtea pupillus furere cæperit, non deſinit tamen ille eſſe tutor. Fateor & ego, quòd ſi facta fuiſſet pupillaris ſubſtitutio, licet pupillus furere cæperit, non tamen deſineret eſſe pupillaris ſubſtitutio. uerum iſte non eſt caſus noſter: quia hic non fuerat facta pupillaris ſubſtitutio, ſed exemplaris. unde ille tex. poſſet retorqueri, ut quemadmodum non tollitur diſpoſitio illa iam facta de datione tutoris, licet ille furere cœperit: ita pariter in caſu noſtro non tollatur exemplaris iam expræſſe per teſtatorem facta, ex ex eo quòd ille in pupillari ætate decedat: quoniam uerum eſt illum etiam in furore deceſsiſſe: quem caſum conſiderauit, & expræſsit teſtator. In ſecundo autem reſponſo illius legis, uidelicet in

licet in uer. quare &c. ubi ſi impubes eſt, & ſimul furioſus, poterit ei dari tutor. iſtud pariter eſt fatendum: & ideo etiam in terminis noſtris erit quoque fatendum, quòd huic impuberi furioſo poterit fieri pupillaris ſubſtitutio: iſtud non negatur, ſed bene dicitur, quòd ſi fiat exemplaris per teſtatorem, quòd illa ſubſtitutio nõ ualebit, ut pupillaris. Immo plus fateor, quòd ſi ſimpliciter fiat ſubſtitutio non exprimendo magis caſum pupillaris, quam exemplaris, quòd etiam interpretatio fiet in caſum pupillaris: at nõ ſic, quã do eſt expræſsim facta exemplaris: hoc enim nec ibi, nec alibi in iure probatur: nec illa ratio eſt, cur dici debeat. Et ideo etiam non obſtat tex. ille in tertio reſponſo, in uer. quia autem, ubi ſi datur curator adoleſcenti, minori ſcilicet 20. annorum eidemque furioſo, intelligetur ei ut minori datus, non autem ut furioſo: Nam hoc idem dico ſi ſubſtitutio ſimpliciter facta fuiſſet impuberi furioſo, erit ut impuberi potius, quàm ut furioſo intelligenda: uerũ quando ſpecifice ut furioſo, & ſic exemplaris facta per teſtatorem reperitur, non erit hoc dicendum: neq; tex. ille hoc probat, ut nuper dixi.

71 † Et idem eſt in l. Centurio. nam & ibi ſubſtitutio facta impuberi per militem ſimpliciter, ſi infra uigeſimum quintum annum deceſſerit, intelligitur infra pubertatem ut pupillaris, non autem ut directa militaris:

72 † Sed ſi miles uoluiſſet facere, & expræſſe ſic feciſſet directam militarem etiam infra tempora pubertatis, nõ uideo quid impedimento illi fuiſſet: immo uerò contrarium probat tex. in l. in teſtamento C. de milit. teſt. ubi ſi apparet militem uelle militari iure teſtari, eius uoluntas ſeruanda eſt. & idem probatur in l. in fraudem §. ſi. & in l. miles ita ff. eo. tit.

73 † Sed iterum inſtatur, quia immo uidetur neceſſario pupillarem tacitã, ſeu præſumptam habere debere locum quando ille in pupillari ætate deceſsit: quia ſicut uulgaris expreſſa porrigitur ad caſum pupillaris, illo defuncto in ea ætate, l. iam hoc iure ff. de uulg. & pupill. cum ſimil. & plene uidimus. ſupra in materia pupillaris, & etiam in materia uulgaris: ita eſt dicendũ de exẽplari, ut pariter porigatẽ ad pupillarẽ, ſi quidem eius caſus eueniat: & ſic uidetur quòd omnino per pupillarem ſit admittendus ſubſtitutus, non autem per exemplarem.

74 † Sed & ad hoc reſpondetur, quòd illa tacita diſpoſitio, ſeu præſumpta, de qua in d. l. Iam hoc iure, eo tantum caſu per legem inducitur, quo expræſſa diſpoſitio ceſſat, uidelicet quando uulgaris illa per teſtatorem facta expirauerat propter aditionem: Alioquin ſi expræſſa illa per teſtatorem facta adhuc uigeret, tunc ceſſaret tacita, ſeu præſumpta, ut eſt tex. in l. cum ex filio §. filio impuberi ff. de

uulg. & pupill. cum igitur in caſu noſtro exprẹſſa ſubſtitutio per teſtatorem facta habere poſsit locum,etiam illo infra pubertatem defuncto,quia ſic expræſſa exemplaris facta ei per teſtatorem repe ritur:non eſt cur ſit recurrendum ad tacitam,ſeu præſumptam,per illum tex.Concludo igitur exemplarem ſubſtitutionem locum ha bere poſſe, etiam illo infra pubertatem defuncto, ſi quidem teſta tor illam exprꝫſſe fecerit:cum nihil in contrarium repugnat,& ſer uatur in hoc uoluntas expræſſa teſtatoris. Contraria uerò opinio procedere poſſet,quando non expræſſe teſtator exemplarem feciſ ſet, ſed ſimpliciter ſubſtituiſſet.,& ita etiam tenent Ang. in d. l. ex
75 facto col.1.uer.tertio adde ff.de uulg. & pupill. † Quæ opinio etiam confirmatur per tex.in §. qua ratione inſtit. de pupill. dum dicit hanc ſubſtitutionem filijs, aut nepotibus mentecaptis fieri poſſe, & ſi ſint puberes:ergo innuit in illa implicatiua,quòd poſsit fieri etiam impuberibus. Bart. reſpondebat eſſe intelligendum de impuberibus emancipatis, in quibus pupillaris habere non poteſt locum.ſed iſta reſponſio diuinat, & reſtringit illum tex. ideo non eſt bona. Iaſ.ibi in d.l.ex facto in 7.col.dicit,quòd ille tex.non po teſt ſic intelligi,ut etiam furioſis impuberibus poſsit exemplariter ſubſtitui: quia hoc modo dictio illa & ſi ſint puberes, exprimeret caſum minus dubitabilem,& includeret magis dubitabilem: quòd
76 eſt contra naturam implicatiuæ † quæ ſolet exprimere magis dubi tabilem,& includere caſum minus dubitabilem, ut per glo. in l.il lud ff.ad l.Aquil.& in l.quòd ſi minor §.reſtitutio ff. de minor.ſed minor eſt dubitatio, quòd puberi poſsit fieri exemplaris ſubſtitutio, quàm quòd impuberi, ut ex ſupradictis apparet, ergo &c.
77 † Sed ego dico quòd ille tex. optime probat dictam opinionem, & uere implicat caſum, quòd poſsit fieri exẽplaris ſubſtitutio etiã impuberi:& illum caſum implicat tanquam ibi minus dubitabilẽ, & maior ibi erat dubitatio, nunquid poſſet talis ſubſtitutio fieri
78 puberi: † Quoniam regula erat, quòd puberi directa ſubſtitutio fieri non poterat. §. fi. illomet tit. impuberi uerò fuerat permiſſum, ut in prin.illius tit. unde pari ratione introductum dicitur in illo §. ſeq. qua ratione. ut idem quoque poſsit fieri ſcilicet directa ſubſtitutio furioſis etiam quòd puberes eſſent, nedum ſi impuberes ſint, prout in præcedenti ſubſtitutione. & iſtum puto uerisſimum ſenſum illius text. Zas. etiam in ſuo tract. hic aliter dicebat reſponderi poſſe ad illum tex. uidelicet quòd illa dictio non, ſtet ibi implicatiue,ſed exponi debet pro quamuis. ſed iſtud nihil eſt, quia dictio quamuis habet eandem ſignificationem, quam habet dictio

dictio & ſi:ideo ideo ſenſus erit. Non etiam obſtat, ſi quis uellet facere uim ſuper l.ex facto in prin. ff.de uulg.& pupill. ubi tex. loquitur de pubere:quoniam non ita de pubere ibi loquitur,quia ſecus eſſe uelit in impubere. Sed quia proponit factum in furioſo, qui poſt factam ſibi ſubſtitutionem,filium ſuſcepit:ideo fuit neceſ
79 ſarium de pubere loqui. Quartò requiritur,† quòd in furore decedat:alioquin ſi reſipiſceret, locum non haberet exemplaris ſubſtitutio,ſed expiraret d.§.qua ratione.& in d.l.ex facto Quintò requi
80 ritur, † quòd ſint ſubſtituti filij ipſius furioſi, uel muti & ſurdi,aut aliàs ex ſimili cauſa inhabilis, ſi quidem extent. ſi uerò non ſint tales filij, aut deſcendentes ipſius furioſi, tūc requiritur, quòd alij filij teſtatoris ſubſtituantur, ſi adſint,ipſis uerò pariter deficientibus, tunc quicunque alij ſubſtitui poſſunt, hæc probantur in d.l. humanitatis C.de impub.& alijs ſubſtit.

81 †Sextò requiritur, ut is, qui ſubſtitutionem hanc facit, ſibi quoq; faciat teſtamentum, in quo ſibi hæredem inſtituat: quòd & ſi nō reperiatur aperte expræſſum, tamen ſatis colligitur de mente legis eſſe. ut in d.l. humanitatis,dum ibi dicitur, quòd legitima ſaltem eſt illis relinquenda: ne aliàs per quærelam teſtamentum rumpatur: & ſic ibi præſupponitur teſtamentum factum per ſubſtituētem, & ſuadetur etiam ex eo, quòd tex. ille dicit, ne per quærelā rumpatur ad exemplum pupillaris: in qua ſine dubio requiritur teſtamentum fuiſſe factum, ut dictum fuit ſupra in materia pupil-
82 laris in ſeptima quæſtione, in ſexto requiſito. † Septimò requiritur, quòd etiam adeatur hęreditas ex illo teſtamento, ſi alius co-
83 hæres eſt datus ipſi furioſo:† uel quòd ipſe furioſus illam acceptet, quando ipſe ſolus eſt inſtitutus eo modo, quo per talem perſonā acceptari hæreditas poteſt, ut in l.fi. §. 1. & 2. C. de curat. fur. ut hic tangit Zaſ. nam, non adita hęreditate, omnia inteſtamento diſpoſita corruunt l. ſi nemo ff.de teſtam.tut. cum ſimil. item quia cum hæc ſit ad exemplum pupillaris introducta, idem quòd in illā eſt dicendum, cum non reperiatur contrarium circa hoc ſtatutū.
84 †Octauò, ſecundum Bart. in d.l. ex facto in 4. col. uer. ſeptimò in pupillari, requiritur quòd ipſi furioſo legitima ſaltem relinqua
85 tur, ut in d.l. humanitatis † adeo quòd ex inde colligunt exhæredato hanc ſubſtitutionem minime fieri poſſe. Et in hoc diſcrepat iſta à pupillari, quæ de iure antiquo fieri etiam exhæredato poterat §. non ſolum inſtit. de pupill. ſubſtit. & hanc opinionem om-
86 nes,quos adhuc uiderim,ſequuntur.† Verum ualde laborant Doctores in inueſtiganda ratione, cur non poſsit exhæredato fieri

hæc ſubſtitutio : cum tamen pupillaris poſſet. Bart. in loco ſupra allegato ponit duas rationes, quarum alteram ipſemet expræſſe improbat: & tandem dicit, quòd non omnium, quæ à maioribus noſtris tradita ſunt, ratio reddi poteſt l. non omnium ff. de leg. prima igitur ratio, quàm refert Bart. eſt, quia ſubſtitutio pupillaris ex rigore patrię poteſtatis eſt introductà, ſecundum quem filius poterat exhæredari: exemplaris uerò ex quadam benignitate fuit introducta, ut in d. l. humanitatis. Sed iſta ratio non uidetur concludens, licet Bart. eam approbare uideatur: quia non minus humanum, aut pium fuit pupillo ſuccurere, qui propter ętatē teſtari impeditur, quàm furioſo, qui propter furorem, aut alium
87 ſimilem morbum non poteſt teſtari. † Præterea quòd furioſus ſit exhæredatus, non concludit, quòd etiam iſto alio incòmmodo afficiendus ſit, ut etiam careat hærede: non enim eſt addenda afflictio affilicto l. diuus ff. de offic. præſid. nec uulnus uulnerato eſt addendum. Ideoq; Bart. ſentiens fortè & ipſe hanc rationem non eſſe omnino concludentem: refugit ad d. l. non omnium. Aliam rationem refert Bart. ex intentione antiquorum, uidelicet quòd furioſus non poteſt cauſam ingratitudinis committere, cum intellectu omnino careat: non ſic autem in pupillo: quia poteſt eſſe doli capax ut not. in d. §. non ſolum inſtit. de pupill. ſubſtit. ſed
88 iſtam rationem Bart. ibi truffam appellat † quia potuit furioſus cauſam ingratitudinis commiſiſse ante furorem, & ego allego text. probantem expræſſe quòd furioſus poteſt exhæredari in l. fi. § ſed cum antiquitas C. de curat. fur. ultra quòd cauſa ingratitudinis nō ita attendebatur illo iure. patet quia pupillus indiſtinctè exhæredari poterat, nec conſideratur an eſſet doli capax necne, ut in d. §.
89 non ſolum. † Ego uerò non puto eſſe recurrendum ad l. Non omnium: neque ad aliam legem pro ratione: neque etiam quærendam eſſe rationem, cur exemplaris non poſsit exhæredato fieri, ſicut olim & pupillaris poterat: quoniam dico quòd immo in hoc nulla erat diferentia, ſed quòd exemplaris ſubſtitutio poteſt etiam exhæredato fieri, quia cauſam ingratitudinis commiſiſſe antea potuit, ideo exhæredari poteſt d. l. fi. §. ſed cum antiquitas C. de curat. fur. pupillaris uerò exhæredato hodie fieri ideo non poteſt, quia non poteſt cauſam ingratitudinis committere l. ſi quis in ſuo §. legis ueteris C. de inoff. teſt. iuncto §. aliud quoque capitulum,
90 in auten. ut cum de apellat. cogno. † Solum eſt reſpondendum ad tex. in d. l. humanitatis, ubi ſumunt Doctores, neceſſarium eſſe, adhoc ut fieri ſubſtitutio illa poſsit, quòd ſaltem legitima furioſo

rioſo relinquatur, & ſic quòd exhæredato fieri non poſsit: quo nihil minus puto illum tex. cogitaſſe: ſed eius intentio, dum de legitima ibi loquitur, fuit iſta, prout etiam text. dicit legitimam ſaltem eſſe filio relinquendam, non quia exhæredato fieri non poſſit, ſed ne aliàs contingat teſtamentum per quærelam euerti: prout etiam in pupillari, ad cuius exemplum iſta introducta fuit, idem eſt, uidelicet quòd teſtamentum per quærelam expugnari non poteſt, ut eſt tex. in l. Papinianus §. ſed nec impuberis ff. de inoff. teſt. unde, ſeruato eo, quòd ibi dicitur, ſcilicet ut furioſus ſaltem in legitima inſtituatur, idem effectus inde ſequitur, ut pariter non poſſit teſtamentum per quærelam euerti, ſicut in pupillari hoc euenit d. §. ſed nec impuberi: ad cuius exemplum hæc fuit introducta. Et iſte eſt uerus ſenſus illius tex. Non autem ille, quòd exhæredato fieri hæc ſubſtitutio non poſsit: Immo contrarium potius probat: quia dum dicit, ne quærela contra teſtamentum moueatur, præſupponit exhæredationem, quia tunc eſt locus illi remedio, toto tit. ff. & C. inſtit. de inoff. teſtam. ſi ergo legitima relinquetur, tunc obtinebit, quòd ibi dicitur: ſi uerò non relinquetur, & ſic ſi exhæredabitur: aut ſine aliqua ex legitimis cauſis, de quibus in d. § aliud quoq; capitulum in auten. ut cum de appellat. cognoſ. & tunc per quærelam expugnabitur: aut uerò cum cauſa, & tunc ualidum remanebit teſtamentum, d. §. aliud quoq; capitutum, & conſequenter etiam ſubſtitutio exemplaris: nec ille text. aut alius ullus contrarium dicit, aut probat. Duodecimo quæ-
91 ritur qui ſint effectus huius ſubſtitutionis. † Et primus quidē effectus eſt, quia comprehendit omnia bona ipſius furioſi, aut mente capti: quemadmodum & pupillaris trahitur ad omnia bona impuberis, ut eſt tex. in l. ſed ſi plures §. ad ſubſtitutos ff. de uulg. & pupill. & uidimus ſupra in materia pupillaris. Et declarat Petr. de Anch. in conſi. 8. in prin. quòd tamen intellige, quando eſt facta
92 filio legitimo & naturali † ſecus uerò ſi filio legitimo tantum ut arrogato: quia tunc trahitur ad bona illa tantum, quæ ab ipſo arrogatore proueniunt, & idem in pupillari eſt deciſum, ut in l. ſi arrogator ff. adopt. & in l. ſed ſi plures §. in arrogato ff. de uulg. & pupill. Circa hoc tamen dic, ut dixi in materia pupillaris in octaua
93 queſtione, in ſecundo effectu. † Secundus effectus eſt, quia hæc exemplaris continet etiam, tacitam uel præſumptam uulgarem, ſeu ad illam porrigitur: ſi quidem eius caſus eueniat, ut quia ille furioſus aut mente captus prius deceſſerit, quàm fuerit per eum adita, ſeu acceptata hereditas, tunc ſubſtitutus ex uulgari tacita,
ſiue

ſiue præſumpta admittetur, prout hoc idem de pupillari dicitur in
94 l. iam hoc iure ff. de uulg. & pupill. cum ſuis ſimil. † Nec diuerſitatis ratio in hoc reddi poteſt. Iſtud autem puto eſſe intelligendũ quò ad bona teſtatoris, ſi quidem ipſe furioſus erat hęres inſtitutus: quò uerò ad bona ipſius furioſi attinet, putarem per exemplarem ſubſtitutum admitti poſſe: quia uerum eſt illum in furore deceſiſſe, ſiue ante aditam, ſiue poſt aditam, in hoc non eſt uis. Nun quid autem pariter trahetur ad pupillarem tacitam, ſi caſus eius
95 eueniat, † quia ille furioſus, acceptata hæreditate, in pupillari ętate, & furioſus adhuc decedat. Et puto non eſſe hoc caſu neceſſarium, quòd ad iſtam ſubauditionẽ diueniamus: cum adſit ſubſtitutio expræſſe per teſtatorem ipſum facta, quò caſu tacita debet ceſſare l. cum ex filio §. filio impuberi ff. de uulg. & pupill. & dixi ſupra in proxima quæſtione, in tertio requiſito, in uer. ſed iterum inſtatur. nu. 73. Non enim militat ratio, quæ militat in uulgari, ut ad pupillarem trahatur: quia quando eſt facta uulgaris, ſi ille adita hæreditate decedit in pupillari ætate: ceſſat omnino illa ſubſtitutio expræſſe facta per teſtatorem l. poſt aditam C. de impub. & alijs ſubſtit. ideo à lege fit interprætatio extenſiua etiam ad caſum pupillaris: non ſic autem eſt in caſu noſtro, quia ſi eſt facta exemplaris, licet ille furioſus adita hæreditate, decedat impubes adhuc, & in furore: non tamen expirat exemplaris per teſtatorem facta, ſed durat adhuc: ideo non eſt opus, ut fiat extenſio aliqua ad aliam ſpetiem ſubſtitutionis, cum duret illamet, quam fecit teſtator, d. l. cum ex filio §. filio impuberi, Item pro generali regu-
96 la traditum eſt † quòd ubi adeſt prouiſio hominis, ibi legis prouiſio ceſſat l. fi. C. de pact. conuent l. maritus C. de procurat. cum
97 ſimil. † Tertius effectus eſt, quia hæc ſubſtitutio matrem excludit, ſicuti etiam pupillaris expræſſa illam excludit, ut dictum fuit ſupra in materia pupillaris. Et ita in effectu concludit Bart. in d. l. ex facto, in 6. col. uer. iuxta hoc quæro & ſuadetur hoc ex d. l. humanitatis, ubi imperator declarat, & exprimit, quænam perſonæ ſint neceſſariò in hac ſubſtitutione uocandæ, uideli cet filij, aut alij deſcendentes ipſius furioſi, item & fratres: ergo cæteri excluduntur, & ſic legitime poſsint per hanc ſubſtitutionem pręteriri.
98 † Sed unum eſt, per quòd uidetur dicendum quòd mater idem ius habere debeat in ſucceſsione filij, quòd habet frater, text. eſt in auten. defuncto C. ad Tertull. ergo ſicut frater non poteſt excludi per hanc ſubſtitutionem, pariter idem dicatur etiam de matre: niſi dicas quòd illa æquiparatio procedit quò ad ſucceſsionem ab inteſtato,

inteſtato, non ſic autem ex teſtamento: unde cum illa lex humanitatis excipiat tantum deſcendentes, & fratres furioſi, dicendum eſt alios excludi poſſe per illam ſubſtitutionem, cogita tamen. Sit ergo concluſio, quòd mater excluditur per expreſſam exem-
99 plarem. † Secus autem eſſet in tacita exemplari, ad quàm uulgaris expræſſa porrigitur, quia hæc matrem non excludit, ſicut nec pupillaris illa, ad quam expræſſa uulgaris porrigitur, quæ matrem pariter non excludit, ſecundum opinionem Doctorum, à qua tamē ego in tractatu pupillaris receſsi, tenendo quòd immo mater pariter excludatur? & quia ibi latius materiam hanc tractaui, non eſt
100 ideo opus repetere. Decimotertio quæro † in quibus differt hæc ſubſtitutio à pupillari? & licet ex his, quæ circa hanc ſubſtitutionem, item & circa pupillarem dicta ſupra fuere, colligi ſatis poſſit, in quibus hæ ſubſtitutiones inter ſe cōueniant, & in quibus ab inuicē differāt: attamen aliquas differentias hic ſimul connumera-
101 bo, & Primò in cauſa efficiēti differunt† quia illa moribus, hæc aūt iure ſcripto primū introducta fuit, ut in l. moribus. ff. de uulg. & pupill. & inſtit. de pupill. in fine prin. iuncta l. ex facto ff. eo. tit. & l.
102 humanitatis C. de impub. † Secundo differunt, quia illa impuberibus tantum fit l. 1. & ferè per totum tit. ff. de uulg. & pupill. & inſtit. eo. tit. in prin. hæc autem etiam maioribus fit, ut in §. qua ratione. ſed nihilominus poteſt etiam impuberibus fieri, ut dixi ſupra in undecima quæſtione, in tertio requiſito, licet Doctores cō-
103 muniter contrarium putauerint. † Tertiò differunt, quia illa liberis exiſtentibus in poteſtate tantum fit, d. l. 1. in princ. & inſtit. in prin. eo. tit. hęc autem tam exiſtentibus in poteſtate, quàm emancipatis, ac etiam illis liberis, qui nunquàm in poteſtate fuerunt, quia etiam mater poteſt ſubſtituere, exēplariter ut in d. l. humanitatis, quæ tamen non habet, nec habere poteſt filios in poteſtate, l. illud §. ad teſtamenta fœminarum ff. de bon. poſſeſ. contra tab. §. mater inſtit. de exhæredat. liber. & §. fœminę inſtit. de adopt. in iſta enim
104 ſubſtitutione patria poteſtas non attenditur. † Ex quibus alia etiā ſubſequitur differentia, & ſic quarta, quia illa à patre tantum, uel ab alio aſcendente maſculo fit, iuribus præallegatis. iſta uerò etiam à matre & à cęteris illius lineæ aſcendentibus fieri poteſt d. l. huma-
105 nitatis C. de impub. & alijs ſubſtit. † Quinta differentia eſt, quia in illa etiam extranei quilibet ſubſtitui poſſunt indiſtincte: cū nulla reperiat in hoc facta reſtrictio: ſecus uerò in iſta: quia filij, aut deſcendentes ipſius furioſi prius, illis autem deficientibus fratres ſunt ſubſtituendi: demum alij quicunque ſubſtitui poſſunt, d. l. hu-

manitatis.

106 manitatis. † Sexta differentia,quia illa uſq; ad certam ætatem tā tum uidelicet quatuordecim annorum fieri poteſt, l.in pupillari, & l.uerbis ciuilibus ff.de uulg.& pupill. hæc autem non habet certum tempus: ſed in determinate,ſcilicet uſque quo reſipuerit, aut aliàs ſanus mente factus fuerit, d. l.ex facto & d. §. qua ratione in-
107 ſtit.eo. tit. † Septima differentia ſecundum Doctores eſt, quia pupillaris ſaltem olim poterat tam inſtituto,quàm exhæredato fieri.l.2.§.ſubſtituere ff.de uulg.& pupill.& §.non ſolum,inſtit.de pupill.Exemplaris autem non poteſt fieri filio exhæredato,ut putant Doctores:ſed neceſſe eſt, ut ſaltem legitima & relinquatur d.l.hu-
108 manitatis. † Sed ego ſuperius iſtam opinionem tanquàm ratione carentem improbaui, & oſtendi legem illam humanitatis. hoc non probare, ſed ad alium finem tex. illum dicere legitimam eſſe furioſo relinquendam. Nempe ne aliàs teſtamentum, & ſic etiam exemplaris ſubſtitutio per quęrelam reſcinderetur: adeo quòd ibi contrarium potius probatur:quia præſupponit ſubſtitutionem illam fieri etiam exhæredato poſſe, ſeu etiam quòd non ſit furioſo relicta legitima: uerum poſſe per quærelam inofficioſi teſtamenti reſcindi: ideo ut hoc euitetur, tradit ibi imperator remedium iſtud,quòd legitima furioſo relinquatur.Si autem fieri non poſſet hæc ſubſtitutio,non relicta legitima,prout Doctores aſſerunt,certe eſſet nulla,ideoque non eſſet opus quærela,immo nec poſſet rū-
109 pi per quærelam: † quia quod nullum eſt,rumpi non poteſt, ut eſt tex.in terminis in l. nam & ſi ſub conditione,in uer.poſt defectum autem ff.de iniuſto rupto irritoq; teſt. cuius tamen contrarium ex
110 preſſe dicit ille tex. † Vnde concludo,quòd hæc differentia olim, ſcilicet de iure antiquo non procedebat: quia pupillaris poterat exhæredato fieri,d.l.1.§.ſubſtituere ff.de uulg.& pupill.& d. §. nó ſolum inſtit.eo. tit. & idem etiam in exemplari ſecundum prædi-
111 cta. † Hodie uerò,cum pupillus exhęredari minime poſsit l.ſi quis in ſuo §. legis ueteris C. de inoff. teſtam. & multò quidem minus ex diſpoſitione iuris autenticorum, quia cauſam in gratitudinis ſubeſſe,& exprimi oportet, §.Aliud quoq; capitulum,in auten. ut cum de appellat.cognoſ.ideo exhæredari non poteſt: furioſus uerò poteſt exhæredari l.fi.§.ſed cum antiquitas C.de curat. fur.fortè quia ante fruorem cauſam ingratitudinis commiſit, ſequitur,
112 † Quòd differentia eſt conuertenda, uidelicet quòd exemplaris exhæredato fieri poteſt,pupillaris uerò minime: cum cauſa ingratitudinis committere regulariter non poteſt & conſequenter nec ex-
113 hæredari poteſt. † Octaua differentia eſt, quia hæc poteſt finiri

per

per ſuperuenientiam filiorum,l.ex facto ff.de uulg.& pupill.illa uerò regulariter finiri illo modo non poteſt: quia impubes non poteſt ſuſcipere filios: & tunc quando habilis eſſe incipit ad filios ſuſcipiendos,finita iam eſt pupillaris ſubſtitutio, quia iam pubes factus eſt.
114 † Nona differentia eſt,quia hæc exemplaris non ſolum finitur, ſi furioſo filius naſcatur,ſed etiam ſi ei frater naſcatur: quia eſt de illis,qui ſunt ei neceſſariò ſubſtituendi, quando non adſunt deſcendentes ipſius furioſi, ut dicitur in d.l.humanitatis:ideoq; & ipſe,ſi poſt naſcitur:tollit ſubſtitutionem exemplarem. non ſic autem eſt in pupillari, quia frater impuberis non aliter euerteret pupillarem ſubſtitutionem, niſi prius teſtamentum per quærelam in totum rumperet l.Papinianus §.ſed nec impuberis ff.de inoff.teſt. cæteras differentias,ſi quis curioſus cumulare uoluerit,poterit percurendò materiam utriuſq; ſubſtitutionis eas colligere: has enim nunc recenſuiſſe ſatis eſſe putaui. Decimoquartò,& ultimo quęritur
115 † quomodo hæc ſubſtitutio finiatur. & primo quidē finitur, ſi ille ſanæ mentis efficiatur,ſicuti etiam pupillaris finitur,ſi ille efficiatur pubes,ut eſt tex.in d.§.qua ratione inſtit.de pupill. & in d. l.ex facto ff.eo.tit.& in l.humanitatis C. de impub. & iſtud proſequitur Bart.in d.l.ex facto,in quinta quæſtione principali:& quoniam materia iſta ſatis poteſt liquere ex his,quæ dixi ſupra circa materiam pupillaris ſubſtitutionis in nona quæſtione principali,ideo ibi dicta ſufficiant: cum eorum pleraq; etiam in iſta deſeruire poſſint.
116 † ſolum ad illud puto eſſe aduertendum, quod dicit Bart. in d.l.ex facto,& Doctores in tract.huius ſubſtitutionis tangunt.ſi enim furioſus reſipiſcat,finitur hæc ſubſtitutio,ut dictū eſt: Quid autem ſi furor,& infirmitas illa iterum ſuperueniat, an re conualeſcet iterum ſubſtitutio iam facta? Et concluſiue loquendo putarem,quod ſi mortuo iam ipſo teſtatore,hoc contingeret, ſine dubio ſubſtitutio ſemel finita,& extincta non conualeſceret,deficiēte præſertim cauſa efficiente,& ſic teſtatore.
117 † Nam tunc,quando mortuus eſt ipſe teſtator,teſtamentum eius illum effectum ſortitū fuit, quem ſortiri tunc temporis potuit: ſed illo tempore, qñ teſtatur,iam expirauerat illa ſubſtitutio,quia ſanæ mentis iam factus fuerat: ideo non poteſt ultra quicquam noui ex illo teſtamento induci. ſi uerò uiuit adhuc teſtator, uideretur fortè idem dici debere ex mente legis, uidelicet,quod non reconualeſcat,illa ſubſtitutio,quæ ſemel fuit infirmata,niſi denuo fiat:licet Bart.in d. l. ex facto in pen.col.teneat quod conualeſcat ſubſtitutio,quę non fuit extincta, ſed ceſſauit quando ille factus fuit ſanæ mentis, ut hoc

uerbo utitur tex. in d. l. humanitatis, quæ eſt conſtitutio noua in iſta materia, ut ibi per eum. tamen alia duo iura de hac ſubſtitutione loquentia alio uerbo utuntur, nam tex. in d. l. ex facto dicit, quòd deſinit ualere, & tex. in §. qua ratione dicit, quòd infirmatur, & ille eſt tex. Iuſtiniani ſicut Bart. dicit de illa l. humanitatis. & uerbum illud ceſſat, licet poſsit in ea ſignificatione ſumi, ut non denotet totalem & omnimodam extinctionem actus, ſed temporalem: tamen poteſt etiam illam totalem ſignificare, ut in iure ſæpe curioſus reperire poterit. Et quòd in iſta ſignificatione ſumi uerbum illud debeat, ut omnimodam actus peremptionem denotet, ſuadetur ex illis duobus iuribus, quæ utuntur uerbis id ſignificantibus uidelicet infirmari, & deſinere ualere. Et huius opinionis contra Bart. etiam fuit Poli. in ſuo tract. dum de exemplari loquitur in fi. Alia tamen conſideratione uidetur dici poſſe, quòd ſubſtitutio effectum habere poſsit, ſuperueniente iterum furore in uita teſtàtoris, ut Bart. uoluit in d. l. ex facto. quoniam uſq; quo uiuit teſtator, non poſſumus rectè dicere quòd ſubſtitutio, aut alia quæuis diſpoſitio teſtatoris aut deficiat, aut effectum habeat, ſed omnia ſtant in pendenti: nam ambulatoria uoluntas teſtatoris eſt uſque ad uitæ extremum exitum l. 3. §. fi. ff. de adimen. leg. unde licet furioſus, uiuo teſtatore, ſanæ mentis efficiatur, tamen non poſſumus dicere, quòd ceſſet, uel quòd extinguatur illa ſubſtitutio, quę nunquàm adhuc cæpit habere locum: ſed inſpicitur, & attenditur tempus mortis, & ſecundum illud iudicatur de ipſa ſubſtitutione. ideo ſi tempore mortis teſtatoris ille reperitur furioſus, poterit habere locum ſubſtitutio exemplaris, quicquid medio tempore fuerit. Ad quod facit tex. in §. in hæredibus inſtit. de hæred. qualit. & differ. & l. ſi alienum §. in extraneis ff. de hæredib. inſtit. unde iura iſta, quę dicunt exemplarem ſubſtitutionem infirmari, aut deſinere ualere, uel ceſſare, quando furioſus reſipuerit, loquũtur poſt mortem ipſius teſtatoris, quia, illo uiuo, nunquàm habuit locum ſubſtitutio, nec ſubſtitutus admitti potuit: ideo non rectè dici poteſt ceſſare, uel infirmari: ſed demum mortuo teſtatore, incipit ſubſtitutio poſſe locum habere, & tunc proprie poteſt deſinere, aut ceſſare ipſa ſubſtitutio: & tunc ſubſtitutus deſinet habere bona, ſi quidem furioſus reſipuerit: adeo quòd ſententia Bart. in caſu iſto non habebit dubitationem. Et idem putarem, ſi eſſet talis furioſus, qui haberet dilucida interualla: licet forte tunc non poſſet illi ſubſtitui exemplariter: quia ipſe poſſet teſtari §. item furioſi inſtit. quib. non eſt permiſſum facere teſt. & facit l. ex facto ff. de

119 uulg.& pupill. † Inſuper finitur hæc ſubſtitutio,ſi naſcantur filij ipſi mente capto, cui fuit facta exemplaris ſubſtitutio, ut eſt text. expræſſus in d.l.ex facto ff.de uulg.& pupill.nam & ſi ante factam ſubſtitutionem nati fuiſſent,oportuiſſet illos ſubſtituere l.humani
120 tatis C.de impub.†ſed an intelligi iſtud debeat in filijs legitimis & naturalibus,an etiam in naturalibus tantum? Bart. in d. l. ex facto uidetur aſſerere etiam in naturalibus tãtum hoc poſſe procedere, conſiderata præſertim qualitate perſonæ, quæ non poteſt alios fi-
121 lios,quàm naturales tantum ſuſcipere, † ut pote quòd matrimoniũ contrahere minime poteſt, conſenſu in eo deficiente,in quo ſubſtantia matrimonij conſiſtit,l.nuptias.ff.de reg.iur.ideo de filijs ſe
122 cundum ſubiectam materiam intelligi oportet.† Sed aduerte,quia poſſet negari,furioſum alios filios ſuſcipere non poſſe, præter naturales tantum, & ſit quòd termini ſubiectæ materiæ ita diſtent: quoniam & ſi uerum ſit, quòd furioſus non poteſt propter defectum conſenſus matrimonium contrahere,per d.l. nuptias tamen poſſet filios ſuſcipere ex matrimonio iam contracto: quòd quidẽ non dirimitur, licet poſt furioſus efficiatur, ut eſt caſus in l. patre furioſo ff.de his, qui ſunt ſui, uel alieni iur. & in c. neque furioſus
123 32.q.7.not.in c.directas filius extra de ſponſal. † unde ego dicerem iſtud ex qualitate perſonæ ſubſtitutæ perpendi, & iudicari debere:nam ſi eſſet ſubſtitutus alius filius teſtatoris, frater furioſi, tunc dicerem per filium naturalem tantum non tolli ſubſtitutionem: ſi uerò extraneus eſſet ſubſtitutus, dicendum eſſet filium naturalem tantum fore in conſideratione quò ad iſtud propoſitũ. arg.l. generaliter §. cum autem C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. & arg. eorum, quæ dixi ſupra in ſeptima quæſtione. Et iſta ſufficiant circa hanc ſubſtitutionem exemplarem, præſertim cum de ea perraro contingat tractari: & ego nunquàm memini legiſſe teſtamentum aliquod, in quo de exemplari ſubſtitutione mentio haberetur.

DIRECTAE MILITARIS.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit ſubſtitutio directa Militatis.*
2 *Quotuplex eſt directa Militaris.*

3 *Directa Militaris eſt contra regulas iuris.*
4 *Compendioſa à Milite uerbis directis filio impuberi in poteſtate exiſtenti facta, ualet infra pubertatem ut pupillaris, poſt uerò ut directa militaris.*
5 *Quo iure fuerit introducta directa Militaris.*
6 *Ex qua cauſa fuit inuenta.*
7 *Milites armis potius quàm legibus intendere legislator uoluit.*
8 *Quibus uerbis fiat directa Militaris.*
9 *Directa Militaris poteſt ad uarios caſus, & ad uaria tempora referri pro ut militi teſtatori libuerit.*
10 *Effectus directæ Militaris eſt, ut ſubſtitutus ad bona teſtatoris tantum admittatur.*
11 *Directa Militaris regulariter ualet iure directo.*
12 *An autem obliquetur fauore matris.*
13 *Quando, & quomodo finiatur directa Militaris.*

QVarta principalis ſpeties ſubſtitutionis eſt, quæ directa militaris appellatur: in qua breuibus uerbis procedam, præſertim cum pauca ſint ſuper ea dicenda: non recedendo tamen ab ordine, quem in ſuperioribus ſubſtitutionibus tenui, Primo eſt uidendum, quid ſit directa militaris. Secundo quotuplex. Tertio quo iure fuerit inuēta: Quartò quibus uerbis fiat Quintò qua de cauſa fuerit introducta. Sexto qui ſint eius effectus. Septimò quomodo, & quandò finiatur. Redeo igitur
1 ad primum † quid ſit ſubſtitutio directa militaris: licet autem non reperiam ab aliquo id declaratum: tamen quò dilucidius intelligatur, & cognoſcatur natura huius ſubſtitutionis, ſic dici poteſt, quòd ſit ſubſtitutio directa à milite etiam puberi facta ex priuilegio ei contra regulas iuris conceſſo. & licet de facili contra diffinitiones argui poſsit: quia, ut iuriſconſultus ait, in l. omnis diffinitio ff. de reg. iur. periculoſa eſt omnis diffinitio, & de facili ſubuerti poteſt. nihilominus de facili hanc puto poſſe ſuſtineri: ſed, ut dixi, iſtud eſt dictum potius huius ſubſtitutionis declarandæ gratia.
2 † Circa ſecundum quotuplex ſit, dici poteſt; quòd eſt duplex, uidelicet expræſſa, & tacita: expræſſa, ut quæ fit per militem uerbis ſpecificis puberi directò ſubſtituendo: uel etiam impuberi non exiſtenti in poteſtate, uel recaſuro, aut remanſuro in poteſtate ſui aui, ut in caſu l. cum filiusfamiliàs ff. de milit. teſt. uel quia fiat ad certum tempus, uel quia in parte tantum bonorum ſubſtituit.

3 † Qui

3 † Qui omnes caſus ſunt contra regulas iuris. ut in §. maſculo in-
ſtit.de pupill. in l.in pupillari & l.uerbis ciuilibus & in l.2. in prin.
ff.eo.tit.in l.ius noſtrum ff.de reg.iur.ideo ex priuilegio duntaxat
militum eſt conceſſum ſic poſſe ſubſtituere, ut eſt tex. in l. miles
ita,in prin.ff.in l.quærebatur §. fi. & in l.in fraudem §. miles ff. de
milit.teſt. & in l.in teſtamento, in fi.C.de milit.teſt.alia uerò eſt,
4 quæ non uerbis ſpecificis, ſeu expreſsis fit, † ſed ſub quadam gene
ralitate uerborũ comprehenditur, ut cum miles filio ſuo impube-
ri,& in poteſtate exiſtenti compendioſam facit ſubſtitutionẽ uer
bis directis: nam ſi infra pubertatem filius deceſſerit,ualebit ſub-
ſtitutio iure communi ut pupillaris: ſi uerò poſt pubertatem dece
dat,erit directa militaris ſub illis uerbis generalibus,& indefinitis,
uidelicet quandocunq; deceſſerit comprehenſa, ut probatur in l.
5 Centurio ff.de uulg.& pupill. † Circa tertium,quo iure fuerit in
troducta,dicendum eſt,quod de iure ciuili ſcripto, ut in ſupra al-
legatis iuribus probatur, ac primum per imperatores,ut refert iu-
6 riſconſultus in l. 1. ff. de milit. teſt. † Quo ad quartum, ex qua
cauſa fuerit introducta,eſt dicendum quòd fauore militiæ,& quia
magis homines ad arma ſuſcipienda pro reip. & imperij defenſio-
7 ne inuitarentur.† Item & propter militum ſimplicitatẽ quia armis
potius quàm legibus eos intendere uoluit legiſlator, & princeps
l.fi.C.de iure delib.& in d.l.1.ff.de milit.teſt.& in l.quanquam C.
8 eo. tit. † Quo ad quintum, ſcilicet quibus uerbis fiat, dicendum
9 eſt, quòd non poteſt dari certa regula † Quia miles poteſt ad ua-
cuos caſus & ad uaria tempora ſuam ſubſtitutionem referre, ut
puta uel ad tempus mortis illius, cui ſubſtituit, uel ad tempus pu-
bertatis, uel ad tempus uiginti quinque annorum, uel ad tempus
mortis,uel prout ipſi magis libuerit, ut in d. l.miles ita ff. de milit.
teſt.& in d.l. Centurio ff. de uulg. & pupill. & in l. præcibus C. de
10 impub.& alijs ſubſtit. † Circa ſextum, qui ſint eius effectus, dic
quòd per illam admittitur ſubſtitutus ad bona ipſius militis tantũ,
ut eſt text. in d. l. Centurio in ſecundo reſponſo, & in d. l. præ-
cibus in fi. C. de impub. ſecundum intellectum Caſtillion.
11 † Item eius effectus eſt,quòd regulariter ualet iure directo d.l.Cẽ-
12 turio,& d.l.miles ita cum alijs ſupra allegatis. † Quando autem
mater eius,cui ſubſtituitur,ſuperextat, tunc obliquatur,ut iure fi-
deicommiſsi ualeat d. l. præcibus, ſecundum intellectum illorum
qui dicebant fauore matris illud ibi procedere: quem tamen in-
tellectum ego non puto uerum: quia,cum non agatur in iſta ſub-
ſtitutione de bonis filij, cui ſubſtituitur, ſed tantummodo agatur
de boni

de bonis teſtatoris militis d.l.Centurio,ubi eſt expræſſum, merito non poteſt haberi in aliqua conſideratione mater, quæ eſt uxor illius,de cuius bonis agitur: ideo ſecutus ſum intellectum Chriſtofori caſtill.& Raphaell.prout latius aliquãdo dixi in d.l. pręcibus, & in d.l. Centurio. & infra dicam in materia compendioſæ.

13 † Circa ſeptimum, & ultimum, uidelicet quando,& quomodo finiatur,dic quòd finitur,prout ipſe teſtator miles diſpoſuit, tẽpus præfiniendo,uel certum, uel incertum ad ſui ipſius libitum, ut in d.l.miles ita ff.de milit.teſt.in d.l.Centurio,& in d.l.præ cibus. nõ nulla alia circa hanc ſubſtitutionem dicentur infra in diſcurſu cõpendioſæ ſubſtitutionis:ideo ulterius nunc non progredior.

RECIPROCAE SVBSTITVTIONIS.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit ſubſtitutio Reciproca.*
2 *Diffinitio ut bona ſit, quæ concurrere debeant, remiſsiue tamen.*
3 *Reciproca ſubſtitutio à compendioſa in quo diferat, & infra num.*
4 *Quotuplex ſit Reciproca ſubſtitutio.*
5 *Expræſſa ſubſtitutio Reciproca, item tacita.*
6 *Cur ſic fuerit hæc ſubſtitutio Reciproca appellata.*
7 *Item cur Breuiloqua.*
8 *Subſtitutio Reciproca an propriam & ſpecificam ſpetiem conſtituat, & quomodo num. 10. ubi quòd eſt diuerſa.*
9 *Actio de peculio, de in rem uerſo quòd iuſſu non eſt proprium nomen actionis, ſed adiectiones potius.*
11 *Quibus uerbis fiat Reciproca ſubſtitutio.*
12 *Etiam in legatis datur Reciproca ſubſtitutio.*
13 *Quòd, & quas ſubſtitiones continent Reciproca ſubſtitutio.*
14 *Caſus, in quibus uulgares ſubſtitutiones continentur in Reciproca.*
15 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio continebitur in Reciproca, & nu. 29.*
16 *Verbum ſubſtitutio eſt de ſe aptum & directam & fideicommiſſariam importare ſubſtitutionem.*
17 *Tex. in l. Iam hoc iure ff. de uulg. & pupill. declaratur.*
18 *Item tex. in l. 2. C. de impub. & alijs ſubſtitutio.*
19 *Reciproca ſubſtitutio non debet abſolute dici directa.*

19 Fidei-

20 Fideicommiſſaria ſubſtitutio an, & quomodo proprie ſubſtitutio dicatur.
21 Reciproca ſubſtitutio illas tantum continet ſubſtitutiones quæ utriq; ex ſubſtitutis conuenire poteſt.
22 Reciproca ſubſtitutio continet etiam pupillares.
23 Poteſt dari caſus, in quo Reciproca ſubſtitutio pupillares tantummodo contineat.
24 Exemplaris etiam contineri in Reciproca poteſt.
25 Fideicommiſſaria ceſſat, ubi directa poteſt habere locum, & nu. 36.
26 Reciproca ſubſtitutio non poteſt continere octo ſubſtitutiones ſed ſex tantum ſi duobus facta ſit.
27 Item poteſt continere directas militares.
28 Miles an cenſeatur uti iure communi remiſſiue, & nu. 37.
30 Directa Militaris non continetur in Reciproca, quando continetur fideicommiſſaria de iure communi.
31 Et idem dico quando exemplaris continetur.
32 Caſus in quo Reciproca ſubſtitutio fideicommiſſarias tantum continet.
33 In codicillis hæreditas directo dari non poteſt.
34 Inter liberos an directo hæreditas dari poſſit.
35 Miles in codicillis hæreditatem directo dare poteſt.
36 Reciproca ſubſtitutio ſimpliciter facta continet regulariter ſex tantum ſubſtitutiones.
38 Fideicommiſſaria, & directa Militaris concurrere ſimul non poſſunt.
39 Duæ directæ ſubſtitutiones eodem tempore, & eodem caſu concurrere ſimul non debent.
40 Caſus, in quo in Reciproca ſimplici octo continentur ſubſtitutiones.
41 Quando in Reciproca ſubſtitutione eſt adiectum uerbum quandocunq; ſine dubio continetur fideicommiſſaria quare eſt etiam compendioſa.
42 Subſtitutiones diſparis numeri reſpectu perſonarum in Reciproca contineri non poſſunt, quare illæ tantum, quæ omnibus conueniunt, in eſſe poſſunt.
43 Fallit ubi contrarium expræſſit teſtator.
44 Si teſtator tres filios inſtitutos inuicem ſubſtituat, quorum uni non conueniat pupillaris nec in perſona aliorum quibus conuenire illa poteſt continebitur, fallit, ut num. 48.
45 Ratio legis iam hoc iure eſt, ut uerbũ ſubſtituo plures perſonas reſpiciens, uniformiter omnes determinet.
46 Equalitas inter fratres quo magis fieri poteſt, eſt ſeruanda.
47 Pater cenſetur ius ſucceſſionis ab inteſtato inter filios conſeruare.
48 Si duo ſint coniunctim inſtituti, quibus conuenit pupillaris ſubſtitutio & alius cui illa non conuenit & omnes in iure ſubſtituti, continebitur pupillaris

pillaris in perſona duorum.
49 Quomodo differat Reciproca ſubſtitutio à compendioſa, & nu. 51. & 53.
50 Compendioſa ſubſtitutio plures ſubſtitutionum ſpecies comprehendit. Item & pluribus ſicut Reciproca fieri poteſt.
52 Caſus in quo in compendioſa inſtituti inuicem etiam ſubſtituantur
54 Effectus reciprocæ ſubſtitutionis.
55 Pupillaris, quæ in Reciproca continetur: matrem excludit ex ſumma Doctorum.
56 Subſtitutiones, quæ in Reciproca continentur: an dicantur expræſſæ, uel nec.
57 Pupillaris, ad quam porrigitur expræſſa uulgaris, matrem excludit remiſſiue tamen.
58 Reciproca illas tantum ſubſtitutiones continet, quæ omnibus conueni-re poteſt.
59 Quomodo hæc ſubſtitutio extinguatur?
60 Si Reciproca ſubſtitutio finiat in perſona unius, an duret in perſona alterius, ſeu aliorum?
61 Si duo impuberes Reciprocè ſubſtituantur quorum unus efficiatur pubes priuſquàm alter, an finiatur pupillaris in perſona utriuſq; & nu. 63.
62 Si res deueniat ad illum caſum, à quo incipere non poterat, uitiatur, & nume. 71.
64 Quandiu teſtator uiuit, eius teſtamentum remanet in ſuſpenſo, quia morte tantum confirmatur.
65 Si uiuo teſtatore caſus aliquis contingat, propter quòd alteratur ſua diſpoſitio, & non prouidet, ei eſt imputandum, & ita præſumitur eſſe illius uoluntas, & num. ſeq. & num. 70. & ſeq.
66 Pater præſumitur notam habere ætatem ſuorum filiorum.
67 Teſtator præſumitur ſecundum diſpoſitionem iuris uelle teſtari.
68 Mutatio uoluntatis non præſumitur.
69 Teſtamentum ſolemne non reuocatur etiam per expræſſam uoluntatem teſtatoris, niſi noua ſolemnitas interceſſerit.
72 Conſtitutio duarum rerum non uitiatur licet inæqualitas ſuperueniat.
73 Tex. in l. 3. §. ibidem ff. de Carbon. ædicto.
74 Tutor legitimus præfertur datiuo: teſtamentarius autem legitimo.
75 Habilitas in hærede requiritur tribus temporibus.
76 Si pater emancipat unum ex filiijs impuberibus, quos inuicem ſubſtituerat an uitiatur pupillaris ſubſtitutio etiam in perſona alterius.
77 Teſtator præſumitur uelle ſuam diſpoſitionem procedere, prout à lege diſponitur & ſi aliud ualet, illi imputatur, cur non expræſſerit, & nu. 81.
79 Si tempore teſtamenti eſt inæqualitas inter ſubſtitutos Reciprocè, an ſi poſt ſuperuenit æqualitas, habeat locum ſubſtitutio, & nu. 85.

80 Suffi-

80 Sufficit, quòd habilitas ad pupillarem adſit tempore mortis, licet tempore eſtamtenti deficeret.

82 Non ſufficere requiſita ad ſubſtitutionem adeſſe, niſi etiam concurrat uoluntas diſponentis.

83 Facilius infirmatur diſpoſitio teſtatoris, quàm inducatur.

84 Lex extendens uulgarem expræſſam ad pupillarem præſumptam, & è contra licet non adſit expræſſa uoluntas teſtatoris, non facit idem in Reciproca facta imparibus perſonis, niſi ſit per teſtatorem expræſſum.

85 Si pater incontinenti poſt factam Reciprocam adoptet emancipatum, aut aliàs redigat ad æqualitatem, conualeſcet pupillaris non obſtante inæqualitate, quæ ab initio aderat.

86 Voluntas declaratur ex his, quæ poſt ſubſecuta ſunt, præſertim incontinenti.

87 Si pater duos filios impuberes inuicem ſubſtituat, quorum unus ſit exhæredatus, alter uerò inſtitutus, an in perſona exhæredati habebit locum uulgaris, ut ex ea admitti ipſa poßit.

88 Pupillus hodie regulariter non exhæredatur.

89 Teſtator filium impuberem, & puberem furioſum inuicem ſubſtituit, an continebitur pupillaris, & exemplaris.

90 Subſtitutio pupillaris, & exemplaris licet ſimiles ſint, & iſta ed exemplum illius ſit introducta, tamen in multis inter ſe differunt.

91 In Reciproca ſubſtitutione non dum requiritur ut tot ſubſtitutiones in uno, quot in alio locum habeant, ſcilicet & quòd eædem in utriuſque perſona concurrant.

92 Si pater plures filios uniuerſaliter hæredes inſtituat, filias uero in re certa, deinde omnes inuicem ſubſtituat, an filiæ quoque ex ſubſtitutione admittentur, an uero ſoli filij uniuerſales hæredes.

93 Hæres in re certa non dicitur proprie hæres alio uniuerſaliter inſtituto.

94 Verba non ſunt impropriãda, non ſubſiſtente aliqua cauſa.

95 Ius accreſcendi pertinet ad inſtitutos uniuerſaliter, non autem in re certa.

96 Item ad illos, qui eodem iure ſuccedunt, non autem qui diuerſo.

97 Ex ſubſtitutione admittuntur primò illi, qui erant coniuncti, & poſtmodum alij.

98 Coniuncti Re, & uerbis præferuntur coniunctis uerbis tantum.

QVinta eſt ſubſtitutio, quæ Reciproca à lege fuit appellata, ut in l.iam hoc iure ff.de uulg. & pupil. aliàs autem Breuiloqua à Doctoribus fuit nuncupata. In qua primo uidendum eſt, ſuperiorum ſubſtitutionum ordinem ſequendo, quid ſit Reciproca, ſeu Breuiloqua ſubſtitutio. Secundò quotuplex ſit. Tertiò cur ita appelletur. Quartò an conſtituat propriã ſpetiem ſubſtitutionis: Quintò quibus uerbis concipiatur. Sextò quot, & quas ſubſtitutiones ſit apta comprehendere. Septimò quo modo differat à compendioſa, cum & iſta apta ſit eaſdem ſubſtitutionis ſpeties continere, quas & illa continet. Octauò qui ſint eius effectus. Nono quomodo finiatur, ſeu expiret. Decimò, & ultimo non nullas quæſtiones materiam iſtam reſpicientes decidemus.

1 † Redeundo igitur ad primum, quæritur, quid ſit Reciproca ſubſtitutio: eam ſic Polit. definit, quòd eſt illa, quæ duntaxat pluribus inſtitutis breui oratione fit, atque alterum in alterius defectũ, uel obitum uocat, ut per eum in ſuo tract. Quidam alij aliter ſic diffiniebant quòd eſt quędam conditionalis inſtitutio facta pluribus hæredibus inſtitutis uiciſsim, ſeu inuicem. ſuper quibus diffinitionibus non intendo inſtare: ſed tantummodo meam addam diffinitionem. & dico quòd eſt ſubſtitutio pluribus inſtitutis inuicem facta apta ſub ſe plures ſubſtitutiones continere ſecundum qualitatem eorum, quibus fit. uel aliter dic, quòd eſt diſpoſitio teſtatoris apta ſub ſe plures ſubſtitutionum ſpeties in perſonis plurium inſtitutorum ſecundũ eorum qualitates inuicẽ comprehen-

2 dere. † Iſtæ enim duæ diffinitiones per me traditæ conuertuntur cum ſuo diffinitio: item conſtant ex genere, & differentijs: & ponunt ſubſtantialia rei diffinitę, ſi rectè cõſiderentur: prout iſta omnia, ut bona ſit diffinitio, concurrere oportet. ſuper eis tamẽ declarandis nolo ultra inſiſtere: cum quilibet uel mediocriter in iure uerſatus per ſe diſpicere poterit, attentis præſertim his, quæ circa diffinitionem ſubſtitutionis in genere, & ſubſtitutionis uulgaris, ac etiam pupillaris dicta per me ſupra fuerę: ibi enim uideri hæc

3 poſſunt. † Hoc unum tantum dico, quòd uerbum illud inuicem in utraque diffinitione poſitum, ſtat ad differentiam compendioſę ſuſtitutionis, quæ pariter ſi pluribus facta reperiatur, poterit plures ſubſtitutionum ſpeties continere, ut uulgares, ſi ante aditam deceſſerint: pupillares, ſi in pupillari ætate moriantur, & requiſita cõcurrãt. Item fideicommiſſariam, ſi quidem poſt aditionem, & poſt

pubertatem

pubertatem obierint:immo & exemplares, ſi fortè furioſis fieret: nam uerbum illud quandocunque,quòd in compendioſa ponitur, poteſt iſtas omnes ſubſtitutiones ſignificare: Verum non erunt in uicem factę,& ſic inſtituti non erũt etiam ad inuicem inter ſe ſubſtituti,prout in Reciproca euenit,& uerbũ illud per me in diffinitionibus poſitum hoc ſignificat, uidelicet uerbum inuicem. Secũ-
4 dò quæritur quotuplex ſit? † Et dici quidem poteſt, eam duplicẽ
5 eſſe, expræſſam ſcilicet, & tacitam. expræſſa eſt illa, † Quæ uerbis illis formalibus, & ſpecificis fit, uidelicet uos inuicem ſubſtituo,ut in d.l.iam hoc iure,& in l.qui plures & l.ſeq.& ſeq. & l. cohæredi §.qui diſcretas,& §.ſeq.& l.Lucius ff.de uulg.& pupil.& in l.cum in teſtamento §.hæc uerba ff.de hæredib.inſtit.in l.in teſtamento C.de milit.teſt.in l.2.C.de impub.& alijs ſubſtit.& in §.& ſi ex diſparibus inſtit.de uulgar.ſubſtit. Tacita uerò eſt,quæ uirtualiter ex quibuſdam uerbis per teſtatorem prolatis colligitur, ut in l.titius,& ſeius,cum l.ſeq.ff.de hęredib.inſtit.& in l.ſi fundum ſub conditione §. his uerbis ff. de leg. 1. item quando ex coniecturis probabilibus ſumi poteſt,eam fuiſſe uoluntatem teſtatoris,ut in l. cum proponebatur ff.de leg. 2.& hanc rectius præſumptam appel
6 lare poterimus. Tertiò quæro † cur Reciproca per iureconſultum in l. iam hoc iure ff.de uulg.& pupill.fuerit appellata. & breuiter reſponſio eſt manifeſta: quoniam,cum ijdem ipſi,qui ſunt inſtituti, ſint etiam inuicem inter ſe ſubſtituti, merito Reciproca fuit appellata: quòd uerbum huic actui rectè conuenit,ut unus alteri, & alter alteri ſint ſubſtituti Breuiloqua uerò per Doctores
7 poſt fuit appellata † quia breuibus illis uerbis, uos inuicem ſubſtituo,complures contineri poſſunt ſubſtitutiones, & hoc fortè per illud, quòd dicitur in l.cum teſtamento §. hæc uerba ff. de hære-
8 dib.inſtit. Quartò principaliter quęritur, † An conſtituat propriã & ſpecificam ſpetiem ſubſtitutionis? Bart.in l.Lucius ff.de uulg.& pupill. ubi materiam huius ſubſtitutionis tractat: dicit hanc non eſſe ſpetiem ſubſtantialem ſubſtitutionis de per ſe, ſed eſſe adie-
9 ctionem quandam ſeu qualitatem: † ut idem in ſimili dicitur in actione de peculio,de inſtitoria,de in rem uerſo,quòd iuſſu, & ſimilibus. non enim iſta dicuntur propria actionum nomina, ſed adiectiones potius l.3.§. cui congruit ff. de pecul. & hoc ſequitur
10 Bal. in ſuo tract. Polit.Zas.& alij. † Ego autem ſic dico, uerum eſſe,quòd hæc ſubſtitutio non continet nouam, aut diuerſam ſpetiem ſubſtitutionis, ſed tantum illas prænominatas, uidelicet uulgarem, pupillarem, aut exemplarem, ſeu fideicommiſſariam,

& ſic in unam ex illis ſemper reſoluitur : ſed tamen quo ad modum, & formam, ſeu conceptionem ipſam uerborum quibus utitur teſtator, quando ſubſtituit, eſt quid diuerſum ab illis : non enim hæc eſt forma, aut conceptio uulgaris ſubſtitutionis : alijs enim uerbis illa fit : & quæ uerba illam tantum ſubſtitutionem ſignificant, & in uno tantum caſu uerificantur, uidelicet quando inſtitutus non eſt hæres. Non etiam eſt forma pupillaris : quia idem in ea, quòd eſt in præcedenti dictum. Similiter nec fideicommiſſaria, ex prædictis : Eſt ergo iſta una conceptio uerborum, & una forma, & conſequenter una ſubſtitutio, quæ omnes prędictas eſt apta cōprehendere. Non igitur rectè dicetur hanc eſſe uulgarem, quia ita eſt apta continere pupillarem & aliàs, ſicut uulgarem : nec etiam pupillarem, minuſq; exemplarem, neq; fideicommiſſariā per eandē rōnem : Si ergo non eſt ulla ex illis: neceſſe eſt dicere, ꝙ ſit alia: & uerè eſt alia: quia eſt àlia conceptio, & alia forma : aliàs etiam ſubſtitutiones continent quàm ſingulas illas; iſtudquè ſatis expræſſe declaratur in d. l. iam hoc iure, ubi iureconſultus poſtquàm fuit locutus de caſu uulgaris, item de caſu pupillaris : ſubiungit, quòd ius ad tertium quoque genus ſubſtitutionis tractum eſſe uidetur. Quòd eſt quando duobus impuberibus inuicem ſubſtituit : Hanc igitur ſubſtitutionem Reciprocam tertium ſubſtitutionis genus appellat ille tex. & ſic à præcedentibus diuerſum, & uerè eſt diuerſum ſubſtituendi genus : quia in altero ex præcedentibus uulgaris tantummodo erat quò ſcilicet ad uerborum importantiam & ſignificationem attinet, licet ex legis interprætatione etiam àd pupillarem porrigatur: Similiter & in altero ſubſtituendi genere pupillaris tantum exprimitur, ut dè præcedenti dictum eſt. In iſto autem tertio ſubſtituendi genere ut ibi per iureconſultum appellatur, utraque ſimul, & plures aliæ etiam contineri poſſunt ex uerborum expræſſorum ſignificatione. Concludo igitur, quòd licet uerum ſit hanc ſubſtitutionem reſolui ſemper in aliquam ex illis, uidelicet aut in uulgarem, aut in pupillarem, aut in fideicommiſſariam, aut in exemplarem, tamen quò ad modum & formā, item quo ad comprehenſionem, quia omnes illas ſimul comprehendere poteſt, eſt diuerſa : ideoq; diuerſum ſubſtitutionis genus dici debet, prout ſic appellatur per iureconſultum in d. l. iam hoc iure, in uerſi. quòd ius ad tertium quoque genus, ſubſtitutionis &c.

11 Quintò quæritur † quibus uerbis fiat hęc ſubſtitutio, & uerba quibus communiter fieri conſueuit hæc ſubſtitutio, ſunt iſta, pluribus

bus hæredibus inſtitutis,dicit teſtator,eos inuicē ſubſtituo,de quibus uerbis habet in d. l. iam hoc iure, & in alijs iuribus ſuprà in 2. quæſt.allegatis,Itē fieri pōt per illa uerba Titius,& Seius,uter eorū uiuet,hæres eſto:uterq;.n. pro parte hæres cenſetur eſſe inſtitutus:at ſi unus eorūmoritur, alter ſubſtitutus tacitè cenſetur,ut in l. ſeq. dicitur, & ſic in illis uerbis, uterue eorum uiuet, ineſt Reci-
12 proca inter illos ſubſtitutio † Et iſtud idem in legato euenit, ut in l. ſi fundum ſub conditionem §. his uerbis ff. de leg. 1. & denique quibuſcunque uerbis fieri poteſt hæc ſubſtitutio, quibus plures, qui ſunt inſtituti, inuicem ſubſtituantur, hęc eſt:unus alteri, & al-
13 ter alteri. Sextò quæritur † quot, & quas ſubſtitutiones contineat Reciproca, ſeu Breuiloqua iſta ſubſtitutio, & dico omnes ſubſtitutionum ſpeties in ea contineri poſſe: ſi modo concurrat habilitas in perſonis illorum,quibus fit ſubſtitutio iſta: immo omnes ſubſtitutionum ſpecies poſſunt contineri in perſona cuiuſquè ex ſubſtitutis, adeo quòd quot erunt ſubſtituti, tot in cuiuslibet eorum perſona ſubſtitutiones contineri poterunt: ſi modo requiſita concurrant, ut uulgares, pupillares, exemplares, directę mi-
14 litares † item fideicommiſſariæ: Vulgares enim continebuntur, ſi duo, aut plures extranei, uel etiam filij puberes inſtituantur, ac inuicem ſubſtituantur: idemque erit, & ſi ſint filij impuberes ſed emancipati, quibus pupillaris non conuenit l. 1. in prin. ff. de uulg. & pupill. & inſtit. eo. tit. nunquam duæ, aut tres uulgares continebuntur, ſi duo, aut tres ſint inuicem ſubſtituti: aut etiam plures, ſi plures ſint ſic ſubſtituti: quia unoquoque illorum decedente ante aditam hæreditatem, & ſic eueniente caſu uulgaris, ad-
15 mittetur alius, ſeu alij admittentur, ſi plures ſint. † Et hoc eodem caſu puto, quòd contineantur nedum uulgares, ut dictum eſt,ſed etiam fideicommiſſarię: ita quòd & ſi adiuerit hæreditatem, & ſic uulgares expirauerint l. poſt aditam C. de impub. & alijs ſubſtit. & poſtmodum contingat unum eorum decedere, puto quòd alius, ſeu alij admittentur ex fideicommiſſaria ſubſtitutione contenta ſub illis uerbis, uos inuicem ſubſtituo ex eorum generalita-
16 te: † Et quia uerbum ſubſtituo eſt de ſe aptum & directam, & fideicommiſſariam importare ſubſtitutionem,ſecundum opinionē Bart.quæ eſt communis,in l. Centurio ff. de uulg. & pupill. unde cum teſtator his uerbis generalibus, & aptis tam ad uulgarem, quàm etiam ad fideicommiſſariam ſubſtitutionem uſus fuerit,non uideo rationem, cur non poſsit ad utranque referri. ſed prętерea hoc mihi uidetur probari in l.cum proponebatur ff.de leg. 2.licet aliqui

aliqui putent,ibi contrarium probari,ut Polit. in ſuo tract. nam in illo tex.fuerat prætermiſſa mutua illa, ſeu Reciproca ſubſtitutio, & tamen iuriſconſultus dicit fideicommiſſariam ſubſtitutionem ex coniecturata mente teſtatoris eſſe admittendam: quando ergo fuiſſet facta Reciproca, ſeu mutua ſubſtitutio, nulla eſſet dubitatio, poſtquàm eam admiſit ubi fuerat omiſſa. Quòd etiam apertè probatur in l.qui plures ff.de uulg. & pupill. ubi in omnem caſum innicem ſubſtituti eſſe dicuntur. licet Bart.in d.l. lucius in ultima col.tenendo contrarium,deſtruat illum tex. ſimpliciter loquẽtem

17 Nec obſtat tex.in l.iam hoc iure † Dum dicit in uulgarem tantum modo caſum &c. quoniam ibi loquitur de uulgari,& pupillari tantum ſubſtitutionibus,an ſcilicet,& quo caſu utraq; ſimul,uel uulgaris tantummodo cõtineatur. unde ille caſus ibi ponitur, in quo uulgaris tantum,& non etiam pupillaris continetur; Sed de alijs nihil agit ibi tex.hocq; manifeſto probatur ex ratione, quã ibi ſubijcit uidelicet incongruum uideri, & in illorum altero duplex eſſet ſubſtitutio,in altero ſola uulgaris eſſe poſſet.quæ ratio ſolum militat in pupillari, non autem in fideicommiſſaria: quia illa utrique

18 æque conuenire poteſt. † Et hoc modo etiam tollitur inductio, quam facit Ias.in d.l.Lucius in antepen.col.de tex.in l.2.C. de impub. quem tamen tex. ego fortius pro communi opinione induco,nam in primo dicit hęreditatem filij inteſtati ad matrem pertinere:ergo negat nedum pupillarem ibi locum habere,ſed etiam fideicommiſſariam, cum alioquin non eſſet uerum inteſtatum filiũ illum deceſiſſe & hæreditatẽ ad matrem pertinere: Quia ſubeſſet fideicommiſſarius: & iſtud eſt fortè ualidius fundamentum,quam aliud quoduis pro communi per Doctores factum. Niſi tamen reſpondeas,ut ſupra uidelicet quòd loquitur de pupillari tantum, de qua ibi agitur,non etiam de fideicommiſſaria,ut ex ratione ibi allegata apparet, quæ in pupillari tantum, non autem fideicommiſſa-

19 ria militat. Non obſtat † etiam ratio,quam allegabat Iaſ. in d.l.Lucius,uidelicet quòd iſta dicitur ſubſtitutio directa, meritò non cõtinet fideicommiſſariam,quæ nõ dicitur propriè ſubſtitutio. Item quia nõ habet tractum temporis,prout fideicommiſſaria. Nam nego quòd Reciproca dicatur ſubſtitutio directa,ita quòd non contineat fideicommiſſariam. ſed immo eſt potius forma, ſeu collectio quædam plurium ſubſtitutionum ſimul, omnium uidelicet quæ perſonis conueniunt,& uerbis,ut uulgaris,pupillaris exemplaris,directa militaris:cur non etiam fideicommiſſaria,cum uerbum ſubſtituo ita illam,ſicut directam ſignificet,ut ſupra dictum eſt, &

omnibus.

omnibus pariter conueniat. & licet non adſit uerbum habens tractum temporis: tamen illa uerba uos inuicem ſubſtituo, cum ſint indefinitè pro lata: ita comprehendunt ſubſtitutionem, ſi illius caſus eueniat poſt pubertatem, ſicut ſi ante. Nec quicquā facit, quòd fideicommiſſaria non eſt propriè ſubſtitutio. nam primo iſtud negatur, immo uerò eſt ſubſtitutio, licet uerum ſit, eam non eſſe ſubſtitutionem directam, ſubſtitutio tamen eſt. quòd latiſsime ego tractaui ſupra in præludijs. Sed quicquid ſit, ſatis eſt, quòd uerbum per teſtatorem in hac ſubſtitutione prolatum, eſt aptum ita fideicommiſſariam, ſicut directam ſignificare, Cur ergo uolumus, ad iſtam magis, quàm ad illam reſtringere. ut eſt communis opinio Bart. & Doctorum in d. l. Centurio & alibi paſsim idemq; erit, uidelicet quòd uulgares, & fideicommiſſariꝫ contineantur, quando eſſet ſubſtitutio facta filijs imparis tamē qualitatis, puta quòd unus pubes, alter uerò impubes: uel quòd alter in poteſtate, alter uerò emancipatus: uel quòd filius impubes, & in poteſtate eſſet ſimul cum alia perſona extraneæ conditionis, reſpectu ipſius filij, inſtitutus, inuicemque eſſent ſubſtituti. Iſtis enim omnibus caſibus non continebitur pupillaris, licet in perſona filij impuberis cadere recte poſſet, cum in alterius cohæredis perſona minime conueniat: ſed illa tantum ſubſtitutio ſub illis uerbis eos inuicem ſubſtituo, continebitur, quæ in utriuſque perſona cadere poteſt, & conſequenter uulgaris, & fideicommiſſaria, ut probatur in d. l. iam hoc iure §. 1, & in l. Lucius, ff. de uulg. & pupill. in l. in teſtamento in primo reſponſo C. de milit. teſt. in l. hæreditatem, & in l. quamuis C. de impub. Et alijs ſubſtit. & ſic in ſupradictis caſibus, ſi ſunt duo hæredes inſtituti, & inuicem ſubſtituti, quatuor continebuntur ſubſtitutiones. duæ uulgares, & duæ fideicommiſſariæ. & ſi plures erunt inſtituti, & inuicem ſubſtituti, pariter multiplicabuntur ſubſtitutiones uulgares, & fideicommiſſariæ ſecundum numerum ipſorum ſubſtitutorum.
22 Præterea poteſt † Reciproca ſubſtitutio ultra duas prædictas, continere etiam pupillares, ut ſi duo, aut plures filij impuberes in poteſtate exiſtentes inſtituantur & inuicem ſubſtituantur. Continebuntur uulgares: ut ſi decedant ante aditā hæreditatem: Item & pupillares, ſi poſtquàm adiuerint, unus eorum in pupillari ętate adhuc conſtitutus decedat, ut in d. l. iam hoc iure, & in l. Lucius in fi. ff. de uulg. & pupil. Item fideicommiſſarias etiam hoc caſu puto contineri, per ea, quæ ſupra proxime dicta ſunt, & potiſsimum per tex. in d. l. cum proponebatur ff. de leg. 2, & l. qui plures ff. de uulg. & pupil. cū alijs ſupra alleg. Itē poſſet dari

caſus

23 caſus,† In quo continerentur duæ pupillares tantummodo, ita quòd non uulgares, ut ſi duobus pupillis exhæredatis fieret: in quibus, cum ſint exhæredati, non poteſt cadere uulgaris ſubſtitutio. hoc tamen de iure antiquo tantum poterat procedere, quo pupillus exhæredabatur l. 1. §. ſubſtituere ff. de uulg. & pupil. & §. nō ſolum in ſtit. de pupill. hodie uerò nō procederet, quia exhæredari pupillus non poteſt. l. ſi quis in ſuo §. legis ueteris C. de inoff. teſt. & per ea quæ habentur in auten. ut cum de appellat. cognoſ. in §. aliud quoque capitulum. niſi tamen quando eſſet doli capax, ſecundum ea,
24 quæ dixi ſupra in materia pupillaris ſubſtitutionis. Item, † & exemplares continere poterit hæc Reciproca, ſi quidem furioſi illi ſint omnes: Nam uerba ſunt generalia, & apta omnes iſtos caſus cō prehendere, ſi euenirent. ita ꝙ poterit iſta Reciproca ſubſtitutio duobus facta, octo continere ſubſtitutiones. uidelicet duas uulgares: duas pupillares: duas exemplares: item duas fideicommiſſarias: ſi proponas eamduobus filijs impuberibus in poteſtate patris exiſtentibus, eiſdemq; furioſis factam. Conſidera tamen quia hoc caſu, quando ſunt furioſi, quandiu ſunt in eo ſtatu non continebitur fideicommiſſaria: quia non erit neceſſaria, cum directa poſsit
25 habere locum. † Nam fideicommiſſaria locum habet poſt aditā, & poſt quam illi facti ſunt puberes: nam cum illis caſibus directa fieri non poſsit, recurritur, ad fideicommiſſariam, ut eſt tex. in §. ſi. inſtit. de pupill. ſubſtit. at cum in caſu iſto locum habere poſsit exemplaris poſt aditam, & poſt pubertatem, quæ eſt directa, merito ceſſabit fideicommiſſaria. Et ſi dicas, poterūt furioſi ſanæ mentis fieri, & ſic poſt aditam hæreditatem, & poſt pubertatem erit neceſſaria fideicommiſſaria, reſpondeo quòd tunc exemplares ceſſa-
26 bunt. † Vnde non eſt uerum, quòd octo ſubſtitutiones in Reciproca duobus facta, ſimul contineri poſsint. ſed ſex tantummodo uidelicet duæ uulgares. duæ pupillares. duæ exemplares, ſi furioſi
27 ſint. uel duæ fideicommiſſariæ, ſi ſint ſanæ mentis. Dico etiam† ꝙ poteſt continere directas militares, ſi fortè miles ſit teſtator, qui filios impuberes in poteſtate exiſtentes inſtituat, eoſq; inuicem ſubſtituat: nam ante aditam, erunt uulgares, poſt aditam, infra pubertatem, erunt pupillares de iure communi, poſt pubertatē uero directæ militares ex priuilegio, ut eſt caſus in l. Centurio ff. de uulg. & pupill. quæ lex loquitur in compendioſa, Tamen idem quoque eſt dicendum in Reciproca: cum diuerſitatis ratio nulla ſit: quando enim teſtator plures inſtitutos inuicem ſubſtituit, & ſic ita ſimpliciter, & indefinitè, intelligitur eos ſubſtituere & ante aditam

hæreditatem,& poſt,& infra pubertatem, & poſt, prout ſupra dictum eſt Bart.tamen aliter uidetur uelle in d.l.Lucius col.2.uidelicet quòd directa militaris in Reciproca non contineatur: Quia mi
28 les in dubio † Non cenſetur uti iure ſuo, niſi iſtud probetur, l. in teſtamento,in fi.C.de teſt.milit. quòd nunc non intendo diſputare: ſed admittam,iſtud eſſe probandum,licet tex.in d.l.Centurio. ff.de uulg.& pupill.& in l.miles ita ff.de milit.teſt.non id requirāt. Et fortè quando diſpoſitio aliter ſubſtituere non poſſet, dicendū eſſet præſumi illum uelle uti iure militari,arg.l. 3. ff. de milit. teſt. de qua tamen materia latius dixi in l. Centurio in primo not.& dicam infra in materia compendioſæ. hoc ergo caſu Reciproca ſubſtitutio continebit duas uulgares,duas pupillares, & duas directas militares,quādo de uoluntate militis apparet ſecundum opinionē Bart.per tex.in d.l.in teſtamento,in fi & in l. quanquā C. de teſt.
29 milit. † Alias,autem ſi non apparet de uoluntate teſtatoris militis quòd uelit uti priuilegio ſuo: tunc cenſebitur uti iure communi, & conſequenter quòd ſubſtitutio poſt pubertatem ualeat iure fideicommiſsi:& iſtud puto procedere, nedum in terminis, in quibus loquitur Bart.in d.l.Lucius in 2.col.quādo in Reciproca ſubſtitutione fuiſſet adiectum uerbum quandocunque. quo caſu non eſt dubitatio fideicommiſſariam contineri, cum ſit etiam facta compēdioſa,uerum etiam ſi ſimus in Reciproca ſimpliciter facta, non adiecto uerbo quandocunque: Quia uerba illa uos inuicem ſubſtituo,ſic ſimpliciter prolata ita cōprehendunt tēpus ante aditam hæreditatem,ſicut poſt:& ita infra pubertatem, ſicut poſt.ut probatur in terminis in l.qui plures ff.de uulg.& pupill. licet Bar. in d.l.Lucius col.fi.contrarium tenendo,deſtruit illum tex. & dixi ſupra. Item uerbum ſubſtituo de ſui natura ita poteſt ſignificare fideicommiſſariam,ſicut directam, ſecundum opinionem Bar.& communem in d. l. Centurio: ergo continebit iſta ſubſtitutio etiam fideicommiſſariam,ſi caſus eueniet poſt pubertatem,& aditam hæreditatem,nec uideo quid in contrarium repugnet, & di-
30 xi etiam ſupra. Directæ † ergo militares non habebunt locū in Reciproca,quando fideicommiſſaria, quæ eſt de iure communi:poteſt habere locum, niſi aliud appareret expræſſe de uoluntate ipſius militis, quòd uelit uti iure militari, ſecundum iſtam opi-
31 nionem. † Et per eandem rationem dico idem quoque eſſe, uidelicet quòd directa militaris non habeat locum,quando fuiſſet facta Reciproca ſubſtitutio furioſis,& ſic quando exemplaris contineretur: quia & ipſa eſt de iure communi, & habet locum etiam

poſt pubertatem l.humanitatis C.de impub.& alijs ſubſtit. & uidimus ſupra in materia illius ſubſtitutionis ideo non debet habere locum, directa militaris, ut probatur in l. Centurio in primo reſponſo ff.de uulg.& pupill. ubi quia infra pubertatem poteſt habere locum pupillaris,quę eſt de iure communi,ceſſat directa militaris: poſt pubertatem uerò locum habet illa, quia eſt neceſſaria.
32 Poteſt inſuper † dari caſus,in quo hæc Reciproca ſubſtitutio contineat fideicommiſſarias tantum,& non alias ſecundum Bar.& Do
33 ctores communiter in d.l. Lucius: † Si fortè in Codicillis fieret, in quibus hæreditas directo dari non poteſt l.2. C.de Codic. l.nō codicillum C. de teſtam. l.2.§.fi.ff.de iure Codic.& §. Codicillis, & §.ſeq.inſtit.eo.tit.& probatur etiam in l. Scæuola ff.ad Trebel. Et ex hac Bar.opinione confirmatur,etiā concluſio,de qua ſupra, uidelicet quòd in Reciproca contineri etiam fideicommiſſaria poteſt,ut hoc fatentur Bart.in caſu iſto. nec dicat quis, iſtud admitti hoc caſu,quia aliter ualere ſubſtitutio,non poteſt in Codicillis facta iuribus præallegatis. Quia etiam illo caſu ſubſtitutio poſt aditam hæreditatem,& poſt pubertatem aliter ualere non poterit niſi iure fideicommiſsi. Nam ſi duo extranei,aut duo filij puberes,aut etiam impuberes ſed emancipati inuicem ſubſtituerentur, certè poſt aditam hæreditatem ſubſtitutio aliter ualere non poterit, niſi iure fideicommiſsi, ut eſt tex.in §. fi.inſtit.de pupill.ſubſtit. Quem admodum ergo Bart. & alij fatentur ſubſtitutionem iſtam in Codicilis factam interpretandam eſſe ut iure fideicommiſsi ualeat,ita etiam non eſt poſtea contrarium,ſed idem dicendum,quando euenit caſus ſubſtitutionis poſt pubertatem: quia nec tunc aliter ualere poteſt niſi iure fideicommiſsi d.§.fi.inſti. de pup. Nec dicatur, quòd potuit alio iure ualere:puta iure pupillaris uel alio modo: ꝙ non eſt; quando fit in Codicillis, quia tunc nullo caſu poteſt alio modo ualere, quam fideicommiſsi. quia reſpondeo quòd non ſemper Reciproca fit his,in quibus cadere poſsit pupillaris,aut exēplaris, uel directa militaris,ut in exemplis, de quibus ſupra. præterea non reſtringit ſe teſtator in hac ſubſtitutione ad tempus uel ad caſum pupillaris, ſed promiſcue loquitur, ideo in omnem caſum ſubſtituiſſe uoluit ſiue ante, ſiue poſt pubertatem: Item ſiue ante aditam, ſiue poſt aditam eueniat caſus,ut probatur in d. l. qui plures ff.de uulg.& pupill.in illis uerbis in omnem cauſam, &c. unde ſi caſus euenit ante aditam hæreditatē, admittunt Doctores quòd habeat locum ſubſtitutio:Cur autem non habebit locum quando poſt aditam euenit? cum ſit; quòd teſtator non reſtrinxit ſubſtitutionem

tionem

tionem ad illum magis, quàm ad iſtum caſum, ſed indefinite eam fecit: & uſus fuit uerbo, quòd directã ſicut fideicommiſſariam ſignificat, ut denotaret ſe in utrumlibet caſum uoluiſſe ſubſtituere, prout ſic interpraetatur iureconſultus in d. l. qui plures: maxime quando eſt ſubſtitutio, quę omnibus inuicem ſubſtitutis conuenit, ut eſt fideicommiſſaria, aliàs uerò ſecus eſſet, ut in d. l. iam hoc iure ff. de uulg. & pupill. & in l. 2. C. de impub. & alijs ſubſt. Re-
34 ciproca † ergo in Codicillis ſine dubio ualebit iure fideicommiſſi ſecundum Bart. & omnes Doctores. Verum eſt, quòd aliqui dixerunt, quòd quando hæc ſubſtitutio eſt inter liberos, licet in co
35 dicillis facta ualebit: tamen † iure directo ad exemplum factæ per militem in Codicillis l. militis codicillis ff. de milit. teſt. quoniam in teſtamento inter liberos remiſſa eſt ſolemnitas iuris ciuilis, & eſt redacta ad ius gentium l. hac conſultiſsima §. ex imperfecto C. de teſtam. ut hic per Zaſ. in ſuo tract. Puto tamen quòd iſta opinio non ſeruaretur in practica: & fortè quòd non ſit de iure uera, & huius ſententiæ etiam fuit Politus. ut poſt reperij.
36 † Concludo igitur ex ſupradictis omnibus, quòd Reciproca ſubſtitutio duobus ſimpliciter facta, ſex tantum ſubſtitutiones & nõ ultra continere poterit: uidelicet duas uulgares, & duas pupillares, item duas fideicommiſſarias, uel duas exemplares, aut duas directas militares: & ſic tres iſtæ ultimæ alternatiuè, non autem copulatiuè continentur: quia una impedit aliam: ſi enim ultra duas uulgares, & duas pupillares, continebuntur duæ exemplariæ, quia furioſis fiat, ceſſabit fideicommiſſaria, quoniam illa eſt introducta in defectum directæ, quæ poſt pubertatem à pagano regulariter fieri non poteſt d. §. fi. inſtit. de pupill. ſubſtit. unde hoc caſu, cum ſit exemplaris, quæ poſt pubertatem habere etiam locum poteſt l. humanitatis C. de impub. & alijs ſubſtit. & §. qua ratione inſtit. de pupill. ſubſtit. ideo non erit neceſſaria fideicommiſſaria.
37 † Et pariter nec directa Militaris, niſi miles expræſſe dixiſſet: quia miles in dubio non præſumitur uti iure militari, niſi id probet l. in teſtamento in fi. C. de Milit. teſt. & l. quanquàm, ſecundum illã opinionem: quæ maxime procedet illo caſu, quando de iure communi ualere diſpoſitio poteſt, ut probatur in l. Centurio ff. de
38 uulg. & pupill. & dixi ſupra pariter etiam † ſi directa Militaris locum haberet, ut quia miles expræſſe illam feciſſet, ceſſabit fideicommiſſaria per prædicta, ac etiam exemplaris, uti ſuperflua.
39 † Nec duæ directæ eodem tempore, & eodem caſu non debent ſimul habere locum, ut directa militaris, & exemplaris, ſed diuer-

ſis caſibus, aut temporibus bene poſſunt duæ directæ habere locũ, aut una directa, & una fideicommiſſaria, puta ante aditam, uulgaris habere poteſt locum, poſt aditam uerò infra pubertatem pupillaris, poſt pubertatem fideicommiſſaria, aut directa Militaris, aut exemplaris: ſimul autem iſtæ concurrere non poſſunt, ſed una impedit aliam, quæ nota, quia Doctores non uidentur rectè aduertiſſe, aut conſideraſſe. Poterit tamẽ conſiderari caſus† in quo octo
40 continebantur in Reciproca etiam ſimpliciter facta: uidelicet duę uulgares, duæ pupillares, duæ exemplares, & duæ fideicommiſſariæ: nam ſi illi ſunt duo furioſi filij in poteſtate, ultra uulgares, & pupillares, poſt pubertatem continebuntur exemplares, quandiu illi furioſi ſint: quòd ſi ſanæ mentis efficiantur, & poſtmodũ unus decedat, admittetur alter ex fideicommiſſaria propter uerborum generalitatem; & aptitudinem ſecundùm opinionem, quàm in hoc ſuprà tenui. Et hoc idem conſiderari poterit in directa Militari: ſi enim à milite fiat, poſt pubertatem ſi reſipiſcant, ualebit ut directa militaris, quòd ſi in furore deceſſiſſent, ualebit ut exemplaris. Non ſic autem erit in fideicommiſſaria, & directa Militari, quia iſtæ nunquàm ſimul concurrent: ſed ubi una continebitur, alia prorſus ceſſabit. † Quando autem non eſſet *ſimplex* Reciproca: ut quia eſſet appoſitum uerbum quandocunque deceſſerint, tunc nulla eſſet dubitatio, quin fideicommiſſaria contineretur: quoniam eſt admixta ſimul compendioſa, ut in exemplo tradito per Bart. in d. l. Lucius col. 2. ff. de uulg. & pupill.
41

42 Sed iuxta prædicta quæritur † dictum eſt, quòd duobus inſtitutis, & inuicem ſic ſubſtitutis, poſſunt duæ ſubſtitutiones contineri, item quatuor, item, ſex, & deinceps multiplicari poſſunt ſecundum numerum inſtitutorum, & ſubſtitutorum, quia tot poſſunt contineri in perſonis ſingulorum ex illis: Sed quæritur an plures poſſint in perſona unius illorum contineri, quàm in perſona alterius, & ſic an diſparis numeri contineri ſubſtitutiones poſsint, ut ſi ſint duo, an poſsint tres, aut quinque contineri ſubſtitutiones? puta quòd duo ſint filij in poteſtate, quorum alter eſt pubes, alter uerò impubes, & ſunt uterque eorum inſtituti & inuicem ſubſtituti: certum eſt quòd duæ uulgares continebuntur: ſed an continebitur etiam tertia, uidelicet pupillaris, quæ uni eorum tantum poteſt conuenire: & breuiter eſt dicendum, quòd regulariter non contineantur niſi illæ, quæ omnibus congruere poſſunt, ut eſt tex. in d. l. iam hoc iure §. 1. ff. de uulg. & pupill. & in l. hæreditatẽ, & in l. quanuis C. de impub. & alijs ſubſtit. & in l. in teſtamento

C. de

43 C. de milit.teſt. Fallit tamen † ubi contrarium appareret de uolun
tate teſtatoris, uidelicet quòd uoluiſſet impuberi etiam pupillarē
facere ſubſtitutionem, ut dicitur in d. l. iam hoc iure. Sed quid
44 ſi teſtator † tres filios inſtituat, eoſq; inuicem ſubſtituat: quorum
duo ſint impuberes,& ſic quibus ſubſtitutio pupillaris conueniat,
tertius uerò ſit maior quatuordecim annis, uel emancipatus. an in
perſona duorum continebitur pupillaris, De uulgari enim non eſt
dubium: quia illa omnibus pariter conuenit: ſed pupillaris uni
non conuenit. Nunquid ergo inter illos duos ſaltem habebit lo-
cum pupillaris, cum quò ad eos nihil repugnat, neque inęquali-
tas ulla inter eos ſit: ideoque ſi unus decedat in pupillari ætate,al-
ter admittendus ex illa uidetur, & ita quidam antiqui tenebant:
45 Bart. tamen in d. l. Lucius in 3. col. contrarium concludit † quia
ratio legis iam hoc iure ff. de uulg. & pupill. eſt, ut uerbum ſub-
ſtituo reſpiciens plures terminos, ſeu plura determinabilia debet
illa omnia uniformiter, non autem difformiter determinare: Ideo
in caſu propoſito ſubſtitutio ſignificabitur, quæ omnibus unifor-
miter, & æqualiter congruere poteſt: & ſic uulgaris, quæ omni-
bus æquè conuenit, non autem etiam pupillaris, quæ non omni-
46 bus, ſed quibuſdam eorum tantum congruit. Et eo magis † hæc
opinio eſt amplectenda, quia aliàs reſultaret inęqualitas ſucceſsio
nis inter fratres: nam impuberi uni defuncto alter tantum impu-
bes ſuccederet, non etiam maior, quæ inæqualitas de facili non
eſt admittenda l. illud & l. ut liberis C. de collat. Ideoque dicendū
47 † in dubio potius eſt, patrem illo caſu, quò omnes pariter ex pu-
pillari ſubſtitutione ſuccedere non poſſunt: uoluiſſe inter eos ius
ſucceſsionis ab inteſtato conſeruare l. uel ſingulis ff. de uulga. &
48 pupill. & ſic æqualitas inter eos omni caſu conſeruabitur. † Præ-
dicta tamen concluſio fortè non procederet, quando illi duo im-
puberes fuiſſent in ipſa ſubſtitutione coniuncti, deinde alius pu-
bes fuiſſet ſeparatim inſtitutus, & demum inuicem ſubſtituti, l.
cohæredi §. qui diſcretas ff. de uulg. & pupill. Septimò principa-
49 liter quæritur, † quomodo hæc Reciproca ſubſtitutio differat à
compendioſa, quæ pariter plures ſubſtitionum ſpecies comprehē
50 dere poteſt † ut uulgarem, pupillarem exemplarem, fideicommiſ
ſariam, item directam militarem ut in l. Centurio ff. de uulgari &
pupill. & in l. præcibus C. de impub. & in c. Raynutius, & in c.
Rainaldus, extra de teſtam. & in c. ſi pater eo. tit. in 6. glo. in §.
qua ratione inſtit. de pupill. ſubſtit. & nos dicemus infra in mate-
ria compendioſę. Item ultra hoc, quòd plures continet ſpecies ſub

ſtitutio-

ſtitutionum, pluribus pariter ſicut Reciproca fieri poteſt, ut ſi plures ſint inſtituti,& eis,quandocunque deceſſerint: ſit facta ſub
51 ſtitutio. † Dico igitur in duobus potiſsimum Reciprocam à compendioſa differre, primò quia licèt compendioſa & plures ſubſtitutiones comprehendere poſsit,& pariter pluribus poſsit fieri: tamen non inuicem illi plures, qui ſunt inſtituti, ſubſtituantur unus
52 alteri: ſed alius,ſeu alij ſubſtituuntur ipſis inſtitutis. † Sed iſta differentia non eſt etiam generaliter uera: quia immo etiam in compendioſa poteſt dari caſus, quòd illimet, qui ſunt inſtituti, inuicem etiam ſubſtituantur, ut ſi Titium, & Meuium quis ſibi hæredes inſtituat, & quandocunq; Titius deceſſerit, eidem Meuium ſubſtituat, quòd ſi Meuius prius deceſſerit, eidem Titium ſubſtituat. Certe hoc caſu plures inſtituti ſunt etiam inuicem ſubſtituti in effectu, licet uerbum illud inuicem non ſit expræſſum.
53 † Alia inſuper eſt differentia, quia in compendioſa ſemper expræſſe apponitur uerbum quandocunque, aut aliud ſimile habens tractum temporis in futurum: in Reciproca uerò non expræſſe ponitur uerbum habens tractum temporis, ſed uerba ſunt indefinite prolata, & ſimpliciter, uidelicet inuicem ſubſtituo. Et propterea infero,quòd Bar. in d. l. Lucius,& Doctores in eorum tract. dum uolunt ponere exemplum, ut Reciproca contineat etiam fideicommiſſariam, dicunt, & quandocunque deceſſerint, eos inuicem ſubſtituo: iſtud enim exemplum non eſt Reciprocæ ſubſtitutionis,ſed compendioſæ ſimul, prout etiam ſupra tetigi: & ſic tūc egredimur terminos Reciprocæ ſubſtitutionis. Octauo quæri-
54 tur † qui ſint effectus huius ſubſtitutionis: & breuiter primò eius effectus eſt, quia continet omnes illas ſubſtitutiones, de quibus dixi ſupra in ſexta principali quæſtione: ideoque multiplices conſiderari poſſent effectus ex iſta ſubſtitutione prouenientes, prout multi ſunt effectus ſingularum illarum ſubſtitutionum, quæ in ea
55 continentur. † Et inter cæteros ille eſt conſiderandus, ex pupillari, quæ in iſta continetur, proueniens, quòd matrem excludit,
56 iſtudque omnes fatentur. Dicunt autem iſtud eſſe † quia non dicitur tacita omnino illa ſubſtitutio pupillaris, quæ in Reciproca cōtinetur, ſed potius expræſſa ſaltem in genere, ſeu uerbis generalibus, ſecundum declarationem Bart. in l. 1. ff. de uulg. & pupill. & dixi ſupra in materia uulgaris, in ſeptima quæſtione. Verum igitur eſt etiam ſecundum Bart. & alios, quòd iſta pupillaris, quæ in Reciproca continetur,non eſt omnino expræſſa: patet quia nō ſunt dicta formalia, & explicita uerba, quibus fit ipſa pupillaris

ſubſti-

ſubſtitutio, uidelicet ſi in pupillari ętate deceſſerit, &c. Ideo non expræſſa dici poteſt, ſed uerius tacita, cum non ſit ſpecificis, & formalibus uerbis confecta, prout tacitam expræſſa illam appellat glo. in uer. compendioſa, in l. præcibus C. de impub. & alij ſubſtit. & licet loquatur de illa, quę in compendioſa continetur, idē tamen eſt, de illa, quæ in Reciproca. Ad quòd optime facit quòd tradit Oldr. in conſi 193. col. 2. uerſi. 4. requiritur ubi, dicit, ꝙ non poteſt dici expræſſum quòd uerbis generalibus continetur, Iſtudque etiam ſuadetur ex his, quæ dicit tex. in d. l. iam hoc iure, in uer. quòd ius, ubi tex. prius locutus fuerat de illa pupillari, ad quam exprę ſſa uulgaris porrigitur, & è contra, quæ ſine dubio eſt tacitá, ut glo. parua ibi dicit: Poſtea text. idem continuando ſubiungit, quòd ius ad tertium quoque genus ſubſtitutionis tractum eſt, & ſic ad Reciprocam: ut cum pater duos impuberes inſtitutos inuicem ſubſtituit, Diuus Pius conſtituit in utrunque caſum factam uideri ſubſtitutionem, & ſic tam in caſu uulgaris, quàm pupillaris, ſi ergo ſubſtitutiones iſtæ expræſſę dicentur, uidelicet ſi hæres non erit, qui eſt caſus uulgaris, uel ſi in pupillari ætate deceſſerit, qui eſt caſus pupillaris. Non fuiſſet opus illa Deciſione Diui Pij: ergo ſequitur, illud fuiſſe per principem ſtatutum, & declaratum, quia non erat exprę ſſum: cum alioquin fuiſſet quodammodo uana illa diſpoſitio, & ſuperflua. Sequitur ergo concludendum has ſubſtitutiones, quæ in Reciproca continentur, nō dici expræſſas, & tamen habet hunc effectum iſta pupillaris, quòd

57 matrem excludit, ut omnes fatentur. † Et ex hoc optime confirmatur illa concluſio, quàm ego ſupra in materia pupillaris tenui, in octaua quæſtione, in tertio effectu. Et latius in materia uulgaris, in ſeptima quęſtione, in primo effectu, uidelicet quòd Pupillaris tacita, ſeu præſumpta, de qua in d. l. iam hoc iure, in prin. Excludit matrem: ſicut enim Doctores fatentur hanc pupillarem, quæ in Reciproca, quæ in compendioſa continetur, matrem excludere, de qua pariter loquitur illa lex iam hoc iure in uer. quòd ius: quas tamen conſtat non eſſe expreſſas, ut in d. uer. quòd ius probatur, & glo. in d. l. pręcibus expræſſe dicit, in uer. compendioſa, ita eſt etiam de illa dicendum, de qua in d. l. iam hoc iure, ad quàm uulgaris porrigitur, ut plenius in locis ſupra citatis di-

58 xi. Item effectus huius Reciprocæ ſubſtitutionis eſt, † quia cum pluribus tantum ſimul, & non uni ſoli fieri poſſit, illas tantum ſubſtitutionis ſpecies continet, quæ omnibus pariter conuenire poteſt, ut ſupra dictum eſt, & exempla ſumuntur in d.l. iam hoc iure ff.

re ff. de uulg. & pupill. in l hæreditatem, & in l. quanuis C. de im pub. & alijs ſublt. & in l. in teſtamento C. de Milit. teſt.

Nonò quæritur, quomodo extinguatur, ſeu finiatur hęc ſubſti-
59 tutio. † Et quoniam, ut ſupra dictum eſt, non continet nouam aliquam ſpetiem ſubſtitutionis, ſed illaſmet, de quibus ſupra, & in aliquam ex illis ſemper reſoluitur: diuerſitas autem conſiſtit tantummodo circa formā ipſius ſubſtitutionis concipiendæ, ſeu formandæ: ideo ſequitur, quòd in hoc non eſt quicquam dicendum ultra ea, quæ circa ſingulas ipſas ſubſtitutionum ſpecties dicta fue
60 runt. Sed ſolum una ſupereſt difficultas: quia hæc pluribus tantū fieri poteſt: Nunquid ſi in perſona unius finita, in alterius quoque, uel in aliorum quoque perſona finita eſſe intelligatur, ut ſi ex duobus, aut pluribus impuberibus unus pubes efficiatur, priuſquā cęteri ad illam ętatem peruenerint, an finita intelligatur ſubſtitutio pupillaris in perſona etiam aliorum, qui adhuc impuberes remanſerunt? uel ſi ex pluribus filijs impuberibus inuicem ſubſtitutis, unus fuerit emancipatus: alijs in poteſtate remanētibus, an pariter quoad illas etiam cenſeatur finita pupillaris ſubſtitutio, de quare, & aliquibus alijs ēt in ſequēti quæſtione tractabimus, ideo &c.

Decimò, & ultimò de nonnullis ad materiam Reciprocæ *ſubſtitu-*
61 tionis pertinentibus quæritur. † Et primo talis formatur quæſtio: pone quòd pater duos filios impuberes hęredes inſtituat, eoſq; inuicem ſubſtituat: unus uerò efficiatur pubes ante alium, quia longe maioris ætatis erat, unus fortè undecim, uel duodecim annorū natus, alter autem erat fortè anniculus, uel biennalis: nunquid finietur pupillaris ſubſtitutio in hac Reciproca cōprehenſa per aduentum pubertatis in perſonā illius, qui maior natu erat, etiam in perſona fratris, qui impubes adhuc remanſit: adeo quòd ſi eueniat caſus, quòd alter filius in pupillari ætate decedat: alter, qui iam eſt factus pubes: non admittetur ex pupillari ſubſtitutione. Hanc quæſtionem format Bar. in d. l. Lucius in 3. col. dubitatio autem, quòd pupillaris omnino extincta remaneat in perſona utriuſque, in eo conſiſtit, quia Reciproca ſubſtitutio illas tātum in ſe continet ſubſtitutiones, quæ omnibus conuenire poſſunt, ut ſupra dictum eſt, d. l. iam hoc iure ff. de uulg. & pupill. & l. 2. & 4. C. de impub. & in l. in teſtamento C. de milit. teſta. unde cum in præpoſito unus iſtorum factus iam ſit pubes: in eius perſona pupillaris ſubſtitutio non
62 cadit, merito, &c. † Quia res deuenit ad illum caſum, à quo incipere non poteſt, & ſic non debet ualere. l. ſi ſub una §. 1. & l. pluribus §. & ſi placeat ff. de uer. obligat. Bart. tamen in d. l. Lucius, &

Doctores

Doctores ibi communiter contrarium concludunt, ut per eos, uidelicet quòd immo pupillaris remaneat in perſona filij impuberis: nam alioquin ferè ſemper uitiaretur ſubſtitutio pupillaris: in Breuiloqua contenta cum ſemper & neceſſario unus efficiatur pubes prius, quàm alter, niſi in gemellis, qui eodem tempore nati ſunt: quod non eſt dicendum, & eſſet nimis magna reſtrictio ad illum
63 tex. in d. l. iam hoc iure. Concludendo † mihi placet diſtinctio Rain. quam refert Bart. in d. l. Lucius uidelicet quòd aut unus efficitur pubes uiuo teſtatore, aut illo iam mortuo: primo caſu ſubſtitutio pupillaris uitiatur etiam in perſona utriuſque, propter rationem inæqualitatis conſideratæ per illam l. iam hoc iure cum ſimil. quæ inæqualitas reperitur tempore mortis teſtatoris, & ſic tē-
64 pore, quo confirmatur ipſum teſtamentum: quoniam † quandiu teſtator uiuit, non habet effectum aliquem, immo omnia ſtant in pendēti l. 3. §. fi. ff. de adimen. leg. ambulatoria enim eſt uolūtas teſtatoris uſque ad uitæ extremum exitum ut ibidem dicitur: Morte autem confirmatur teſtamentum: ita quòd ſtatim adiri poſtmodum hæreditas poteſt, & cedit dies legatorum l. 1. §. cum igitur C. de cad. tollen. ad quòd facit quòd Bart. dicit. in d. l. Lucius in 4. col. in uer. quæro ulterius, dum reſpondet ad tex. in l. eandem §. 1. ff. de duob. reis. Nam teſtatori quid imputari poſſe uidetur,
65 † Cum uiuens ipſe uiderit unum ex inuicem ſubſtitutis puberem eſſe factum, & non mutauerit teſtamentum faciendo expræſſam pupillarem in perſona impuberis, prout docet iuriſconſultus in d. l. iam hoc iure ad fi. prout ita in alio caſu conſiderat tex. in l. tractabatur ff. de milit. teſta. ideoq; ipſe teſtator ſciens diſpoſitionem d. l. iam hoc iure impedientem pupillarem ſubſtitntionem in Reciproca contineri, quando adeſt talis inæqualitas, & ita ſuum teſtamentum dimiſit, cenſetur ſecundum illius legis & ſuarum ſimiliū diſpoſitionem ſuam illam ſubſtitutionem uoluiſſe procedere. Et propterea non obſtant contra iſtud caput tria argumenta Zaſ. in
66 d. l. Lucius in 5. col. uer. addde: † uidelicet ex quo teſtator ueroſimiliter ſcire præſumebatur ætatem filiorum arg. l. octaui gradus ff. unde cognati. & l. de tutela C. de in integ. reſtit. nec aliter diſpoſuit. Cenſetur etiam in caſu inæqualitatis uoluiſſe ſubſtitutionem procedere: nam cum ſimpliciter fecerit Reciprocam ſubſtitionē, quæ à lege ſic declaratur, ut data æqualitate ſubſtitutorum reſpectu ætatis pupillaris includat etiam pupillarem, data autem inęqualitate, ſecus, niſi aliter expræſſerit teſtator, ut hæc omnia dicuntur
67 in l. iam hoc iure, Sequitur, † quòd hæc ſubſtitutio ſit interpretan

da per teſtatorem facta prout lex diſponit,non autem contra,arg. eorum,quæ habentur in l.hæredes mei §.cum ita ff. ad Trebell. & in l. nemo poteſt ff. de leg. 1. Item non obſtat ſecundum uidelicet. † Quòd non præſumitur mutatio uoluntatis l.cum tacitũ, & l. cum qui ff. de probat. ut per eum. cum alij, quæ ad hoc adducit dec.in conſ.190.col. fi. uer. ſed prædictis non obſtantibus. nam,cum tempore mortis iſti erant inæquales, ita quòd non continebatur pupillaris, niſi illud expræſiſſet teſtator, d.l. iam hoc iure: quòd non fecit: eſt dicendum hoc uoluiſſe ipſum teſtatorem: quia ſi ſecus tunc uoluiſſet, facile ei erat exprimere pupillarem, l. 1.§.ſinautem ad deficientis C.de cad. tollen. & d. l. tractabatur ff. de milit.teſt.& ſtatus ille eſt inſpiciendus,qui erat potius tempore mortis,quàm ille, qui erat tempore conditi teſtamenti:per ſupradicta. Item non obſtat tertium † quòd ſubſtitutio pupillaris ſemel ſub Reciproca cõprehenſa non poteſt reuocari etiam per expræſſam uoluntatem,niſi noua ſolemnitas interceſſerit, ſecundum eum l.militis Codicillis §. ueteranus ff. de milit. teſt. apertius hoc probatur in §.ex eo autem ſolo inſtit.quib.mod.teſt.infir.nõ enim his agitur de mutatione uoluntatis, neq; reuocatur teſtamentum, aut etiam Reciproca ſubſtitutio:ſed iſta eſt declaratio,quam facit lex ad ipſam ſubſtitutionem, quòd quando ſunt impares, non cenſeatur teſtator uoluiſſe illam facere ſubſtitutionem,quæ non utrique conuenit. niſi ipſe aliter tempore mortis expræſſerit, d.l.iam hoc iure: quòd iſte non fecit,merito &c. Aut uero ſecundo caſu † Tempore etiam mortis teſtatoris uterque illorum erit impubes, ſed ex poſt alter fuit factus pubes ante tamen quàm eueniret caſus ſubſtitutionis,qui poſt modum per mortem impuberis extitit: & tunc uera ſit opinio Bart. & aliorum doctorum communiter, uidelicet quòd ſubſtitutio pupillaris locum habeat, & per illã admittatur alter ſubſtitutus, licet tunc pubes factus reperiatur: quia ſatis ſit, quòd nedum tempore conditi teſtamenti, ſed etiam tempore mortis teſtatoris, quo tempore potiſsimum teſtamentũ irreuocabiliter confirmatur, æqualitas inter illos erat. ad quòd etiam facit tex.in l.cohæredi §.cum filio in primo Reſponſo ff. de uulg. & pupill. & ideo quicquid poſtea ſuperueniat circa uarietatem ipſorum, ſubſtitutio iam fuit confirmata, ideo non uitiatur propterea, unde ceſſat arg. illud, quòd perraro, aut nunquam in Reciproca contineretur pupillaris,quæ habere non poſſet locum, cum ſemper unus prius,quàm alter pubes efficiatur. nam hoc non attenditur,ſi contingat poſt mortem teſtatoris,nec ideo uitiatur: ſi uero,

ſi uero, illo uiuo, tunc poterat ipſe teſtator prouidere, ut ſupradi-
ctum eſt. non etiam obſtat, quòd dicebatur, rem deueniſſe ad illũ
71 caſum, † à quo incipere non poteſt, quia regula illa non procedit,
quando actus eſt perfectus, & confirmatus, ut in dictis iuribus pro
batur uidelicet in d.l.ſi ſub una §. 1. & in d. l. pluribus §. & ſi pla-
72 ceat ff. de uerbor. obligat. & ita etiam procedit† tex. in l. eandem §.
2. ff. de duob. reis quẽ alleg. Bar. in d.l. Lucius. quia loquitur, quan
do actus erat perfectus, uidelicet conſtitutio duorum reorum, tũc
enim uerum eſt, quòd non uitiatur per inæqualitatem ſuperue-
nientem. pręterea non eſt abſolute uerum, quòd res deuenerit
ad illum, caſum, à quo incipere non poteſt. quoniam pupilla-
ris ſubſtitutio poteſt etiam ſi unus pubes ſit, fieri in Recipro-
ca, quando hoc expræſsit teſtator ut eſt tex. in d. l. iam hoc iure
73 ad fi. tex. autem † In l. 5. §. ibidem ff. de carbon. edicto. non facit ad
materiam iſtam, non enim ibi tractaẽ de actus irritatione, ſed de
74 eius incoatione † Item illud eſt propter præiudicium rei iudicatę,
ut ibi dicitur. ad tex. in l. ſi tutor Reipublicæ cauſa §. j. ff. de tut. &
ration. diſtrahen. optimè Reſpondet Ias. in d.l. Lucius. in 4. col.
75 Non etiam obſtat, † Si quis fortè diceret, quòd ſi æqualitas requi
ritur ut adſit tempore conditi teſtamenti, ac etiam tempore mor-
tis teſtatoris, dicẽdum eſt, ut pariter requiratur tempore, quo eue-
nit caſus ſubſtitutionis, per ea, quæ habentur in §. in hæredibus au
tem extraneis, inſtit. de hæred. qualit. & differ. & in l. ſi alienum §.
in extraneis ff. de hæredib. inſtit. nam reſponderi poteſt, illud pro-
cedere reſpectu capacitatis eius, qui ſuccedere intendit, quæ ſic re-
quiritur tribus illis temporibus, ut in dictis iuribus habetur. ſed
in propoſito iſte filius, qui uult ex ſubſtitutione pupillari ſuccede
re, eſt ſine dubio omnibus illis tribus temporibus capax ad ſucce-
dendum: licet enim pubes factus ipſe reperiatur, non tamen mi-
nus capax eſſe dicitur. ad ſuccedendum ex pupillari ſubſtitutione
d.l. iam hoc iure. adeo quòd ſatisfactum abunde eſt illi requiſito.
76 Iuxta prædicta quæritur, † Si pater duos filios impuberes inſtituat,
aut plures, eoſque inuicem ſubſtituat, ac demum unum ex illis
emancipet: quo caſu euaneſcit in illius perſona pupillaris ſubſtitu-
tio, niſi ante mortem patris reuertatur in eius poteſtatem l. cohæ-
redi §. cum filio in primo reſponſo ff. de uulg. & pupill. & dixi ſu-
pra in materia pupillaris, in ſeptima quæſtione, in tertiò requiſi-
to, in uer. redeundo igitur. num. 130. nunquid autem hoc caſu ui-
tiabitur, aut finietur pupillaris ſubſtitutio etiam in perſona alte-
rius, filij, qui remãſit in poteſtate propter iſtam inęqualitatem ſu

peruenientem, per illud, quòd dicitur in d.l.iam hoc iure, in uerſi. ſed ſi alter pubes, ubi incongruum reputat ille text. ut in altero ex inuicem ſubſtitutis duplex cõcurrat ſubſtitutio, in altero uerò una tantum.& idem in l.hæreditatem,& in l. quamuis C. de impub. & alijs ſubſti.& in l.in teſtamento C.de milit. teſtam. Bart. in d.l.Lucius in 4.col.format quæſtionem hanc,& reſpondet ut ibi per eũ. Bal.in d.l.In teſtamento C.de milit. teſt.in uerſi.decimo quæritur hoc tractat. & concludit eam remanere in perſona impuberis, ut
77 ibi per eum. Ego autem breuiter puto † Idem dicendum prout in præcedenti concluſum fuit: uidelicet quòd cũ emancipatio per patrem uiuentem fiat,& ſcire ipſe præſumatur diſpoſitionem legis uolentis in Reciproca pupillarem non contineri, data diſparitate, ita ut non utriq; cõueniat, niſi teſtator illam expræſſerit d.l. iã hoc iure,& hoc non fecerit, præſumitur, uel quòd eam ſic uoluerit ualere, prout lex illa diſponit, & conſequenter quod illa tantum ſubſtitutio contineatur, quæ utrique conuenit ad not. in d. l. hæredes mei §.cum ita ff.ad Trebel.uel ſi ſecus uoluit, illi eſt imputandum, cur non expręſſa fecerit pupillarem, ipſi qui impubes remanſit: ut conſulit iuriſconſultus in d.l. iam hoc iure ut dicitur in l.tractaba-
78 tur ff.de milit.teſt. † Ideo non obſtat arg.quo utebatur *Bal.* in d.l. in teſtamento, uidelicet quòd pupillaris ſubſtitutio *eſt* fauorabilis pupillo: Item quòd ſi teſtator exprę ſſe ſubſtitutionem uni factam reuocaret, non intelligeretur propterea aliam quoq; reuocaſſe, ut ibi per eum. Nam iſta procedunt in caſu, in quo ſubſtitutio ipſa pupillaris reperiretur expræſſe facta per ipſum teſtatorem: tunc uerum eſſet, quòd licet uni factam reuocaret non tamen intelligeretur etiam alteram reuocaſſe: ſed non ſumus in iſto caſu & in hanc ſententiam concurrit Bart.in loco præallegato, quando emancipatio ſponte per patrem uiuentem facta fuit: quia nondum eſt confirmatum teſtamentum: quòd per mortem teſtatoris confirmatur. & hoc confirmat opinionem, quam tenui in præcedenti quæſtione. Sed ſi pater coactus ex aliqua cauſa filium emanciparet, ſecus putat. at iſte caſus de raro eueniet, & fortè etiam tunc militarent rationes ſupra allegatæ. & iſtam ſententiam eſſe communem aſſerit Iaſ.in d. l. Lucius: licet contrariam uti æquiorem amplecti uideatur ubi articulum ad partes diſcutit omnibus argumentis re-
79 ſpondendo. Quæritur inſuper quid è contra † Si ab initio aderat inæqualitas perſonarum, ſed ex poſt facto redactę ſunt ad ęqualitatem: exemplum pater duos filios impuberes inſtituit, inuicemque eos ſubſtituit, ſed alter ipſorum erat emancipatus, alter uerò in poteſta-

in poteſtate: demum emãcipatum adoptauit uel unus eorum erat filius naturali tantum, eumque poſtea legitimauit: an his caſibus ſuper inducatur ſubſtitutio pupillaris, quæ ab initio propter inæqualitatem non poterat habere locum. Bart. & cæteri communiter. in d. l. Lucius concludunt in partem negatiuam: quia cum ab initio, tempore ſcilicet factæ ſubſtitutionis non poterat contineri per rationem d.l. iam hoc iure, ibi in incongruum enim &c. utiq; ex poſt non conuenit, ut propter qualitatem illam ſuperuenientẽ inducatur una ſubſtitutio, quæ tempore teſtamenti conditi adeſſe minime poterat: niſi teſtator nouam faceret diſpoſitionem, arg. l. hæredes palam §. ſed ſi notam ff. de teſtam. Polit. tamen in ſuo tract. dum de hac ſubſtitutione Reciproca loquitur, in 3. col. uer. tertio quæro, tenet contrarium tanquam æquius ſit, dicẽs quòd ſit tacita pupillaris, quæ ſub expræſſa uulgari contineatur: & ideo infert quòd ſi uulgaris expreſſa fiat filio imbuperi emancipato, qui poſtea incipiat eſſe in poteſtate, ꝙ in illa uulgari incipiat contineri tacita pupillaris, ſi eius caſus eueniet: iſtudque dicit à ſe fuiſſe prætermiſſum in materia uulgaris. Poſſetq; iſta opinio ſa

80 tis comprobari † Per tex. in l. 2. in uerſi. ſed ſi extraneum. & in l. coheredi §. cum filio ff. de uulg. & pupill. in quibus iuribus probatur ſufficere, quòd habilitas adſit tempore mortis teſtatoris: licet non adeſſet tempore conditi teſtamenti. Item confirmatur ex his, quæ ego dixi ſupra in duabus præcedentibus quæſtionibus, uidelicet inſpici potiſsimum debere tempus mortis teſtatoris potiùs, quàm tempus conditi teſtamenti, ut pote quia ex illo confirmatur

81 teſtamentum. Sed tamen, ſi uerum amamus, † Et diligenter, ac ſubtiliter omnia perpendere uolumus, non puto eſſe ab opinione Bart. & aliorum diſcedendum: nam cum teſtator Reciprocã hanc ſubſtitutionem fecerit filijs inæqualibus, quibus ex diſpoſitione legis non conuenit pupillaris, niſi eam teſtator expræſſerit, d.l. iã hoc iure, dicendum eſt teſtatòrem, cum aliud non dixerit, uoluiſſe illas facere ſubſtitutiones, quas lex admittit, nó quas reijcit. not. in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. conſequenter uulgares

82 tantum. † Et licet poſtmodum æqualitas deficiens ſuperuenerit, tamen iſtud non ſufficit ad inducendam aliam ſubſtitutionem, ſed eſt neceſſarium, quod etiam adſit uoluntas teſtatoris. Et ideo nihil obſtant iura illa ſupra allegata, uidelicet tex. in l. 2. uer. ſed ſi extraneum, & in l. cohæredi. §. cum filio. ff. de uulg. & pupill. quia ibi teſtator expreſſa fecerat pupillarẽ ſubſtitutionẽ: & ſic cócurrebat expræſſa uoluntas teſtatoris, & poſtea etiam ſuperuenerat qualitas requiſita

83 requiſita ante quàm mortuus ſit teſtator † Non etiam obſtant ea, quæ ego dixi in præcedentibus quæſtionibus. quoniam uerum eſt, quòd ad infirmandam ſubſtitutionem ſufficit defectum adeſſe tempore teſtamenti, immo illud tempus potiſsimum inſpicitur: quia tunc confirmatur teſtamentum, ut ſupra ibi dixi licet etiam non concurreret in hoc uoluntas teſtatoris. ſed non ſic eſt quo ad inducendam ſubſtitutionem: quia non ſufficit habilitatem adeſſe tempore mortis immo nec ſufficit eam adeſſe etiam tempore teſtamenti, ſed ante omnia oportet uoluntatem teſtatoris concurrere. l. in conditionibus primum locum ff. de condit. & demonſtr.
84 cum ſimil. Niſi quis uellet dicere † Quòd iſta ſit hoc caſu ſubſtitutio pupillaris à lege introducta, etiam quòd ab initio non adeſſet uoluntas teſtatoris, ſicut hoc dicitur de pupillari tacita uel præſumpta, ad quam porrigitur expræſſa uulgaris, ut dicebat Polit. hic quia credit lex, quòd ſi teſtator caſum hunc cogitaſſet, ita fuiſſet uero ſimiliter diſpoſitiuus. uerúm reſponderi poterit, quòd non reperitur hoc caſu ita diſpoſitum per legem: licet ſic reperiatur in caſu uulgaris ſimplicis, & pupillaris ſimplicis d. l. iam hoc iure. & quamuis in eo tex. diſpoſitio illa extendatur etiam ad Reciprocā, ut in uerſi. quòd ius: tamen illa extenſio per legem *illam fit in illo* caſu, quando adeſt ęqualitas inter ipſos ſubſtitutos, aliàs uero ſecus, ut ibidem dicitur, in uer. ſed ſi alter pubes: niſi eo caſu, quando eſt inæqualitas, teſtator expræſſe faceret pupillarem in perſona illius, qui impubes eſt. & iſta eſt declaratio, quam facit illa lex in iſta materia, & non aliam.

85 Putarem tamen † quòd ſi ex aliquibus coniecturis apparere poſſet de uoluntate teſtatoris, quòd uoluerit etiam pupillarem includi, quòd conualeſceret, ſubſecuta poſtea habilitate in perſona alterius, & ſic æqualitate ſuperueniente. Tum per tex. in d. l. 2. §. ſed ſi extraneum, & l. cohęredi §. cum filio ff. de uulg. & pupill. tum etiam per alia ſupradicta: puta ſi incontinenti poſt factum teſtamē
86 tum adoptaſſet filium, quem prius emancipauerat. † Tunc enim præſumeretur ex actu ſic incontinenti facto, quòd talem mentem etiam pupillariter ſubſtituendi habuerit, arg. eorum, quæ habentur in l. poſt contractum ff. de donat. Pet. de Anch. in conſi. 302. col. 1. uer. ad eliciendam, tradit Crau. in conſi. 77. colu. 3. uer. confirmatur, & in conſi. 100. col. 3. uer. quinta coniectura, &
87 conſi. ſeq. uer. quinto ex obſeruantia. † Quæritur præterea pater habet duos filios impuberes in poteſtate, quorum unum inſtituit, alterum uerò exhæredauit, eoſque inuicem ſubſtituit, an uulgaris

ris ſubſtitutio in perſona exhæredati habere poſsit locum, uidelicet quòd ipſe poſsit ex ipſa uulgari ſuccedere fratri inſtituto, de pupillari enim non eſt dubium, quia contineatur, ſed de uulgari dubitatur, quia in perſona utriuſque locum habere non poteſt, nempe in perſona inſtituti, qui non poteſt exhæredato ex uulgari ſuccedere: ideo uidetur quòd nec in alterius perſona habere poſſit locum, ut æqualis ſit determinatio: & quia incongruum uidetur, ut in uno duplex: in alio uerò una tantum ſubſtitutio locum habere poſsit, ut in d. l. iam hoc iure, & in alijs iuribus. Neq; in illis conſideratur, aut diſtinguitur, an ſit defectus materiæ, uel potentiæ, ut Bart. refert in d. l. Lucius in 4. col. qui tandem ita concludit, ſcilicet uulgarem locum habere non poſſe. Licet Polit. hic contrarium determinet in 2. col. uer. Sexto Quæro. Sed eius fundamentum, & ſi ſubtile non placet ideo non curo referre. Nec in hoc ulterius uolo inſiſtere, præſertim, cum hodie hæc quęſtio
88 non poſsit habere locum † aut perraro: quia pupillus non exhæredatur regulariter, l. ſi quis in ſuo §. legis C. de inoffi. teſt. & in autèn. ut cum de appellat. cognoſ. §. aliud quoque capitulum, &
89 dictum eſt ſuperius. Quæritur demum† ſi pater habet filium impuberem ſanę mentis, & alium puberem furioſum, quos inſtitutos inuicem ſubſtituit: Non eſt dubium hic contineri uulgarem, quæ utrique illorum conuenit: ſed dubium eſt, an pupillaris contineat in perſona pupilli, & exemplaris in perſona furioſi. Licet enim in perſona puberis furioſi non contineatur pupillaris, tamen loco eius alia directa continentur, uidelicet exemplaris, quæ illi ſimilis eſt, & ad eius exemplum introducta, ut ſupra in materia exemplaris uidimus, & ſic ceſſabit ratio d. l. iam hoc iure, quòd in unius perſona duplex, in alterius uerò perſona una tantum ſubſtitutio locum habeat: quia uerum eſt, quòd in utriuſque perſona duæ directæ ſubſtitutiones æque locum habent, uidelicet in unius perſona uulgaris, & pupillaris, in alterius uerò uulgaris, & exemplaris. Bart. in d. l. Lucius in pen. colum. con-
90 cludit non contineri has ſubſtitutiones † ſed ſolas uulgares: quia licet illæ duę ſubſtitutionès, uidelicet pupillaris, & exemplaris ſimiles ad inuicem ſint: & iſta ad exemplum illius ſit introducta, ut in §. qua ratione inſtit. de pupill. ſubſtit. tamen in multis etiam ab inuicem diferunt: & ſunt in effectu duæ diuerſæ & ſeparatæ ſpecies ſubſtitutionum. Ioan. de imo tenet contrarium, uidelicet quòd immo huiuſmodi ſubſtitutiones contineantur in Reciproca iſta

propter

propter ſimilitudinem, quam inter ſe habent iſtæ ſubſtitutiones: quàm opinionem defendit etiam Iaſ. in d. l. Lucius, licet tandem dicat durum eſſe contra ſtimulum calcitrare, & in practica tenere contra communem. Polit. tamen in ſuo tract. ſequitur ſententiã Imolæ, quam etiam appobat Zaſ. uti magis probabilem, plus dicens quòd eſt à Doctoribus communiter approbata, ut per eum.
91 Mihi uerò probabilior uidetur ſententia † Bar. & ſequacium per illam l. iam hoc iure cum ſuis ſimil. cui text. non ſatisfacit reſponſio tradita per Polit. uidelicet text. illum id tantum uelle, ut non poſsit ſubſtitutio iſta ita fieri, ut in uno duplex, in altero uerò una tantum ſubſtitutio contineatur: quòd in caſu noſtro non procedit: quia in utroquè illorum duæ ſubſtitutiones concurrũt, in pupillo uulgaris, & pupillaris, in alio uulgaris, & exemplaris, ut per eum. Nam ego dico quòd intentio iuriſconſulti ibi eſt intelligere quòd illæ tantum ſubſtitutiones in Reciproca contineantur, quę utrique illorum conueniunt: quòd expræſſe probatur & declaratur in l. quanuis in fi. C. de impub. & aliis ſubſtit. & in l. in teſtamenro C. de milit. teſt. ubi expræſſe dicitur ſubſtitutionẽ eo tantum caſu locum habere, quo ubique fieri potuit: ſed in caſu propoſito pupillaris utrique fieri non poteſt, item nec exemplaris: quia alter eſt pubes, alter uerò eſt ſanæ mentis, ergo &c. Nec quicquàm facit, quòd iſtæ ſubſtitutiones inuicem in multis ſint ſimiles: quia ultra quòd in multis etiam ſunt diſsimiles, & interſe differunt, ut dixi ſupra in materia exemplaris ſubſtitutionis, in decimatertia quæſtione: dico quòd iura illa non dicunt ſufficere, quòd in perſona ſubſtitutorum contineantur ſubſtitutiones inuicem ſimiles: ſed requirunt eaſdemmet in perſona omniũ poſſe concurrere: alioquin in nullius perſona continebitur: & ſic iura illa non conſiderant ſimilitudinem ſubſtitutionum, ſed identitatem, ut in ſingulis ſubſtitutis cadere poſsint eædem ſubſtitutiones.
92 Non omitto etiam aliam quæſtionem, † quam format Bar. in d. l. Lucius, uidelicet ſi pater filios uniuerſales ſibi hæredes inſtituat, filias uerò fœminas in certis rebus, aut bonis particulares ſibi hæredes faciat: deinde dicat eoſque omnes inuicem ſubſtituo: an fœminæ etiam ex ſubſtitutione illa unà cum maſculis uniuerſaliter inſtitutis admittantur, uno illorum defuncto, an uerò illi ſoli, ſunt uniuerſaliter inſtituti? Breuiter ueram arbitror cõcluſionem iſtam fœminas illas particulares hæredes inſtitutas non admitti. Quàm concluſionem tenet Bar. in d. l. Lucius, in pen. col. & Doctores in ſuis tract. licet Polit. aliqualiter ſubdubitaſſe uideatur, & in

& in contrariam partem potius inclinat, uidelicet etiam fœminas in certis rebus particulariter inſtitutas admitti. Niſi quando appareret, teſtatorem in ſubſtitutione inuicem facta ſenſiſſe de hæredibus uniuerſaliter inſtitutis tantum: nam eo caſu concludit & ipſe fœminas illas à ſubſtitutione repelli. Ego puto abſolute ſententiam Bar. uerißimam, uidelicet inſtitutos uniuerſaliter tantum ex ſubſtitutione admittendos, quandiu ipſi ſuperſunt: ſi uerò non adeſſent hęredes uniuerſales, tunc fatere hæredes in re certa inſti
93 tutos admittit. Nam cum teſtator † plures hæredes uniuerſales ſibi inſtituerit qui proprie, & uerè hęredes ſunt, & in quos actiones omnes tam actiuæ, quàm paßiuæ tranſeunt: Item & quoſdam in re certa, qui quidem non ſunt proprie, & uerè hæredes, ſed legatariorum loco habentur: & in quos non tranſeunt actiones hęreditariæ, ut dicitur in l. quotiens C. de hæredib. inſtit. certe dicendum eſt illa uerba eoſque omnes inuicem ſubſtituo, potius referenda eſſe ad inſtitutos proprie & uerè, quàm ad hęredes impro
94 prie: cum iſtud rectè fieri poßit. † Neque adſit ratio, aut neceßitas aliqua impropriandi l. non aliter ff. de leg. 3. l. 1. §. ſi is qui nauem ff. de exercit. cum multis ſimil. Ad cuius concluſionis confir
95 mationem optime facit † quòd tradit Iaſ. in d. l. quotiens in primo not. C. de hęredib. inſtit. poſt alios, quos ibi allegat, uidelicet quòd ius accreſcendi pertinet ad inſtitutos uniuerſaliter, non au
96 tem ad inſtitutos in re certa. Ad quòd etiam facit † quòd dicitur in l. ſed cum patrono ff. de bon. poſſeſſ. uidelicet quòd ius accreſcendi pertinet ad illos, qui eodem iure erant defuncto coniun
97 cti, non ad illos, qui diuerſo. † Facit etiam ad hoc tex. in l. cohæredi §. qui diſcretas ff. de uulg. & pupill. ubi in ſpetie ex ſubſtitutione admittuntur illi, qui erant coniuncti poſtea uero, illis deficientibus, alij admittuntur. Sed non eſt dubium iſtos inſtitutos uniuerſaliter ſemper dici coniunctos magis, quàm ſint illi, qui ſunt inſtituti in re certa: quoniam etiam ſi iſti uerbis coniuncti eſſent, tamen illi tanquàm & uerbis, & re ideſt ipſa uniuerſali ſucceßione coniuncti ſunt præferendi, iuxta not. in l. Re coniuncti ff. de leg. 3. in l. 1. C. quando non pet. partes peten. accreſ. Nonnullas alias quæſtiones, quæ tanguntur per Bar. in d. l. Lucius, & alios, omitto: uide per eos: ex his enim, quæ huc uſque dicta ſunt, plana cætera remanere poſſunt.

COMPENDIOSÆ.

SVMMARIVM.

1 Compendioſa ſubſtitutio eſt cæteris alijs uberior & magis notabilis.
2 Vbi nam de ea tractent Doctores.
3 Compendioſæ ſubſtitutionis diffinitio, & num. 18.
4 Subſtitutio pupillo facta quandocunque deceſſerit uerbis obliquis an dici debeat compendioſa?
5 Compendioſa poteſt continere plura tempora etiam alio reſpectu, quàm ante pubertatem, & poſt pubertatem.
6 Compendioſa ſubſtitutio etiam puberi fieri poteſt.
7 Pupillaris ſubſtitutio licet plures ſubſtitutiones contineat, uidelicet uulgarem, & pupillarem, non tamen debet dici compendioſa.
8 Verba illa, ſi hæres erit, non ſunt uerba pupillaris ſubſtitionis.
9 Conditio in compendioſa poſita poteſt referri tam ad eum, cui ſit, quàm etiam ad ſubſtitutum.
10 Compendioſa ſubſtitutio quando ſit ſub alia conditione, quàm mortis eius, cui ſit, non continet pupillarem, ſcilicet uulgarem & fideicommiſſariam, & num. 14.
11 Paganus non poteſt hæredem ſibi ad tempus facere.
12 Viuentis non datur hæreditas.
13 Ex pupillari ſubſtitutione pupillo, & in eius bonis ſucceditur.
15 Compendioſa poteſt fieri etiam ſub conditione in perſonam tertij concepta ac etiam ſub caſu extrinſeco.
16 Etiam Reciproca fit ſub conditione mortis, & plures continet ſubſtitutiones ac plura tempora.
17 Reciproca quomodo quo ad hoc differat à compendioſa.
19 Compendioſa ſubſtitutio unde ſic dicta ſit.
20 Compendioſa an ſit propria ſpecies ſubſtitutionis.
21 Compendioſa ſubſtitutio non magis dicitur propria ſpecies quando fit à milite quàm quando à pagano, quicquid Bart. dixerit, & nu. 23. & 25.
22 Directa Militaris poteſt ſpecificis uerbis, & etiam ſub compendio uerborum fieri, ſic ut cæteræ aliæ.
24 Plus & minus non conſtituunt diuerſam ſpetiem.
25 Compendioſa potius eſt dicenda diuerſa ſpeties ab alijs, quàm aliter.
26 Forma eſt, quæ dat eſſe rei.
27 Diuerſitas nominis arguit diuerſitatem rei.

28 Quibus

28 *Quibus uerbis fiat compendioſa ſubſtitutio.*

29 *Subſtitutio facta ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerit compendioſa dicitur.*

30 *Item an tunc contineatur pupillaris, ſi fiat pupillo.*

31 *Verba, quæ ad ſubſtitutum referuntur ſunt triplicis generis, uidelicet directa, obliqua, item communia.*

32 *Verba mere directa quæ ſint.*

33 *Verba merè obliqua.*

34 *Effectus num ſubſtitutio ualeat iure directo, uel iure fideicommiſſi.*

35 *Verba communia.*

36 *Verbum ſubſtitutus eiuſdem naturæ dici debet, ut uerbum inſtituo.*

37 *Verbum inſtituo prout uerbum ſubſtituo trahitur ad fideicommiſſariam ſubſtitutionem ſecundum terminos ſubiectæ materiæ, & ut teſtatoris uoluntas ſeruetur.*

38 *Tex. in l. iam hoc iure ff. de uulg. & pupill.*

39 *Quot, & quas ſubſtitutiones contineat compendioſa.*

40 *Subſtitutiones, quæ in compendioſa continentur an dicantur expræſſe uel tacitæ.*

41 *Ad cognitionem unius ex contrarijs conſequitur cognitio alerius.*

42 *Mater excluditur etiam per pupillarem, quæ etiam ſecundum Doctores non eſt expræſſa: ergo etiam excluditur per pupillarem, ad quàm uulgaris expræſſa porrigitur: ut nos tenuimus.*

43 *An compendioſa omnibus indeſtinctè fieri poſſit.*

44 *Compendioſa datur quæ continet uulgarem & fideicommiſſariam tantum.*

45 *Compendioſa ab omnibus fieri poſſit.*

46 *Qui ſint effectus compendioſæ ſubſtitutionis tam à milite, quàm à pagano factæ.*

47 *Paganus quis, & unde dicatur.*

48 *Militibus fuit in priuilegium conceſſum ut poſſint etiam poſt pubertatem directè ſubſtituere.*

49 *Tria ſunt genera uerborum, de his, quæ ad ſubſtitutum referuntur, ut directa, obliqua, item communia, ſecundum Doctores.*

50 *Compendioſa à milite facta uerbis directis ualet infra pubertatem, iure pupillaris, & quomodo iſtud procedat num. 53.*

51 *Si quando ſubſtitutio de iure communi ualere poteſt: non eſt opus confugere ad priuilegium.*

52 *Remedium extra ordinarium ceſſat, ubi ordinarium habere locum poteſt.*

54 *Compendioſa à milite uerbis directis facta poſt pubertatem ualet ut directa Militaris.*

55 *Si Compendioſa à Milite fiat furioſo, nunquàm ualebit ut directa Militaris,*

ris, quia exemplariæ poterit eſſe locus.

56 Effectus numquid ſubſtitutio ualeat ut pupillaris, uel ut directa Militaris.

57 Conpendioſa à Milite uerbis directis facta an matre exiſtente in medio ualeat iure directo poſt pubertatem, an uero trahatur ad fideicommiſs. illius fauore.

58 Tex. in l. præcibus C. de impub. & in l. Centurio ff. eo uidentur inuicem pugnare, & de eorum concordia.

59 Prima ſolutio.

60 In directa militari ueniunt bona teſtatoris tantum, non etiam filij: ideo non eſt in conſideratione fauor matris. uide tamen infra num. ſeq.

62 Per aditionẽ confunduntur bona adeuntis, cum hæreditate adita, etiam quòd datus eſſet ſubſtitutus. & num. ſeq.

64 Mater non reperitur in iure priuilegiata, ut faciat ceſſare priuilegium militibus conceſſum.

65 Iuriſconſulti procedunt per modum tradendæ doctrinæ, non autem ſecundum contingentiam caſuum.

66 Matri nihil fauetur in ſubſtitutione pupillari quominus excludatur etiam à legitima proprij filij: non ſolum quando eſt expræſſa, ſcilicet etiam quando continetur in Reciproca uel compendioſa. & num. ſeq.

68 Fortius operatur ius commune quam ius ſpetiale & quomodo iſtud procedat num. ſeq.

70 Lex eius militis §. militia miſſus ff. de milit. teſt. declaratur.

71 Priuilegia militibus conceſſa in teſtando excludunt etiam eorum filios à remedio quærele. item & parentes.

72 Lex ſi. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. factis.

73 Secunda ſolutio.

74 Verba in potiori ſignificatu ſunt accipienda.

75 Subſtitutio in directam potius, quam in fideicommiſſariam ſignificationem eſt ſumenda.

76 In l. præcibus nihil apparet quibus uerbis fuerit facta ſubſtitutio.

77 Super uerbis narratiuis non poteſt fieri uis, quando ſuper eis non ſe fundat narrans.

78 Tertia ſolutio.

79 Quarta ſolutio.

80 Compendioſa & à milite, & à Pagano fieri poteſt tam ad certum, quam ad in determinatum tempus.

81 Pupillaris ſubſtitutio licet ultra 14. annum protrahi non poſſit, poteſt tamen infra illud tempus reſtringi.

82 Quinta ſolutio.

83 Dictio

83 *Dictio ueluti denotat ueritatem.*
84 *Miles ex priuilegio poteſt etiam filio emancipato directo ſubſtituere.*
85 *Sexta ſolutio.*
86 *Miles poteſt & poſt pubertatem directo ſubſtituere.*
87 *Dictio ueluti denotat etiam ſimilitudinem.*
88 *Simile non eſt idem.*
89 *Differentia debet eſſe inter ſimile, & illud, cui aßimilatur.*
90 *Per aditionem bona commiſcentur, & unicum fit patrimonium.*
91 *In directa militari ueniunt bona teſtatoris tantum, prout idem contingit in fideicommiſſaria.*
92 *Succeßor directus poteſt propria autoritate bona capere, ſecus in ſucceſſore per fideicommiſſum.*
93 *Hæres mittitur in poſſeßionem bonorum, quæ per defunctum poßidebatur. & quòd ſit fœmina, & bona ſint feudalia.*
94 *Immo compendioſa à milite uerbis directis facta etiam quòd mater non ſit in medio ualet iure fideicommißi, ſecundum aliquos. quorum tamen opinio improbatur.*
95 *Priuilegium militibus conceſſum in hoc conſiſtit, ut poßint directo ſubſtituere. in ſuis tamen bonis tantum. ut infra num. ſeq.*
97 *Compendioſa à milite etiam uerbis communibus facta ualet iure directo etiam quòd mater ſuperſit.*
98 *Miles in dubio an cenſeat uti iure communi inteſtando.*
99 *Compendioſa à milite uerbis obliquis facta indiſtincte ualet iure fideicommißi.*
100 *Verba fideicommiſſum tantum importantia.*
201 *Priuilegium militibus conceſſum, ut poßint poſt pubertatem directo ſubſtituere an competant etiam eis extra expeditionem teſtantibus?*
102 *Priuilegia militibus conceſſa ſint multiplicis generis, & ex uarijs cauſis ac rationibus.*
103 *Quæ priuilegia militibus in expeditione tantum teſtantibus concedantur.*
104 *Item quæ priuilegia ipſis extra caſtra competant?*
105 *Tex. in §. 1. inſtit. de milit. teſtam. & in §. hactenus eo. tit. & in l. fi. §. 1. C. de inoff. teſtam. declarantur.*
106 *Milites extra expeditionem exiſtentes poſſunt conſulere peritiores: ideo non omnia priuilegia eis in teſtando tunc competunt.*
107 *Priuilegium directo ſubſtituendo fuit militibus ob illorum præheminentiam conceſſum.*
108 *Lex 1. in fi. C. de milit. teſtam.*
109 *Priuilegium ut miles poßit pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus decedere indiſtincte militi competit, & ſic extra caſtra tam reſpectu bonorum*

rum,quàm etiam reſpectu temporis.

110 Tex.in l.fin. §.in his C.de inoffic.teſtam.declaratur.

111 Complura, in quibus fuit cum militibus circa facultatem teſtandi diſpenſatum.

112 An militibus noſtri temporis priuilegia militaria competant?

113 Licet eadem ſolemnitas in creandis militibus quæ olim ſeruabatur,non ſeruetur hodie,non tamen minus milites dici poſſunt.

114 Licet ſolemnitas formalis ſit ſublata, effectus tamen permanere poteſt.

115 Nec torqueri milites poßunt nec conueniri ultra quam facere poßint. item nec carcerari uide num. 119.

116 Et conſuetudo contraria non tenet.

117 Quid in Doctore: & eius uxore & filijs.

121 Milites, qui alijs commercijs, aut negocijs intendant milites eſſe non poſſunt.

122 Milites Rhodianæ religionis.

123 Priuilegia militaria, & in ſpetie illud directo ſubſtituendi poſt pubertatem an competat aduocatis. Doctoribus publicè profitentibus uel conſiliarijs principum concluditur num. 174. & ſeq.

124 Subſtituere directo poſt pubertatem eſt quid exorbitans à regulis iuris communis.

125 Quòd fuit militibus ſpetialiter conceſſum.

126 Leges exorbitantes aliquid ſpetialiter alicui perſonæ concedentes non ſunt extra illam perſonam extendendæ. & plenius infra num. 178. & ſeq.

127 Priuilegia dicuntur priuatæ leges.

128 Ad hoc ut militibus priuilegia militaria competant, quæ concurrere oporteat.

129 Diuerſitas nominis arguit diuerſitatem rei.

130 Priuilegia,ſicut & aliæ diſpoſitiones recipiunt interprætationem ſecundum communem uſum loquendi. & num. 162.

131 Cui uerba non conueniunt, nec diſpoſitio conuenit.

132 Tutor prohibetur uxorem ducere illam cuius tutelam adminiſtrauit, aut filio ſuo in matrimonium collocare non ſic in protutore. & de ratione uide infra num. 166.

133 Verba hæc tutor, & protutor inter ſe non abhorrent.

134 Ratio ſimplicitatis, quæ in milite tolleratur eſt in Doctore turpißima. & nume. 186.

135 Minori læſo non datur reſtitutio in integrum, quando eſt Doctor.

136 Item Ratio neceßitatis conflictus in milite conſiedrata, ceſſat in Doctore.

137 Ceſſante ratione legis, ceſſat eius diſpoſitio.

138 Legatus,

138 Legatus, aut Præſes in Caſtris exiſtētes, non habent priuilegia militaria, niſi quando in prælio occubuit, & 168.
139 Tex. in l. fin. §. in his itaque C. de inoff. teſtamen. & num. 170. & 175.
140 Lex aduocati C. de aduo. diuer. iudiciorum æquiparat aduocatos militibus. uide tamen infra num. 181.
141 Imperatores ſecundum caſuum contingentiam ut plurimum leges pro uulgarunt.
142 Bona aduocatorum, ac Doctorum profitentium publicè ſunt caſtrenſi peculio æquiparata.
143 Quando duo à lege ſunt æquiperata, quicquid in uno diſponitur, cenſetur in alio quoq; eſſe diſpoſitum.
144 Multa ex priuilegijs militibus conceſſa reperiuntur expræſſe etiam Doctoribus illibus impartita. & num. 169.
145 Extenſio fit deſtricta ſignificatione uocabuli ad latam ex identitate rationis etiam in exorbitantibus, & odioſis.
146 Senatuſconſultum macedonia. licet loquatur de filijs, tamen habet locum etiam in nepotibus & cæteris deſcendentibus. & eſt odioſum nume. 118.
147 Nepotes non dicuntur proprie filij.
149 Immo extenſio fit etiam ad caſum qui nullo modo comprehendebatur ſub uerbis ex identitate rationis etiam in exorbitantibus.
150 Matrimonium fauorabile eſt, & publicam reſpicit utilitatem.
151 Eadem ratio uidetur etiam Doctoribus iſtis militare, quæ in militibus. & in 156. uide tamen infra nu. 184. & ſeq.
152 Priuilegia militum uarijs rationibus conceſſa eis fuerunt.
153 Multa priuilegia militibus conceſſa ob utilitatem quam in communi afferunt & in eorum præheminentiam.
153 Miles non poteſt conueniri ultra quàm facere poteſt. item nec torqueri.
154 Teſtamentum militis non ſub iacet querelæ.
155 Priuilegium militis, ut poßit directo ſubſtituere poſt pubertatem qua ratione ei fuerit conceßum.
157 Doctor dicitur in dignitate conſtitutus, immo illuſtris quandoque dicitur.
158 Leges priuilegia concedentes an & quomodo extendantur, & uide infra nume.
159 Extenſio non dicitur ubi eſt eadem ratio, ſed potius compræhenſio, aut declaratio: quando autem ratio non eſt eadem, ſed ſimilis, tunc eſt extenſio.
160 Extenſio non ideo priuilegia militum cōpetere dicimus, quare milites ſint, ſcilicet quare illis ſunt æquiparati, & parem utilitatem afferunt.

161 Licet

161 Licet Doctor non dicatur miles, tamen ſunt inter ſe à lege æquiparati.
163 Eadem ratio eſt in tutore, quæ pro tutore: & num.165.
164 Prò tutor non eandem habet poteſtatem, quam tutor.
165 Pro tutor ita tenetur rationem adminiſtrationis reddere, quemadmodum uerus tutor.
172 Quædam priuilegia conceſſa ſunt reſpectu bonorum, quædam uerò reſpectu perſonæ.
173 Peculium quaſi Caſtrenſe deſinit ſic dici, ſi ille efficitur ſui iuris.
176 Conceſſo uno, aliud cenſetur eſſe denegatum.
179 In priuilegijs perſonalibus non fit extenſio etiam quòd ſit eadem ratio.
180 Ius militibus in teſtando conceſſum dicitur ius ſingulare.
181 Lex aduocati C.de aduoc.diuer.iudiciorum declaratur.
182 Eſt differentia inter milites armatæ militiæ, & inermis.
183 Argumentum ab æquiparatis, uel ab identitate rationis non procedit in priuilegijs perſonalibus.
184 Non omninò militat eadem ratio in Doctore, quæ in milite.
185 Ratio ſimplicitatis potiſsimum in milite fuit conſiderata.
187 Lex fori C.de aduoc.diuer. iud.
188 Contrarietas illius tex.cum tex.in l.fin.in fi.C.de inoff.teſtam.
189 Epiſcopis, & cæteris clericis, an competant priuilegia militum?
190 Clerici etiam filiusfamiliàs teſtari poſſunt, ſecundum leges communes infra num.193.
191 Militare etiam clerici, & ſtipendia mereri dicuntur.
192 Milites cæleſtis militiæ diſsimiles à lege dicuntur militibus ueræ militiæ.
194 An Imperator rex, aut princeps ſimilis ſuperiorem non recognoſcēs poſsint poſt pubertatem directo ſubſtituere. & nume. 200. ſeq. per totam quæſtionem.
195 Imperator dicitur lex uiua.
196 Princeps dicitur legibus ſolutus.
197 Donatio ab imperatore facta ualet abſq; inſinuatione.
198 Præſentia principis ſupplet defectum omnium ſolennitatum.
199 Imperator profitetur legibus ſe eſſe ſubiectum & 207.
201 Princeps an, & quando cenſeatur uti plenitudine ſuæ poteſtatis? & numer.ſeq.
202 Actus ſeu diſpoſitio in principem collatus ſeu collata non ualet, niſi ſit ſecundum leges.
204 In dubio ſemper ſumitur interpretatio, ut actus ualeat.
205 Nemo in dubio præſumitur uti illo genere teſtādi, quo ſua diſpoſitio pereat.
206 Princeps non præſumitur uti plenitudine in poteſtatis, quādo actus ordinario iure

rio iure ualere aliquo modo poteſt & nume.ſeq:

209 Princeps cenſetur uti plenitudine potaſtatis quando adeſt clauſula non obſtante.uel ex certa ſcientia.

210 Cardinalibus an competat facultas directo poſt pubertatem ſubſtituendi.

211 Cardinales æquiparantur reipub.ſeu potius præfectis prætorio.

212 Cardinales recognoſcunt Papam in eorum immediatum ſuperiorem.

213 Cardinales poſſunt teſtari,& ſi filij familiàs ſint.

214 Dignitas Cardinalatus eximit à patria poteſtate.

215 Miles in dubio an cenſeatur uti iure communi an uero priuilegio militari in teſtando num.225.& ſeq.

216 Si actus ualere poteſt & iure communi & iure ſpetiali, præſumendum eſt quòd iure communi.quòd ex pluribus probatur.

217 In contrarium,immo actus ualet quòd iure ſpetiali.

218 Inſtitutio militis in re certa non trahitur ad uniuerſum, ſicut quòd iure communi num.220.& 233.

219 Miles poteſt pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere, ſecus in pagano.

221 Miles poteſt ad tempus tantum hæredem inſtituere. & ad tempus inteſtatus decedere.

222 Inſtitutio ad certum tempus à pagano facta efficitur perpetua,ſubducto tempore de medio.

223 Si ex duobus à milite inſtitutis alter omiſerit ſuam portionem, illa non accreſcit alteri ex priuilegio militari. niſi aliud apparet.

224 Ius accreſcendi prouenit immediate à lege, in conſequentia à teſtatore.

226 In leg. Centurio apparebat militem expræſſe ex uerbis milit uſum ſuo priuilegio.

227 Subſtitutio directa poſt pubertatem fieri per paganum etiam filio in poteſtate non poteſt: per militem uerò etiam extraneo fieri poteſt.

228 Si in diſpoſitione militis non ſunt ſolennitates de iure communi neceſſariæ ualet de iure ſpetiali.

229 Semper illa eſt ſumenda interprætatio, ut actus ſuſtineatur.

230 Et ſi actus à milite geſtus poteſt de iure communi ualere, tamen creditur quòd & ſuo iure uti uoluerit propter caſus,qui continere poſſunt.

231 Quando actus à milite geſtus poteſt æque de iure communi ualere, & de iure ſpeciali. ſumitur interprætatio ſecundum iuris communis diſpoſitionem.

232 Vbi diſpoſitio ordinaria poteſt habere locum,ceſſat extraordinaria.

233 Inſtitutio per militem facta in re aut portione certa trahitur ad uniuerſum, niſi aliud appareat.

259 Subſtitutio impedit ius accreſcendi.

262 Ratio, quam aßignant Repet. propter legitimam, & Trebellianicam non eſt bona.

263 Directa ſubſtitutio nihil eſt impedimento legitimæ.

265 Trebellianica fuit introducta, quo magis conſeruetur. uoluntas teſtatoris.

266 Trebellianica nullo caſu habere locum poteſt quando ſubſtitutio eſt directa.

268 Subſtitutio introducta fuit, ut magis ſuſtineatur uoluntas teſtatoris, & ne caduca fiat ob non aditionem hæredis.

269 Fideicommiſſaria ſubſtitutio qua de cauſa inuenta fuerit?

270 Fideicom. requirit teſtamentum per aditionem confirmatum.

271 Compendioſa ſubſtitutio à pagano in Codicillis uerbis directis facta an ualeat iure fideicommißi?

272 Hæreditas in Codicillis directo dari, neq; adimi poteſt.

273 Interpretatio illa eſt ſumenda, quæ rei de qua agitur aptior ſit, & ut potius conſeruetur.

274 Lex Sceuola ff. ad Trebell.

275 Compendioſa à pagano in teſtamento uerbis directis filio impuberi in poteſtate exiſtenti facta an poſt pubertatem in totum expiret, an uerò ad fideicom. trahatur?

276 In ſubſtitutione fideicommiſſaria non ueniunt bona propria grauati.

277 Tex. in l. in pupillari ff. de uulg. & pupill. & infra num. 335.

278 Tex. in §. extraneo inſtit. de pupill. & infra num. 338.

279 Negatiua præpoſita uerbo poteſt, tollit omnem potentiam.

280 Text. in l. uerbis ciuilibus ff. de uerb. obligat. & infra numer. 339. & ſequen.

281 Tex. in l. poſt aditam C. de impub. & alijs ſubſtit. & num. 344.

282 Quód potui, nolui: quód uolui implere nequiui, & num. 345.

283 Nemo dixiſſe præſumitur, id quód uerbis non expreßit.

284 Tex. in l. ſi ſeruus legatus §. ſi ſeruus alienus ff. de leg. 1. & infra nu. 350. & ſeq. uſque ad num. 373,

284 Paganus puberi poſt aditam hæreditatem ſubſtituere directo non poteſt, per fideicomm. autem poteſt.

285 Libertas directo ſeruo alieno dari non poteſt per fideicomm. autem poteſt, & num. 351.

286 Libertas ſeruo alieno directo data remanet nulla, non autem trahitur ad fideicommiſſ.

287 Libertatis cauſa fauorabilis eſt, & multa contra iuris regulas ſtatuta ſunt eius fauore.

288 Diſpoſitio teſtatoris, quæ non poteſt iure directo ualere, licet poſſet iure fideicommiſſi ualere, tamen potius remanet nulla & quomodo procedat num. 373.

289 Fauore libertatis ſtatutum eſt, ut uerba directa ad fideicomm. trahantur, & num. 377.

290 Spetialitas in uno caſu arguit ius commune in contrarium, cum alioquim ſuperflua foret.

292 Mentem teſtatoris potius, quàm uerba intueri debemus, & quando iſtud procedat infra num. ſeq.

294 Fideicommiſſum non eſt inducendum, niſi teſtator expræſſerit.

295 Pupillaris ſubſtitutio eſt fauorabilis illi, cui fit, fideicommiſſaria uerò eſt onceroſa.

296 Lex præcibus C. de impub. & alijs ſubſtit.

297 Lex habens plures intellectus non poteſt recte allegari.

298 Quod multipliciter exponitur, eius ueritas ignoratur.

299 Tex. in c. Rainutius extra de teſtam.

300 Text. in l. pater Seuerinam §. conditionum uerba ff. de conditio. & demonſtrat.

301 Lex Scæuola ff. ad Trebell. & nu. 308. & 310.

302 Quando uerba non poſſunt in ſenſu directo operari, trahantur ad fideicom. & num. 316.

303 Subſtitutio inducitur & ubi uerba omnino repugnent, & à teſtatore omiſſa ſit, & quomodo procedat infra num. ſeq.

305 Verba iſta hæres eſt, idem ſignificant quòd dominus eſto, & 311.

306 Dominus nedum ille dicitur, qui directum habet dominium, ſed etiam ille, qui utile.

307 Reſolutio quæſtionis.

309 Sicut pagano probibtum eſt poſt pubertatem directo ſubſtituere, ſed tantummodo per fideicom. ita etiam in codicillis eſt.

312 Teſtator poteſt poſt pubertatem ſubſtituere per fideicomm. item hoc caſu uoluit, & uerba patiuntur,

313 Verbum quandocunque, ſignificat compendioſam ſubſtitutionem, non autem pupillarem.

314 Illa ſemper eſt ſumenda interpretatio, ut actus ſubſtineatur, non autem ut pereat, & num. 346.

315 Idque non ſolum in dubio procedit, ſed etiam ſi uerba aliud dicant.

317 Non conuenit, ut propter rigorem unius uerbi euertatur diſpoſitio teſtatoris, & infra num. 326. & 349.

318 Lex iubet ut conſeruetur uoluntas teſtatoris. Idq; publicam reſpicit utilitatem.

319 Verba intentioni deſeruiunt, non autem contra.
320 Item uerba etiam ad extraneum ſenſum trahenda ſunt, ubi res aliter ſalua eſſe non poteſt.
321 Latior fit interpretatio in teſtamentis, quàm in contractibus.
322 In contractibus à uerbis non receditur regulariter.
323 Etiam in contractibus mens potius quàm uerba attenduntur etiam impropriando illa.
324 Item in ſtatutis.
325 Verba directa ad obliquum trahuntur, ut uoluntas teſtatoris conſeruatur, immo contra obliqua fiunt directa: quòd eſt difficilius.
326 Lex quoniam indignum C. de teſtam.
327 Differentia inter uerba directa, & obliqua quando, & quo ad quid procedat, & attendatur.
328 Compendioſa puberi facta à pagano uerbis directis ualet iure fideicommiſſi poſt pubertatem etiam ſecundum opinionem glo. & Bar.
329 Compendioſa à matre uel ab extraneo facta uerbis directis etiam impuberi, ualet iure fideicommiſſi.
330 Nulla concludens ratio eſſe poteſt, inter hos caſus, & quæſtionem noſtrã.
331 Immo ratio uidetur potius in contrarium militare.
332 Vnum & idem uerbum ad plura relatum, uarie ſumitur ſecundum uarietate temporum, & caſuum, prout magis congruit ualiditati actus.
333 Vnum & idem uerbum ad plura relatum poteſt quo ad unum accipi proprie quo ad aliud improprie.
334 Fideicommiſſarius dicitur hæres utiliter, ſeu improprie.
336 In pupillari ſubſtitutione certũ tempus ſcilicet 14. annorum eſt à lege præfixum, quòd non licet ultra protendere.
337 Lex permittit ut uerba ad ſubſtitutionis ſpetiem aptentur.
340 Compendioſa non eſt ad aliquod certum tempus reſtricta.
341 Vulgaris ſubſtitutio poteſt habere locum etiam poſt pubertatem, ſi non adeatur hæreditas.
342 Extincta pupillari ſubſtitutione poteſt habere locum uulgaris tacita.
343 Verbum fruſtra quomodo accipiatur.
347 Verba directa in compendioſa poſſunt referri ad tempus pupillaris ætatis, & illius temporis reſpectu poſſunt dici fuiſſe à teſtator prolata, & ſupra nu. 331. & 334. poſt pubertatem autem obliquentur, & nu. ſeq. & 364. & 372.
349 Diſpoſitio teſtatoris non ideo infirmari debet, quia directis potius quàm obliquis uerbis uſus fuerit & ſuprà 317. & 326.
352 Facilius ſuſtinetur diſpoſitio, quæ aliquando ualuit, quàm quæ ab initio nulla fuit.

356 Libertas

356 Libertas ſeruo alieno inutiliter directo datur etiam quòd non ſit alij legatus.
357 Tex. in l. generaliter §. ſi quis ſeruo pignorato ff. de fideicom. libert.
358 Pignus adhuc remanet in domino pignorantis.
359 Seruo pignori obligato iuſta relinqui libertas poteſt.
360 Reſponſio Iaſ. ad l. ſi ſeruus legatus §. ſi ſeruus alienus ff. de leg. 1. improbat, & ſupra num. 354.
361 Item & reſponſio Soc.
361 Regula legis ab eo C. de fideicom.
362 Grauari non dicitur dominus cuius ſeruo libertas relinquitur.
363 Non cogitur dominus ſerui, cui ab alio fuit relicta libertas, illum uendere, ſed interim ſtat in ſuſpenſo libertas, uſque quo ille uendere uelit.
364 Reſponſio ad d. §. ſi ſeruus alienus & eius ratio, & intellectus uſque ad num. 373.
365 Quæ ſit ratio quòd ſeruo alieno libertas directo dari non poßit. Immo nec etiam ſeruo proprio, ſi conferatur in tempus, quo erit alienus.
366 In quibuſcunque rebus alienis legatis eſt neceſſarium factum alterius.
367 Non eſt differentia in rebus particularibus an legentur directo, uel per fideicom. excepta cauſa libertatis.
368 Cur libertas ſeruo alieno datur directo, non trahitur ſaltem ad fideicom.
369 Maxima differentia inter directam & fideicommißariam libertatem.
370 Seruo pignori obligato licet libertas directa dari non poßit, trahitur tamen ad fideicom.
374 Diſpoſitio teſtatoris eſt intelligenda in caſu, quo ualere poßit, non autem in quo inutilis remanet.
375 Item uoluntas teſtatoris eſt intelligenda ſecundum iuris diſpoſitionem.
376 Quælibet diſpoſitio eſt intelligenda in caſu potentiæ, non autem in caſu impotentiæ, etiam ſi caſus impotentiæ fuiſſet expræſſus.
377 Intellectus ad tex. in l. generaliter §. ſi quis ſeruo pignorato ff. de fideicommi. libert.
378 Opinio contraria Bart. & gloſarum quòd in totum expiret limitatur non procedere, quando appoſita inteſtato fuiſſet clauſula codicillaris.
379 Effectus potißimus clauſulæ codicillaris.
380 Compendioſa uerbis communibus filió impubueri facta an intra pubertatem ualeat iure directo, an uerò ſemper iure fideicommißi.
381 Verbum ſubſtituo & directam, & fideicommiſſariam ſubſtitutionem eſt aptum comprehendere.
382 Valet argumentum de tempore ad perſonas, quomodo procedat nu. 393.
383 Si pluribus perſonis diſparis conditionis ſubſtitutio fiat, intelligitur illa facta, quæ omnibus æqualiter conueniat.

384 Vna,

384 *Vna, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, quomodo procedat infra nume. 396.*

385 *Non debet induci diuiſio, ſeu ſciſsio uoluntatis teſtatoris, & nu. 397.*

386 *Subſtitutio compendioſa uerbis communibus facta ualet infra pubertatem iure directæ pupillaris.*

387 *Quando de aliquo contingit dubitari, in cæteris præſupponendi ſunt termini habiles.*

388 *In compendioſa continetur pupillaris.*

389 *In l. precibus hæc concluſio probatur ſecundum omnes intellectus, præter illum Fulgoſij.*

390 *Subſtitutio in dubio eſt cenſenda directa, dummodo perſonis conueniat, & uerba ſint apta.*

391 *Quæ uariantur tempore, uariantur etiam ſecundum curſum temporis.*

392 *Semel tantum fit interpretatio uerborum ſubſtitutionis, quoniam ſemel tantum caſus eius contingit, uidelicet cum inſtitutus moritur.*

394 *Regula l. iam hoc iure ff. de uulg. & pupill. quòd una determinatio, &c. non procedit, quando militat diuerſa ratio.*

395 *Si duo inſtituantur, quorum alter eſt pubes, alter uerò impubes, & eis quãdocunq; deceſserint ſubſtituatur, continebitur pupillaris in perſona impuberis (quicquid in Reciproca ſit.)*

398 *Compendioſa filio impuberi facta per uerbum commune infra pubertatem obliquatur quando mater ſupereſt illius fauore ſecundum Doctores, ego contra puto, ut infra num. 404.*

399 *Lex qui duos §. 1. ff. de reb. dub. & infra nu. 421. & ſeq.*

400 *Lex fi. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. & infra num. 425.*

401 *Pupillaris præſumpta, ad quam porrigitur expreſſa uulgaris non excludit matrem ſecundum Doctores, uide infra num. 427.*

402 *Circa quæ uerſetur fauor matris quòd ſubſtitutio trahatur ad fideicom.*

403 *Propter uarietates opinionum iudex interdum debet cogere partes ad concordiam.*

405 *Pupillaris, quæ in compendioſa continetur excludit matrem.*

407 *Stant iſta ſimul, quòd mater excludatur per pupillarem in compendioſa contentam, item quòd fauore matris illa trahatur ad fideicom.*

408 *Mater excluditur etiam à legitima per pupillarem in compendioſa contentam ſicut per pupillarem ſpecificam.*

409 *Verbum ſubſtituo & directam, & fideicommiſſariam eſt aptum comprehendere.*

410 *In dubio ſubſtitutio directa potius, quàm fideicommiſsaria eſt intelligenda.*

411 *Quæ regulæ non reperiantur limitatæ, quando mater eſt in medio.*

412 Suffic

412 Sufficit habere regulam, & qui uult dicere contrarium, debet probare.
413 Regulæ ſupradictæ habent locum etiam matre ſuperexiſtente in medio.
414 Capitulum ſi pater, de teſtam. in 6.
415 Verbum moriatur eſt uerbum commune.
416 Subſtitutio pupillaris eſt fauorabilis, & utilis ipſi pupillo, fideicommiſſaria autem dicitur oneroſa.
417 Pupillo arrogato ſubſtitui pupillariter poteſt reſpectu quartæ, quam ex legis diſpoſitione habet, per fideicommiſſum autem non poteſt.
418 Nullibi in iure probatur, quòd matri ita faueatur ut pupillo adimatur ſubſtitutio pupillaris, & in fideicommiſſ. conuertatur, immo potius contrarium.
419 Mater excluditur per pupillarem etiam à legitima.
420 Lex precibus C. de impub. & alijs ſubſtit.
422 Secundum naturæ curſum eſt, ut pater ante filium moriatur.
429 Non eſt bonum arg. de pupillari, ad quàm expræſſa uulgaris porrigitur, ad pupillarem, quæ in compendioſa continetur.
431 Sub limitationes traditæ per Doctores in l. precibus, quando mater tranſiuiſſet ad ſecundas nuptias &c. ſuperuacaneæ remanent ſtante opinione materna.
432 Compendioſa filio impuberi facta ſi ſine liberis deceſſerit an infra pubertatem ualebit ut pupillaris, an uerò erit omni tempore fideicommiſſaria.
433 Tex. in l. credendum uer. ſi uero maritus ff. qui pet. tut.
434 Impubes an dicitur ſine liberis decedere, & nu. 436.
335 Verbum quandocunque tam ante quàm poſt pubertatem tempus, ſignificat.
437 Inteſtatus an dicatur, qui teſtari eſt impeditus propter ætatem, uel aliter.
438 Compendioſa impuberi facta per uerba merè obliqua eſt omni tempore fideicommiſſaria, & an dici poſſit compendioſa num. 440.
439 Hoc caſu attenditur, quibus nam uerbis uſus teſtator fuerit.

1 SExta ſubſtitutio eſt,† quæ compẽdioſa dicitur,
cæteris alijs uberior, & longe magis notabilis.
de qua tractant Doctores in l. Centurio. ff. de
uulg.& pupill.in l.præcibus C.de impub. & alijs
ſubſtit.per glo.& ibi Doctores inſtit. de pupill.
in §.qua rõne ꝑ Can.in c. Rain. extra de teſt. &
in c. ſi pater eo.tit.in 6.& ꝑ Doctores in ſuis tract.ſub.& alibi paſ
2 ſim circa cuius materiæ declinationem † Solitum ordinem ſe-
quendo per uiam quæſtionum de cópluribus erit. Et primo quid
ſit ſubſtitutio.compendioſa? Secundo quare ita appelletur? Tertio
an ſit propria ſpeties ſubſtitutionis ab alijs diſtincta? Quarto qui-
bus uerbis fiat? Quintò quot, & quas ſubſtitutionum ſpeties ſit
apta in ſe continere? Sextò an ſubſtitutiones, quæ in ea continen
tur dicantur expræſſe, an uero tacitæ? Septimò an omnibus per-
ſonis indiſtincte fieri hæc ſubſtitutio poſsit, an uero quibuſdam
tantum? Octauò an ab omnibus indiſtincte fieri poſsit? Nonò
qui ſint in effectus compendioſæ a militæ, item à pagano factæ,&
primo quando à milite fit? Decimò quomodo ualeat.compendio.
ſa à milite uerbis directis facta tam infra, quàm poſt pubertatem
Vndecimò an compendioſa à milite filio impuberi facta ualeat
poſt pubertatem iure directo etiam quando mater eſt in medio?
Duodecimò an compendioſa à milite uerbis communibus facta
ualeat iure directo,uel iure fideicommiſsi? Item quid quando uer
bis mere obliquis.Tertiodecimò an priuilegium militibus conceſ
ſum,ut poſsint etiam poſt pubertatem directo ſubituere habeat lo
cum tantummodo,quando in Caſtris faciunt teſtamentum,an ue-
rò etiam ſi extra Caſtra? Decimoquartò an militibus noſtri tem-
poris competant huiuſmodi priuilegia? Decimoquintò an iſtius
modi priuilegia, quæ militibus in teſtando conceduntur, & inter
cætera iſtud quòd poſt pubertatem poſsint directo ſubſtituere,
competant etiam Doctoribus publice profitentibus, aut aduoca
tis,ſeu conſiliarijs principum? Decimoſextò an competant cleri-
cis? Decimòſeptimo an imperator rex,aut alius princeps non re-
cognoſcens ſuperiorem poſsit ſubſtituere directo poſt puberta-
tem? Decimo octauò an Cardinales hoc poſsint: decimò nono
an miles in dubio cenſeatur uti iure communi,uel priuilegio mili-
tari in teſtando? Vigeſimò qui ſint effectus compendioſæ ſubſti-
tutionis à pagano factæ? Vigeſimo primò quæ ſit ratio, quòd pa-
ganus non poteſt poſt pubertatem, & aditam hæreditatem dire-

cto ſubſtituere? Vigeſimo ſecundò an compendioſa à pagano in codicillis uerbis directis facta ualeat iure fideicommiſsi? Vigeſimo tertiò an compendioſa à pagano filio impuberi in poteſtate exiſtente in teſtamento uerbis directis facta poſt pubertatem in totum annulletur, an uero ſaltem iure fideicommiſsi ueteret Vigeſimo quartò quid ſi fiat uerbis communibus, an infra pubertatem ualebit iure pupillaris, an uerò iure fideicommiſsi Vigeſimo quintò quid ſi fiat compendioſa filio impuberi ſub illa conditione ſi ſine liberis deceſſerit, an infra pupillarem ætatem ualebit ut pupillaris, an ut fideicommiſſaria? Vigeſimo ſextò quid quando eſt facta
3 uerbis, obliquis? Redeundo autem ad primum quæritur, † Quid ſit ſubſtitutio compendioſa? Bart. in l. Centurio, in 2. col. ff. de uulg. & pupill. eam ſic diffinit. quòd, eſt ſubſtitutio, quę ſub conditione mortis, uel alia multa complectitur tempora. Sed con
4 tra hanc diffinitionem arguitur, † Quia ſi fiat pupillo ſubſtitutio uerbis obliquis, ut quandocunque deceſſerit, rogo ut reſtituat hæreditatem Sempronio. erit tunc ſubſtitutio ſub conditione mortis plura complectens tempora, quia & tempus ante aditam, & tẽpus poſt aditam complectitur: & tamen non dicetur compendioſa: quia unicam tantum ſpetiem ſubſtitutionis continebit, cum ſemper, & omni tempore ſit fideicommiſſaria. Sed tamen ab hoc arg. ſaluari poteſt Bart. quia licet in pupillo, facta tamen non recte illa dicetur pupillaris, cum non ſit reſtricta ad illam ætatem, & non ſit directa, prout eſt natura pupillaris. unde immo poterit rectè dici compendioſa propter uarietatem, & diuerſitatem temporum, quæ ſub illo uerbo quandocunque, continentur, uidelicet & infra, & poſt pubertatem: licet illo caſu unam tantum ſpetiem ſubſtitutionis contineat, ſcilicet fideicommiſſariam. Item eſt
5 aduertendum † Declarandæ huius ſubſtitutionis cauſa, quòd illa diuerſa tempora, quæ in ea compræhendi debent, non ſemper neceſſario reſtringenda ſunt ad tempus ante pubertatem, item poſt
6 pubertatem: † Nam alioquin ſequeretur, quòd compendioſa nõ poſſet puberi fieri: quia in eo non cadit tempus illud ante pubertatem. quòd tamen non eſt dicendum: & uerificabitur tunc in uulgari, ſi ille morietur ante aditam, & in fideicommiſſaria, ſi poſt aditam. rurſus, ſi puberi furioſo fiat ſubſtitutio quandocunque deceſſerit: ſi quidem in furore ille moriatur, exemplaris locum habebit: ſi uerò ſanus mente factus, tunc locus erit fideicommiſſariæ. adeo ſanè ut & plura tempora, & plures ſubſtitutiones aliter in cõpendioſa contineri poſſunt: quàm infra & poſt pubertatem.

† Et ſi

7 † Et ſi diceres ſecundum iſta etiam pupillaris poterit dici compen dioſa: ſi quidem fiat per hæc uerba ſi in pupillari ætate decedat: quia ſi ante aditam decedat, continebitur uulgaris ſi uero poſt, continebitur pupillaris, & ſic plures ſubſtitutionum ſpecies exlui uerborum ob eorum generalitatem, prout hoc uoluit Bal. in ſpetie in l. præcibus col. 11. uer. unum etiam aduerte C. de impub. & alijs ſubſtit. Iſtud tamen mihi non omnino probatur: quia ſubſtitutio reſtricta ad ętatem pupillarem, pupillaris à lege appellatur, non autem compendioſa, l. j. in prin. & l. in pupillari ff. de uulg. & pupill. & inſtit. eo. tit. in prin. licet uerum ſit, alias compendioſam fieri poſſe ad certam ætatem, ut in l. Centurio ff. de uulg. & pupill. nec diſtinctio illa, quam facit Bal. in loco ſupra allegato uidetur fundamentalis uidelicet quòd quando ad ſunt illa uerba ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, tunc ſit pupillaris: quando autē ſunt illa uerba tantum, uidelicet ſi in pupillari ætate deceſſerit, tūc uult illam dici compendioſam. iſta enim non habent iuris saporē:
8 nam illa uerba, ſi hæres erit, † Non ſunt de eſſentia pupillaris ſubſtitutionis, patet quia etiam exhæredato fieri poterat pupillaris l. 1. §. ſubſtituere ff. de uulg. & pupill. & §. non ſolum inſtit. de pupil. ſubſtit. in quo non cadunt illa uerba, ſi hæres erit: ideo uerba ſubſtantialiter denotantia pupillarem ſubſtitutionem ſunt illa, uidelicet ſi in pupillari ætate deceſſerit, ut uidimus ſupra in materia pupillaris: ideo non eſt uerum, quòd ſignificent compendioſam. item
9 eſt aduertendum † Ad illud, quòd in diffinitione Bar. dicitur, ſub conditione mortis, uel alia. nam iſtud, quòd de alia conditione dicitur, poteſt intelligi, ut referatur tam ad perſonam eius, cui ſubſtituitur, quàm etiam ad perſonam ſubſtituti: ut ſi dicatur titium ſubſtituo, & quandocunque Romam iuerit, ei ſubſtituo Sempronium: uel in perſona ſubſtituti, ſi dicatur, titium hæredem inſtituo & quandocunque ſe ius conſul factus fuerit, ipſum ſubſtituo. eſt
10 tamen aduertendum † Ad unum, quia tunc non continebitur pupillaris: nam in primo exemplo, quandocunque Romam iuerit: ſi quidem iuerit ante aditam hæreditatem, non eſt difficultas ſubſtitutum admitti ex uulgari, cuius caſus extit: ſed ſi poſt aditam, infra tamen tempus pubertatis conditio purificetur, non poterit ſub
11 ſtitutus uirtute pupillaris admitti: † Tum quia non poteſt ille, qui non eſt miles, ad tempus hæredem directo iure ſibi facere l. hæreditas ex diu ff. de hæredib. inſtit, & §. hæres, inſtit. eo. tit. tum uerò quia pupillo adhuc uiuenti non poteſt dari hæres: uiuentis
12 enim nulla † eſt hęreditas l. 1. ff. de hæredit. uel actione uend. l. ne-

minem ff. de acquir. hęredit. & eſt caſus in l. 2. §. interdum ff. de
13 uulg.& pupill. † Ex pupillari autem ſubſtitutione pupillo, & in eius bonis ſucceditur, inſtit.de pupill.ſubſtit.in prin.& in l.ſed ſi plures §.ad ſubſtitutos,& in l.Centurio ff.eo.tit.per fideicommiſ-
14 ſariam uerò ſubſtitutionem † bene poterit ſubſtitutus admitti hoc caſu etiam ſi poſt pubertatem eueniat caſus.ut in l.filiusfamiliàs §. ut quis hæredem ff.de leg.1. in l. ex facto in prin. ff. ad Trebell.& in §. poteſt etiam, inſtit. de fideicom. hæredit. Sed uenient bona teſtatoris tantum, prout eſt natura fideicommiſſariæ ſubſtitutionis l.in fideicommiſſariam §.quotiens ff.ad Trebell.& in l. præcibus,in fi. C.de impub.ſecundum illum intellectum, quòd ſit fideicommiſſaria, & eſt tex.formalis in l. cohæredi §. cum filio, & ibi
15 not.ff.de uulg.& pupill.& alibi paſsim in iure. † Vnde poterit cõpendioſa ſub tali conditione facta continere uulgarem,& fideicõmiſſariam,pupillarem uero minime, per ſupradicta. Et hoc idẽ quoque erit,quando conditio eſt appoſita in perſona ſubſtituti,ut pariter non contineatur pupillaris, licet filio impuberi facta ſit per ſupradicta,& ita poteſt reperi Polit.quoq; conſideraſſe in ſuo tract.in 1.col.uer.circa quintum: licet hæc non ita explicet. & pu
16 to pariter quòd compendioſa † fieri poterit ſub conditione appoſita in perſona tertij,ut ſi dicatur titium inſtituo. & quandocunq; ſeius conſul factus fuerit, Sempronium ſubſtituo: hanc quoque non minus puto dici poſſe compendioſam: licet pupillaris ſub ea non cõtineatur,ut declaraui ſupra.ſimiliter etiam fieri poterit ſub conditione tali, uidelicet quandocunq; nauis ex Aſia uenerit, &c. quæ omnia uolui dixiſſe, non tantum gratia diffinitionis, quantũ quo dilucidius materia ipſa declaretur. ſed contra diffinitionem
16 Bart. inſtatur. † Quia non conuertitur cum ſuo diffinito: nam & Reciproca eſt ſubſtitutio, quæ ſub conditione mortis fit,& continet plures ſpecies ſubſtitutionum, & etiam plura tempora: nam ſi plures inſtituantur, & ſi eorum alteruter deceſſerit, inuicem ſubſtituantur, eſt ſubſtitutio ſub conditione mortis item plura tempora,& plures ſubſtitutiones continetur: quia ſi ante aditam hæreditatem unus decedat, habebit locum uulgaris: poſt uero aditam infra pubertatem pupillaris, poſt pubertatem fideicommiſſaria. ſed dici poteſt, quòd Reciproca pluribus tantum fieri poteſt,
17 † Compendioſa autem uni: ſed replicatur quòd immo etiam compendioſa pluribus fieri poteſt, ut ſi fortè plures ſint inſtituti, & eis quandocunque decedentibus ſubſtituatur titius. ſed iterum reſpondebis,quòd Reciproca pluribus tantum fieri poteſt.ita quòd

non uni: compendioſa uero & uni, & pluribus. iſtud ſufficit quo ad differentiam inter has duas ſubſtitutiones, ſed per hoc non ſaluatur diffinitio Bart. quin conueniat etiam Reciprocę ſubſtitutio-
18 ni, ideo non eſt bona. Vnde poſſet aliter ſic diffiniri, † Quòd compendioſa eſt ſubſtitutio apta ſub ſe plures continere ſubſtitutionum ſpecies propter uerbum habens tractum temporis in ea appoſitum uel aliter ſic dicas, quòd eſt ſubſtitutio ſub conditione mortis, uel alias plures continens ſubſtitutionum ſpecies propter uerba habentia tractum temporis etiam ultra pubertatem. & hæc ultima uerba apponuntur; ut ceſſet difficultas, de qua per Bal. in d. l. præcibus, quòd pupillaris poſsit dici compendioſa. licet ego aliter ſupra declarauerim: uenum ſuper iſtis ultra non inſiſto, ut ad utiliora deueniamus. Secundò igitur principaliter quæri-
19 tur, † unde dicta ſit, ſeu cur ita appelletur hæc ſubſtitutio? in quo non eſt difficultas: ideo enim ſic dicitur. quia ſub compẽdio, ideſt ſub breuitate uerborum plures poſſunt ſubſtitutiones in ea contineri: quando enim teſtatòr dicit, quandocunque deceſſerit, titiũ ſubſtituo, perinde eſt, ac ſi omnes iſtas ſubſtitutionum ſpecies expræſiſſet, uidelicet ſi priusquam adeat hereditatem deceſſerit, & ſic perinde ac ſi uulgarem expræſiſſet. uel ſi deceſſerit in pupillari ętate, & ſic ac ſi pupillarem expræſiſſet: uel ſi eſt furioſus, ſi antequam ſanus efficiatur, deceſſerit, & ſic ac ſi exemplarem: uel deniq; ſi poſt aditam hæreditatem, & poſt pubertatem ſanus mente deceſiſſet, ac ſi fideicommiſſariam expræſiſſet: immo & ſi à milite facta ſit etiam militaris directa inerit, ut in l. Centurio ff. de uulg. & pupill. adeo quòd ſub illo uerbo quandocũq; deceſſerit, omnes ſupradictæ ſubſtitutiones contineri ita poſſunt, ac ſi ſingulæ illæ fuiſſent nominatim expræſſe: ideo compendioſa fuit appellata. Et de iſto uerbo mentio habetur, in l. præcibus C. de impub. & alijs ſubſtit.
20 Tertiò quæritur, an ſit propria ſpecies ſubſtitutionis? † Et breuiter ego dicerem, prout dixi ſupra de Reciproca, uidelicet quòd quo admodum, & formam ſubſtituendi dicatur diuerſa, & ſeparata ab alijs: quia uerè iſte eſt diuerſus, & ſeparatus modus, ſeu diuerſa, & ſeparata forma ſubſtituendi ab illis: nam iſta non eſt forma uulgaris, nec pupillaris ſubſtitutionis, non etiam exemplaris, aut fideicommiſſariæ, neque etiam directæ militaris: ſed eſt modus ſubſtituendi ab illis omnibus diuerſus, & ſeparatus: licet uerũ ſit, quòd in unum ex illis neceſſario reſoluatur: quia iſte modus ſubſtituendi omnes illas ſubſtitutiones uno uerbo complectitur.
21 † Et ideo non recte ſenſit Bart. in d. l. Centurio, dum dixit quòd

regulariter

regulariter compendioſa non eſt ſpecies ſubſtitutionis diuerſa ab alijs, niſi quando fit à milite, quia tunc continet directam militarem. dico enim quòd non magis debet dici propria ſpecies ſubſtitutionis, quando eſt à milite facta, quàm quando ab alio:
22 † Quia licet tunc contineat directam militarem, tamen illa eſt una ex ſpeciebus ſubſtitutionum, ſicut & aliæ: & quæ proprijs ſuis uerbis, & ſub propria forma fit, ſicut ſingulæ aliæ, ut in l. miles ita in princ. & in l. quærebatur §. fi. & in l. neque enim §. pen. ff. de milit. teſtam. de qua diximus ſupra. quæ etiam per uiam compendioſæ fieri poteſt l. Centurio. ff. de uulg. & pupill. ſicuti etiam cæteræ ſpecies ſubſtitutionum poſſunt ſpecifice, ac nominatim fieri & etiam per uiam compendioſæ licet à pagano factæ. licet ergo hæc compendioſa propter uerborum generalitatem, & ob qualitatem perſonæ contineat iſtam ſpeciem ſubſtitutionis ultra illas, quæ continentur in Compendioſa à pagano facta, non propterea poteſt magis dici noua ſpecies, quàm illa: quia uerum ſemper eſt, illam ſemper reſolui in unam ex ſpeciebus aliarum ſubſtitutionum, & quæ
23 etiam alijs modis fiunt: Et ita etiam compendioſa, † Quando a pagano fit, non minus poſſet dici propria ſpecies, quàm iſta, ſi iſta ita dici poſſet: quia & illa plures ſpecies cōtinet, ſicut iſta: nec quicquam facit, quòd iſta contineat unam ſpeciem plus, quam illa,
24 † Scilicet directam militarem: nam plus, & minus non conſtituit certam, aut diuerſam ſpeciem l. fi. ff. de fundo inſtr. ultra quòd directa militaris eſt loco fideicommiſſariæ, & ſic nihil plus continet
25 reſpectu numeri ſubſtitutionum. † Concludo igitur, quòd compendioſa ſiue à milite, ſiue à pagano facta, eſt ſpecies ab alijs ſubſtitutionibus diuerſa & ſeparata quo ad modum & formam, prout ſuperius dixi: & ita ſimpliciter, & in abſtracto illam conſiderādo,
26 non autem prout applicatur ad caſum, qui extitit. † Forma enim eſt ab alijs diuerſa, quæ dat eſſe rei l. Iulianus §. ſi quis rem ff. ad
27 exib. item nomen eſt diuerſum ab alijs, † Ergo diuerſa res eſt l. ſi idem C. de Codicillis. item habet proprium ſuum nomen ab alijs ſubſtitutionibus diuerſum etiam ante quam exiſtat caſus illius ſubſtitutionis, in quam reſoluitur: ideo concludo eam abſolute eſſe potius diuerſam ſubſtitutionem appellandam. Et hęc etiam ad Reciprocam dici poſſunt. Quartò quæro quibus uerbis fiat ſub-
28 ſtitutio † Et breuiter dic, quòd uerba, quæ referuntur ad eum, cui ſubſtituitur, debent habere tractum temporis in futurum ſiue ad certum ſiue ad incertum tempus, ut quandocunque deceſſerit, quòd eſt indeterminatū, & incertum, uel ſi infra Vigeſimum quintum an-

tum annum, aut trigeſimum deceſſerit ut in l. præcibus C. de impub. & alijs ſubſtit. & in l. Centurio ff. de uulg. & pupill. † Item
29 etiam ſi dicatur, ſi ſine liberis deceſſerit : nam & iſta uerba uirtualiter habent tractum temporis in futurum. † Dubitari tamen hoc
30 caſu ſolet, an contineatur pupillaris in iſta compendioſa? licet pupillo facta ſit, quaſi quòd de ætate pupillari non cogitauerit, cum dixerit ſi ſine liberis deceſſerit : quia in illa ætate communiter nō ſuſcipiuntur filij : ideoq; teſtator uidetur ad puberem ætatem tantum ſe retuliſſe. ſed tamen propter uerborum generalitatem eam quoque contineri rectius exiſtimauerint : & hoc neceſſario probatur in d.l. Centurio in primo Reſponſo & etiam in c. ſi pater, de teſtam. in 6. in quibus iuribus probatur, per illa uerba, ſi ſine liberis deceſſerit, non impediri quo minus ſubſtitutio pupillaris contineatur. ut Bal. tradit in conſ. 18. uol. 2. & in conſ. 35. eo. uol. uerum tamen eſt quòd idem Bal. contrarium tenet in conſ. 355. & in conſ. 398. uol. 4. dicens hanc eſſe communem. & tradidit glo. in l. præcibus C. de impub. & alijs ſubſtit. unde ibi eſt uidendum & in l. Centurio. ff. de uulg. & pupill. & in §. qua ratione inſtit. eo. tit. 50. tamen ueriorem puto concluſionem, quam ſupra firmaui. prout ſic etiam concludit Bar. in d.l. Centurio col. 4. uer. quid ſi teſtator ſic ſubſtituit. uel etiam fieri poteſt quibuſcunque alijs uerbis æquipollentibus, & eandem uim, & poteſtatem habentibus, uidelicet ut uirtualiter plura tempora & conſequenter plures ſubſtitutiones actu, uel ſaltem habitu, & potentia ſint apta comprehendere : & hæc de uerbis, quæ ad illum, cui ſubſtitutio fit, referuntur.
31 uerba autem, quæ ſubſtitutum reſpiciunt. † Triplicis generis poſſunt in iſta ſubſtitutione conſiderari, & pariter etiam in alijs : quæ
32 dam enim ſunt uerba mere directa ut iſta hæredem inſtituo. † Hæres eſto. hæredem facio, & ſimilia. de quibus habetur in l. uerbis ciuilibus, ff. de uulg. & pupill. & in §. fi. inſtit. de pupill. ſubſtit. uerum tamen, eſt, quòd Bart. in d.l. Centurio, & Ioan. Andr. in c. ſi pater, de teſtam. in c. 1. iſtud primum membrum ſubdiſtinxerunt dicentes quædam ex his dici uerba directa ſimpliciter : quædam uero directa ciuilia. ſed iſta differentia uti nimium ſcabroſa, &
33 non ad mentem legis ab omnibus ferè reijcitur. † quędam inſuper ſunt uerba mere obliqua, ut iſta Rogo, uolo, mando fideicommitto, & ſimilia, de quibus habetur in §. fi. inſtit. de ſingul. reb. per fideicom. relict. & de utroque genere iſtorum uerborum ſimul habetur in l. filiusfamilias, §. ut quis hæredē ff. de leg. 1. & in l. ex facto
34 in prin. ff. ad Trebell. effectus autem, † Et differentia nu.n. ſubſtitutio

tutio fiat per uerba directa, uel per obliqua multiplices, & magni eſſe poſſunt. nam aliquibus caſibus ſi fiat uerbis directis non ualebit: ſi uero fiat uerbis obliquis ualebit, ut in l. uerbis ciuilibus ff. de uulg.& pupill.& in §. qua ratione inſtit.de pupill. & in d.l.filius familiàs §.ut quis hæredem ff. de leg. 1. & in d.l.ex facto,ad Trebell.& uidebimus infra in tractandis effectibus huius ſubſtitutionis. item qui uerbis directis eſt ſubſtitutus,propria auttoritate ad ſucceſsionem, & ad bona admittitur: qui uerò uerbis obliquis, & ſic iure fideicommiſsi, non admittitur, niſi mediante facto ipſius inſtituti, aut eius hæredis, qui hæreditatem reſtituat l. facta, & l.reſtituta ff. ad Trebell. & inſtit. de fideicommiſſar. hæredit.

35 † Quędam denique ſunt uerba,quæ communia appellantur, ut eſt uerbum ſubſtituo: quòd ſecundum Bart. & Doctores in d.l.Centurio,& alibi ſignificare poteſt & directam, & fideicommiſſariam ſubſtitutionem, per tex.in l. iam hoc iure ff. de uulg. & pupill. ibi

36 hoc communi uerbo, † Sed ego puto, quòd eiuſdem naturę dici debeat uerbum ſubſtituo, prout eſt uerbum inſtituo: neque uideo rationem, cur magis directum dici debeat iſtud, quàm illud; in hoc tantum differunt: quia uerbum inſtituo ad primum locum refertur: uerbum autem Subſtituo ad ſecundum,uel *tertium*, aut ulteriorem,ut eſt tex.in l. 1.in prin.ff.de uulg. & *pupill.* & *probatur* etiam inſtit. de uulg.in prin.ubi text. promiſcue utitur uerbo inſtituere, pro ſubſtituere. ſolum uis differentiæ conſiſtit circa priorem,uel ulteriorem locum, aut gradum. Verum tamen eſt

37 † Quòd utrunq; ex his duobus uerbis trahitur etiam ad fideicommiſſariam ſignificationem ſecundum terminos ſubiectæ materiæ, & prout ſubſtineatur uoluntas teſtatoris in caſu qui euenit. ut de uerbo inſtituo aut hæres eſto eſt tex. in ſupra allegata l. filius familiàs §. ut quis hæredem ff. de leg. 1. & in l. ex facto, in princ. ff. ad Trebell. de uerbo autem ſubſtituo eſt text. in l. Scæuola ff. eo.tit.ad Trebel. ubi ſubſtitutio in codicillis facta de rigore iuris eſt innutilis, tamen ex benignitate, ut ſubſtineatur uoluntas teſtatoris, trahitur ad fideicommiſſum, prout hoc idem dicitur de uerbo inſtituo in ſupradictis iuribus. Concludo igitur, quòd ita uerbum ſubſtituo eſt directum, ſicut uerbum inſtituo: & quòd ita uerbum inſtituo, & uerbum hæres eſto trahitur ex cauſa ad fideicommiſſum, ut ſubſtineatur uoluntas teſtatoris, quemadmodum uerbum ſubſtituo, ut in præallegatis iuribus manifeſtiſsime probatur: ita quòd in hoc nulla eſt inter hæc uerba differentia, quicquid dicant Doctores,differentia autem in eo tātum eſt, quia uerbum

bum inſtituo denotat primum locum directo, ſi fieri poteſt, ſin
38 autem iure fideicommiſsi † uerbum autem ſubſtituo ſecundum, aut poſteriorem locum parimodo. Et tex. in l. iam hoc iure, ibi hoc communi uerbo &c. uerè alium habet ſenſum, nempe, quòd eſt commune tam ad uulgarem quàm ad pupillarem, ut ibi manifeſto deprehēditur. Quæ nota, ſunt enim ex intentione legis, licet contra intentionem Doctorum. Nec obſtat ratio, quam allegat Bar. in l. Centurio in pen. col. quòd uerbum ſubſtituo eſt generalius, quàm ſit uerbum inſtituo; cum illud etiam ad legata referri poſsit: ut ibi per eum. Nam reſpondetur, quòd immo ita poteſt eſſe generale uerbum inſtituo in primo ordine, ſicut uerbum ſubſtituo in ſecundo ut dixi ſupra in præludijs circa diffinitionem ſubſtitutionis in genere & quemadmodum ſecūdus legatarius poteſt dici ſubſtitutus in legato, ita etiam primus poſſet dici inſtitutus, ad quod optime facit tex. in l. id tempus in fi. ff. de uſucap.

39 Quinto quæritur, quot † & quas ſubſtitutionum ſpecies contineat, de hoc iam ſatis diximus ſupra in ſecunda quæſtione: quia eſt apta continere in ſe omnes ſpecies ſubſtitutionum, ſi modo qualitates requiſitæ concurrant, ut uulgarem, pupillarem, exemplarem, directam militarem, item fideicommiſſariam: uerba enim illa quandocunque deceſſerit, uel ſi infra uigeſimum quintum annum deceſſerit, uel ſimilia tractum temporis in ſe ipſis habentia poſſunt ad omnes iſtas referri, ſi quidem earum caſus aduenerit.

40 Sexto quæritur † an ſupradictæ ſubſtitutiones, quæ in ea continentur, dicantur expræſſe, an uerò tacitæ. Bart. in d. l. Centurio, in 1. col. dicit, quòd dicuntur tacitæ ſpecialiter, expræſſe autem generaliter, & hoc idem eſt de illis, quæ continentur in Reciproca. Ego autem dico quòd tacitæ uerius, quàm expræſſe ſunt appellandæ: quia uerisſimum hoc eſt, quòd non eſt expræſſa forma uulgaris, aut pupillaris, prout etiam ſuperius declaraui ſupra in materia Reciprocæ, in octaua quæſtione: & Bart. ac alij omnes iſtud fatentur, & propterea nullus tex. aut glo. eſt quæ appellat ſubſtitutiones in iſtis contentas, expreſſas: ſed bene eas tacitas dicunt, ut gloſ. in uer. compendioſa in l. præcibus C. de impub. & alijs ſubſtit. immo tex. ibi hoc probat, in uer. ſi uero, ubi loquendo de pupillari ſubſtitutione dicit, ſi uerò ſubſtitutio facta reperiatur expræſſa, uel compendioſa &c. tex. ergo expræſſe probat, quòd pupillaris, quæ in compendioſa continetur, non eſt expræſſa, ſed immo eſt oppoſita expræſſę, ergo tacita, ad cognitionem enim unius ex contrarijs conſequitur cognitio alterius l. 1. ff.

uulg. in prin. & de pupill. §.fi.& iſtæ duæ ſufficiunt ad hoc ut com
pendioſa fiat, ideo dixi, quòd omnibus hæc ſubſtitutio fieri po-
45 teſt. Octauò quæritur † an ab omnibus pariter fierit poſſit, &
idem dico quòd in ſuperiori, quòd ab omnibus fieri poteſt: quia
uulgaris, & fideicommiſſaria, quæ ad hanc ſubſtitutionem ſuffi-
ciunt, ab omnibus promiſcue fieri poteſt: ideoque tam à matre,
quàm à patre, ac etiam ab alijs extraneis fieri poterit. Non tamen
continebit pupillarem, nec exemplarem, niſi quando ab illis pa-
rentibus fiet, quibus illas ſubſtitutiones facere eſt à lege permiſ-
ſum, ſecundum ea, quæ dixi ſupra in illis ſubſtitutionibus, & ha-
betur in l. 2. ff. de uulg. & pupill. & inſtit. de pupill. in prin. & in
l. humanitatis C. de impub. & alijs ſubſtit. pariter nec directa mi-
litaris in ea continebitur, niſi quando à milite fieret, ut in l. Cen-
turio ff. eo. tit. & in l. præcibus C. de impub. Nono quæritur,
46 qui ſint effectus compendioſę ſubſtitutionis? † Et quò dilucidius
materia iſta percipiatur diſtinctè procedendo primò uidebimus
47 de compendioſa à milite facta, deinde de facta à pagano † dicitur
autem paganus ille, qui non eſt miles, à pago ſic dictus: quia qui
non militabant in pagis, ſeu in agris degebant: de quibus facit
mentionem text. in l. 3. & in l. tractabatur ff. de milit. teſtam. &
§. illis autem temporibus inſtit. eo. tit. facit etiam tex. in l. fi. poſt
principium ibi uel enim eſt paganum, C. de inoff. teſtam. & in l.
48 1. C. de teſtam. milit. Militibus ergo † fuerunt multa in teſtando
priuilegia conceſſa, & inter cætera illud, ut poſſint etiam pube-
ri, poſtquàm adiuit hæreditatem, directo ſubſtituere, ut eſt tex.
in l. miles ita in primo reſponſo, & in l. milites etiam ijs, in l. in
fraudem §. pen. & in l. quærebatur §. fi. ff. de milit. teſtam. unde
quæritur cuius effectus erit ſubſtitutio compendioſa à milite fa-
49 cta. † Et quoniam diximus tria eſſe genera uerborum ſecundum
Doctores, quibus hæc ſubſtitutio, & aliæ etiam fieri poſſunt, lo-
quendo de illis uerbis, quæ ad ſubſtitutum referuntur, uidelicet
quædam mere directa, ut uerbum inſtituo, hæres eſto, & ſimilia.
Quædam mere obliqua, ut Rogo uolo, mando &c. Quædam
uerò communia, quæ ad utranque ſignificationẽ referri poſſunt,
ut eſt uerbum ſubſtituo,& alia: licet ego ſupra dixerim in hoc nul
lam eſſe differentiam inter uerbum inſtituo, hæredem facio, &
uerbum ſubſtituo: quia ita illud ſicut iſtud flectitur ad fideicom-
miſſariam ſubſtitutionem, de quo ſupra dixi. Sed ad propoſitum
50 redeundo. Decimo loco quæritur, cuius effectus ſit † compen-
dioſa ſubſtitutio à milite facta uerbis quidem directis. Et ſi qui-

dem contingat illum poſt aditam hæreditatem decedere, infra tamen pubertatem, effectum operabitur pupillaris ſubſtitutionis de iure communi, ut eſt tex. in l. Centurio, in primo reſponſo ff. de
51 uulg. & pupill. & ratio eſt, quia cum de iure communi † ualida eſſe poſsit ſubſtitutio, non eſt opus confugere ad priuilegium, niſi aliud appareat l. quanquàm, & l. in teſtamento C. de teſt. milit.
52 Et facit † quia remedium extraordinarium ceſſat, ubi ordinario locus eſſe poteſt l. in cauſæ cognitione in 2. in prin. ff. de minor
53 & l. in prouinciali ff. de oper. noui nunciat. † iſtud autem procedit, ſi quidem fiat hæc ſubſtitutio filio impuberi, & in poteſtate militis exiſtenti, tunc enim habere poterit locum pupillaris de iure communi: ſed ſi fieret filio impuberi emancipato, uel impuberi extraneo, tunc quia ſubſtitutio in pupillari de iure communi locus eſſe non poteſt, locus erit directæ militari: quia miles cenſetur in defectum iuris communis uti ſuo priuilegio uelle in teſtando l. miles, qui deſtinauerat ff. de milit. teſtam. & probatur in d. l. Centurio in ſecundo reſponſo, ubi quia non poterat poſt pubertatem ſubſtitutio illa iure communi ſubſiſtere, habet locum ius militare. & idem, quòd ſupra dicerem, ſi ille ante aditam hæreditatem decederet, quòd ſcilicet ceſſabit ſubſtitutio militaris, cum uulga-
54 ris de iure communi poſsit habere locum, per ſupradicta. † Si uerò poſt pubertatem, & aditam hæreditatem decederet, tunc ut dixi, habebit locum directa militaris, cum alia directa de iure communi locum habere non poſsit d. l. Centurio in ſecundo reſponſo
55 & d. l. miles, qui deſtinauerat. Et ex ſupradictis inferro, † quòd ſi furioſo extraneo, uel filio emancipato furioſo fecerat, tunc tam infra, quàm etiam poſt pubertatem ceſſaret directa militaris: cum ſemper directa de iure communi poſsit habere locum, uidelicet exemplaris, per ſupradicta, & per ea, quæ dixi ſupra in materia Reciprocæ in ſexta Quæſtione & effectus maximus eſſe poteſt,
56 † Nunquid ſubſtitutio ualeat ut pupillaris, an ut directa militaris: quia in primo caſu uenient omnia bona tam teſtatoris, quam etiã pupilli: ſecundo autem caſu uenient tantummodo bona ipſius militis teſtatoris: quæ una cum eorum fructibus tunc repertis ad ſubſtitutum pertinebunt: Cætera uero bona fillius inſtituti, cui eſt facta ſubſtitutio ad eius hæredes pertinebunt, ut hæc dicuntur in d. l. Centurio. Vndecimo quæritur, utrum illud, quòd dictum
56 eſt, † Compendioſam ſubſtitutionem à milite uerbis directis factam ualere poſt pubertatem iure directo, procedit indiſtinctè hoc eſt etiam quòd mater ipſius filij inſtituti, & cui eſt facta ſubſtitutio,

tutio,

tutio, adhuc priuatur, an uero eo caſu fauore matris ad fideicõmiſſum trahatur? occaſionem autem huic dubitationi præbuit tex. in l. præcibus in fi. C. de impub. & alijs ſubſtit. ubi in iſto caſu uidetur tex. ille uelle quòd compendioſa à milite facta, defuncto filio poſt pubertatem, ualeat iure fideicommiſsi: adeo quòd uidetur
58 † Ille tex. de directo pugnare cum tex. in d. l. Centurio. multa commiſcuntur gloſæ, & Doctores in utraque ex illis legibus pro eo-
59 rum concordia. Et primo quidem † glo. in d. l. præcibus in uer. fideicommiſsi effectú concludit, quòd compendioſa à milite filio impuberi uerbis directis facta, matre exiſtente in medio poſt pubertatem eius fauore obliquatur: quia ſatis eſt, quòd infra pubertatem potuiſſet ualere iure directo: licet ſi puberi fieret, in diſtincte, & ſic etiam matre exiſtente in medio, iure directo ualeret. & illud dicitur p tex. in d. l. præcibus, ubi fuerat facta ſubſtitutio cõpendioſa impuberi, ut in uer. ſi uero, & mater ſupererat, concluditur iure fideicommiſsi bona peti poſſe, ut ibi in fi. quãdo autem mater non eſt in medio, tunc ualet etiam poſt pubertatem iure directo, & ita loquitur, & procedit tex. in d. l. Centurio. & in l. milites etiam his, cum ſuis ſimilibus ff. de milit. teſt. & hoc modo in effectu limitatur priuilegium iſtud militibus conceſſum, propter fauorem matris eius, cui ſubſtituitur. Quæ tamen ſolutio, aut declaratio in iſta materia mihi nunquam placeat, & uſque dum interpretarer legem præcibus primum, ac mox legem Cẽturio, ab iſta declaratione ſemper receſsi: Et plerique alij Doctores ab illa recedunt: & potiſsimum hac ratione: quia dicunt, quòd nullus fauor matris hic debet eſſe in conſideratione: quoniam non tractatur nunc in iſta ſubſtitutione directa militaris poſt pubertatem de bonis ipſius filij, ſed de bonis patris tantum teſtantis: nam illa tantũ ueniunt in hac ſubſtitutione, ut eſt in d. l. Centurio, in ſecundo reſponſo, & facit tex. in l. cum filiusfamiliàs, & in l. milites etiam ijs ff. de milit. teſtam. adeo ꝙ potius tractatus dici poteſt, ꝙ tractetur de fauore uxoris, quàm de fauore matris, habendo reſpectum ad il-
61 lum, de cuius bonis agitur. Verum tamen eſt, † Quòd iſta ratio Doctorum non omnino ſatisfacit; quoniam negari non poteſt, quin tunc, quando extitit caſus ſubſtitutionis, quo tempore potiſsimum agitur de interpretatione ipſius ſubſtitutionis, iſta dicantur bona ipſius filij, ac illius patrimonium: nam licet tempore, quo teſtator fecit ſubſtitutionem, illa eſſent bona teſtatoris, & ita loquitur tex. in d. l. milites etiam ijs, & in l. cum filiusfamiliàs ff. de milit. teſt. & etiam l. Centurio, dum dicit patris dũtaxat bona &c.

uidelicet

uidelicet bona, quæ patris olim, hoc eſt tempore mortis illius fuerant:
62 † Tamen quia neceſſariò præſupponitur filium impuberem hæredem fuiſſe inſtitutum, eundemque hęreditatem adiuiſſe: deinde eum puberem iam factum deceſsiſſe: quibus omnibus ſucceſsiue ſubſecutis, non amplius iſta bona abſolute dici poſſunt teſtatoris: ſed immo per aditionem ipſius filij, & per apprehenſionem poſſeſsionis hæreditatis: in qua poſeſsione fortè etiam diu ſteterat, quando euenit caſus ſubſtitutionis; ſine dubio dici debent bona filij, non amplius patris. confuſum enim, & unicum factum eſt patrimonium l. ſed ſi plures §. filio ff. de uulg. & pupill. & l. paterfamiliàs uer. at ſubſtitus ff. de priuil. credit. facit tex. in l. fi. §. fi. C. de inoff. teſtamen. not. in l. 1. §. ueteres ff. de acquir. poſſe. ubi aliquando dixi. Latiſsime materiam hanc explicaui in l. qui Romæ §. duo fratres in primo notab. ff. de uerb. oblig. ideo, immo uerum eſt, hic tractari de ſucceſsione bonorum quæ filij iam diu facta erant.
63 † Nec quicquàm facit illud, quòd aliqui dicebant, quòd licet filius adiuiſſet, tamen ex quo erat grauatus reſtituere, aut ei fuerat datus ſubſtitutus, non poteſt dici hęreditas uerè ſua. quoniam licet pendeat conditionis incertum, nó minus propterea dicuntur bona illi quęſita, licet *adſit illa ſubſtitutio* in euentum quòd conditio purificabitur: prout in iſtis terminis loquitur tex. in d. l. ſed ſi plures §. filio ff. de uulg. & pupill. ubi fuerat filio datus ſubſtitutus, & tamen dicit hæreditatem iunctam eſſe. & idem in d. l. paterfamiliàs, uer. at cum ſubſtitutus ff. de priuil. credit. & ſic ratio Doctorum impugnantium hanc ſolut. gloſæ ad illa iura non eſt bona: quia immo militat fauor matris aliquo modo.
64 Alia tamen ratione † ego dico iſtam declarationem gloſæ non ſubſiſtere: quoniam nullibi in iure reperitur quòd tantus fauor matri debeatur, ut eius gratia ceſſet priuilegium militibus expræſſe a lege conceſſum ſimpliciter, & abſolute, directo ſcilicet poſt pubertatem ſubſtituendi: ego enim bene in iure reperio iſtud priuilegium militibus expræſſe ſimpliciter conceſſum d. l. milites etiam ijs, & l. miles ita cum ſimil. ff. de milit. teſt. & in l. Centurio ff. de uulg. & pupill. ſed non reperio e contra matri tantum deberi fauorem: aut aliud ei contra hoc fuiſſe conceſſum priuilegium, quòd illud militis infringeret: conſequenter quòd propter matris exiſtentiam poſsit miles tantummodo iure fideicommiſsi poſt pubertatem ſubſtituere. Neque credendum eſt, quòd ſi intentio legis fuiſſet militi ita demum iſtud priuilegium concedere, ſi modo mater non adſit, quòd illud ita ſimpliciter, prout fecit,

cit;conceſsiſſet. & non uerbum aliquod de matre feciſſet: Præſer
65 tim. † Cum iuriſconſulti procedant per modum tradendæ do-
ctrinæ,non autem ſecundum contingentiam caſuum, ut apparet
in d.l. Centurio,in d.l.miles ita,in l.milites etiam ijs, & in concor
dantibus ſupra allegatis: nec hoc probat tex.in d.l.præcibus:quia
nullum ibi fundamentum fit ſuper matris exiſtentia. Confirman
66 tur prædicta, † Quia uideo quòd lex nihil fauet matri in iſtis ſub-
ſtitutionibus etiam ordinarijs, & de iure communi introductis,
ut eius fauore obliquentur immo in totum mater excluditur, &
etiam à legitima debita in bonis proprijs filij, ut eſt tex. in. l. Papi-
nianus §. ſed nec impuberis ff. de immó inoffic. teſt. & in c. ſi pater,
67 de teſta. in 6. † Quinimmo plus,quia matri non fauetur in ſubſti-
tutione: expræſsis,& ſpecificis uerbis facta:ſed neque etiam in illa,
quæ non eſt expræſſa,ut illa,quæ in Reciproca continetur,& quæ
in Compendioſa,ut dixi ſupra in ſexta quæſtione. Et tamen ſi ul-
lo unquam caſu matri eſſet fauendum,,certè in caſu pupillaris hoc
eſſet: quia in illa agitur de bonis,quæ uerè, & propriè, ac ſemper
ſui filij fuere, ut inſtit.de pupill.ſubſtit.in prin.& in §.Non ſolum
& in l.ſed ſi plures §.ad ſubſtitutos ff.eo.tit.& nihilominus lex nul
lum matri in hoc impartitur fauorem:immo uerè eam expræſſe ex
cludit etiam à legitima d.l.Papinianus §. ſed nec impuberis. ff. de
inoffic. teſtam.& d. c. ſi pater, de teſtamen. in vj. & dixi ſupra in
materia pupillaris, in octaua quæſtione, in tertiò effectu, in uer.
item iſtud ampliatur.Ergo multo quidem minus erit in conſidera
ratione mater in directa militari expreſſe facta, quæ militibus in
eorum fauorem eſt à lege conceſſa propter illorum merita, quia
Remp.tuentur, ut illi latiorem habeant teſtandi facultatem,prout
dixi ſuperius in materia directæ militaris. Scio tamen aliquem
68 hoc loco † Eſſe dicturum,quòd iſtud arg.non concludit,quia for
tius operatur ius commune, quàm ius ſpetiale, l. eius militis
§. militia miſſus ff. de milit. teſtam. ideo licet quo ad pupillarem
non ſit in aliqua conſideratione matèr, quæ pupillaris eſt de iu-
re communi, & ſecundum illius regulas procedit, non ſic ideo di
cendum eſt, eſſe quò ad directam militarem,per Regulam prædi-
69 ctã. Sed reſpondeo primo † quòd illud procedit quo ad reſciſsio-
nem actus: quia uerum eſt, quòd facilius reſcinditur actus celebra
tus de iure ſpetiali, quàm celebratus de iure communi.& ratio po
teſt eſſe propter maiorem ſolennitatem,quę in illo interuenit. prę
70 terea dico eſſe ad illum text. aduertendum, in d. §. militia miſſus:
quia loquitur in teſtamento cõdito ab illo, qui non amplius miles
erat,ſed

erat,ſed à militia fuerat dimiſſus:non ſic autem in eo,qui miles adhuc erat: quia tunc eius uoluntas ad unguem ſeruatur, ut ibidem in ſecundo reſponſo dicitur: & talis etiam eſt caſus noſter. Præ-
71 terea uidemus † Quòd in priuilegijs militibus conceſsis non fuit etiam habita ratio aliqua; à lege filiorum ſuorum, ita ſanè ut nec quærelam intentare contra patris militis teſtamentum poſsint, ut eſt tex.in l.fi.C.de inoff.teſtam.& inſtit.de exhæredat.li. in §.pen. & in l.ſicut certi iuris C.de teſtam.mil.Præterea cur quæſo glo.& Doctores de matre tantummodo mentionem fecerunt? cur non etiam de fratre? qui cum matre ius habet, auten. defuncto C. ad Tertul.Item cur non de auo paterno? quem potiorem eſſe conſtat, præſertim attenta iuris municipalis diſpoſitione: & tamen is in nulla prorſus eſt conſideratione legis, quando pater miles facit directam militarem ſubſtitutionem, ut eſt caſus in l.cum filiusfamiliàs ff. de milit. teſtam. licet ſecus ſit quò ad tutelam, ut ibidem exprimitur. adeo ſane, quòd quando lex uult iſtorum parentum rationem aliquam habere etiam in diſpoſitionibus militum, id exprimunt; ut ibi quo ad tutelam: quo uerò ad hęreditatem miles, prout uult,diſponit etiam ad præiudicium totale patris: ergo multo quidem magis hoc poterit ad præiudicium uxoris. *licet illa* bona ſint poſthmodum futura filij. Si enim poteſt hoc facere ad excluſionem ſui patris à proprijs bonis, quanto magis ad præiudiciũ matris ſui filij,quo ad bona, quæ poſtmodum ſunt futura filij arg. tex.in l. Papinianus §.ſed nec impuberis ff.de inoffic.teſtam.in primò reſpon.& ſic remanet,quòd in d. l. cum filiusfamiliàs eſt caſus dilucidus pro iſta parte, quòd directa militaris non obliquetur propter matris exiſtentiam: aut quòd ei fauor aliquis à lege conceditur in hoc & denique quòd hæc declaratio glo. in d.l.precibus non ſit bona,confirmatur quia ipſa glo.admittit quando ſubſtitutio ſit puberi filiò, tunc indiſtincte & ſi etiam quòd mater ſit in medio ualeat iure directo: certè ſi fauor matris in hac materia attenderetur, ita eſſet obliquanda ſubſtitutio, quando facta eſt puberi, ſicut quando impuberi, cum ſemper eadem ratio militet, ergo idem ius,l.Atitio ff.de furt. l.3. §.1.in fi. ff. de iniuſto rupto nec ratio illa gloſæ quicquam facit, uidelicet quòd quando impuberi ſit,ſatis habet lex,quòd ſaltem infuſo pubertatẽ potuerit ſubſtitutio iure directo ualere. nam ſubſtitutio uno tantum caſu ualere,& effectum habere potuit,uidelicet quando caſus euenit: unde cum poſt pubertatem euenerit,caſus,ille attenditur, & conſideratur quicquid ante pubertatẽ euenire potuiſſet,patris enim ſunt,
uel quòd

uel quòd non potuerit fieri, uel quòd potuerit, eius tamen caſus non extiterit. ultra quòd in l. Centurio ſine dubio erat facta ſubſtitutio impuberi, & tamen dicitur eam iure directo poſt puberta tem ualere. & dicere illud eſſe, quia mater non aderat, adeo quòd ſecus eſſet, ſi adfuiſſet, non eſt credendum quòd iuriſconſultus ita ſimpliciter locutus fuiſſet, ſi procedere illam diſpoſitionem eo tãtum caſu uoluiſſet, quando mater non ſupereſſet.

72 Nec prædictis obſtat, † Si quis fortè adduceret text. in l. fi. C de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact in fi. ubi expræſſe attenditur fauor matris: nam ſubſtitutus ibi non admittitur, quãdo mater ſupereſt: quando autem non ſupereſt, tunc admittitur, ut ibi dicitur. Reſpondetur enim, quòd ille caſus eſt ualde à terminis caſus noſtri diuerſus: nam ibi tractabatur de extendenda ſubſtitutione in unum caſum facta, uidelicet, ſi poſthumus natus non fuiſſet ad alium, uidelicet ſi natus fuiſſet, & poſtmodum deceſiſſet: ibi dicitur propter exiſtentiam matris hoc fieri non poſſe, ſed quòd attendatur uoluntas teſtatoris, prout ipſe expræſsit: at in caſu noſtro cõtra uolumus, uidelicet quòd ſubſtitutio, quam expræſſe fec t teſtator miles uerbis directis propter exiſtentiam matris trahatur ad fideicommiſſum, ut ſic ſecus fiat, quàm diſpoſuerit teſtator. Præterea mater ibi non ſolum aderat, ſed etiam fuerat expræſſe dilecta, & honorata: quia pro parte fuerat inſtituta ab ipſo teſtatore: & ſuper hoc expræſſe uim facit ille tex. ut ibi ſi enim &c. de quo text. late diſerui ſupra in materia uulgaris ſubſtitutionis in ſeptima quæſtione. Præterea & tertio reſpondetur, quòd ibi nõ erat perſona, quæ reperiretur à iure ſpetialiter priuilegiata; prout in caſu iſto eſt miles, qui ſpetialiter in hoc à lege reperitur iam eſſe priuilegiatus: mater autem hoc caſu quicquid aliàs ſit, non reperitur contra priuilegiata, ita ut faciat ceſſare priuilegium militis iam illi expreſſe in hoc conceſſum.

73 Secundam igitur declarationem, † Seu ſol. tradebat ad illa iura Bar. in d. l. Centurio, uidelicet quòd in caſu d. l. Præcibus ſubſtitutio fuerat facta per uerbum commune, ut eſt uerbum ſubſtituo: ideoque facilius obliquatur fauore matris: ſed in l. Centurio fuerat facta ſubſtitutio per uerba directa. Quæ ſol. recte uidetur conuenire uerbis illius tex. quia dicit directo ſubſtituit, & ſic illo caſu loquitur. at quantum ad l. præcibus, res patitur difficultatem: & primo quia, ut ſupra dictum eſt, fauor matris non eſt in aliqua conſideratione hoc caſu. præterea præſuppoſito etiam pro uero, quòd ibi facta fuiſſet ſubſtitutio per uerbum commune, de quo

KK tamen

tamen nihil apparet ibi, ut infra dicam, non propterea uideo rationem, cur potius ſumenda ſit interpretatio, quòd ualeat iure fideicommiſsi, quàm iure directo, Sepposito fauore matris, qui, ut dictum fuit, non eſt in conſideratione: & præſuppoſito quòd potuerit etiam iure directo ualere, prout in milite ſine dubio præſup
74 ponendum eſt. † Nam pro regula hoc traditum eſt, ut uerba in potiori ſignificatione ſumantur l. 1. §. qui in perpetuum ff. ſi ager
75 ueſtig. uel emphit. pet. & in ſpetie † Quòd uerba ſubſtitutionis in directa potius, quam fideicommiſſaria ſignificatione ſint ſumēda, ſi modo perſonis conueniat, eſt tex. expræſſus in c. ſi pater, de teſtam. in vj.

76 Sed præterea dico, † quòd immo uerba illius tex. potius uidentur ſonare contrarium, uidelicet quòd directis uerbis fuerit facta ſubſtitutio, dum dicit, & ſecundum hęredem ſcripſiſſe: ſed pro ueritate loquendo concludo non poſſe ibi fieri uim, quibus nam uerbis fuerit facta ſubſtitutio: quia imperatori ibi nedum illud non conſtabat, ſed nec etiam ſibi notum erat quæ nam ſubſtitutiones factæ à teſtatore fuiſſent, ut in prin. illius tex. apertè apparet: unde illa ſunt potius uerba Imperatoris ſubſtantiam ſubſtitutionū, quæ fieri potuerit ponentes, non autem quibus uerbis *præciſe factæ* fuerint exprimentis: unde in effectu concludo ſuper hoc ibi uim fieri nullo modo poſſe. & eo maxime quia illa ſunt uerba narrati-
77 ua † Super quibus non ſe fundat, ad tradita in l. 1. C. quando nō peten. part. petent. accr. ubi aliquando dixi. tradit Bald. in conſi. 162. col. 3. uer. uideamus igitur uol. 2. Petr. de Anch. in conſi. 34. col. 1. in fi. & conſ. 127. col. 2. & conſ. 301. in prin. per not. per glo. & Doctores in c. ſi Papa, de priuil. in 6. multa ponit gram. Deciſ. 164. col. 5.

Pręterea poſito etiam quòd illud uerbum ſubſtituit, eſſet uerbum, quo fuiſſet uſus teſtator, & hoc exprēſſe appareret, tamen nihil adhuc eſſet: quoniam quando imperator ponit ibi illud uerbum, loquitur de pupillari: cum uero loquitur de compendioſa, ut in uer. ſi uero, tunc utitur uerbis ualde generalibus: nam dicit, eos habeat hæredes, quos pater ei conſtituit: ex quo apparet quòd Imperator ibi ignorabat quo uerbo fuiſſet facta ſubſtitutio: itē apparet quòd ipſe ibi non facit uim, an iſto, uel illo uerbo facta fuiſſet, neque in eo ſe fundat: nam alioquin illud dixiſſet, & diſtinxiſſet, prout circa caſus id facere eum uidemus.

78 Tertia declaratio colligitur ex his, † quæ dicit Bal. in d. l. præcibus, in decima opp. C. de impub. uidelicet quòd aut teſtator uſus

fuit

fuit uerbis directiſsimis, quæ ſecundum eum inflexibilia ſunt, ut quia dixit directo ſubſtituit: & tunc indiſtinctè non obliquatur ſubſtitutio ſed ſemper ualet iure directo: & ita ꝓcedat d. l. Cent. ff. de uulg. & pupil. aut fuit uſus uerbis ſimpliciter directis, ut hæres eſto hæredem facio, & ſimil. & tunc, ſi mater eſt in medio, eius fauore obliquatur ſubſtitutio: & ita procedit l. præcibus C. de impub. ut ibi per eum.

Sed nec iſta ſubſiſtit. quia primo in l. Centurio licet adſit illud uerbum directo ſubſtituit, non eſt propterea de mente iuriſconſulti, quòd aliud eſſe debeat, ſi illud non adeſſet: ſed loquitur ille text. quando teſtator miles directo ſubſtituit, quibus autem uerbis, nõ curatur, dum modo directis ſubſtituerit: illa enim non ſunt uerba teſtatoris præciſa, ſed ſunt uerba iuriſconſulti factum narrãtis: pręterea iſta uerborum diſtinctio non probatur iure ideo non eſt facienda uis ſuper iſtiuſmodi uerbis.

79 Aliam, & ſic † Quartam declarationem tradebat Bened. de plumb. in d. l. præcibus, uidelicet. quòd quando compendioſa eſt à milite facta ſimpliciter, nec reſtringit ſe ad certam ætatem, tunc ualet iure fideicommiſsi, & ita procedit tex. in d. l. præcibus. Quando autem eſt reſtricta ad certum tempus: puta uigintiquinque annorum, tunc ualet iure directo, & ita loquitur tex. in d. l. Centurio. quæ declaratio uidetur multum congrua uerbis utriuſque legis: nàm & l. præcibus loquitur quando ſubſtitutio compendioſa non fuit ad certum tempus reſtricta, ut in uerſi. ſi uero: & l. Centurio pariter expreſſe loquitur, quando ad certum tempus reſtricta fuerat, ut puta uſque ad uigeſimum quintum an-

80 num deceſſerit. † Sed nec iſta ſubſiſtit tanquam ratione cauens: quia priuilegium militibus conceſſum non eſt reſtrictum tantummodo ad illum caſum, quando ad certum tempus compendioſe ſubſtituit: immo uero, & ſimpliciter, ac ad tempus indeterminatum mortis ſubſtituere per directam militarem poteſt, caſus eſt in l. miles ita in primo reſponſo ff. de milit. teſt. Nec rurſus ex aduerſo reperitur adempta facultas compendioſe ſubſtituendi de iure communi ad certam ætatem: immo permiſſum reperire in iure curioſus quiſque poterit. Quemadmodum

81 idem in pupillari uidemus † quia licet illius tempus uſque ad pupillarem ætatem protendatur, & non ultra l. in pupillari, & l. uerbis ciuilibus ff. de uulg. & pupill. & in §. qua ratione in fi. & §. maſculo, inſtit. de pupill. tamen etiam infra illud tempus ad libitum pupillaris ſubſtitutio fieri poteſt, ut eſt tex. in l. ſi ita quis ſubſtitue-

rit, & in l. ex facto §. item quæro ff. de uulg. & pupill. Quintam
82 declarationem tradebat † Salic. in d. l. precibus, uidelicet quòd dum dicit iure fideicommiſsi illam ſubſtitutionem ualere, intelligatur ille tex. pro ut eſt de iure communi, non autem attento, aut conſiderato iure ſpetiali, ſeu militis priuilegio: prout etiam ſic in dubio præſumitur, niſi aliud appareat de uoluntate militis: aut neceſsitas aliud ſuadeat pro neceſsitate actus l. quanquam, & l. in teſtamento, in fi. C. de milit. teſtam. Ideo non eſt mirum, ſi dicitur illam ſubſtitutionem poſt pubertatem iure fideicommiſsi ua-
83 lere. Et dictio illa, ueluti † ſecundum iſtum intellectum, denotat ueritatem: prout ita in iure capi aliquando poteſt, ut ſi dicatur, peto hæreditatem Titij ueluti hæres ex teſtamento: prout etiam ita ſumitur in l. ſi is qui ducenta §. utrum ff. de Reb. dub. & in l. 3. C. de agric. & cenſit. lib. 11. & in c. conſtituit 17. quæſtione 4. tradit Alber. in diction. ſuo in uer. ueluti. Qui intellectus ultra prædicta confirmatur, quia tex. ille, cum de pupillari ſubſtitutione loquitur, requirit illum eſſe in poteſtate teſtatoris.
84 † Quòd minime eſſet neceſſarium, ſi de iure militari loqueretur ille tex. ut in l. miles ita §. exhæredato & in l. cum filiusfamilias ff. de milit. teſt. at in l. Centurio loquitur text. *præſupponendo q* iure militari ille teſtaretur. Quòd inde ſuadetur, quia tex. dicit directo ſubſtituit. Nõ enim aliter licet poſt pubertatem directò ſubſtituere, niſi ex priuilegio militis, ut eſt tex. in §. fi. inſtit. de pupill. ſubſt. unde iſta iura ſecundum iſtum intellectum non ſunt ad inuicem contraria, ſed diuerſa. Nec obſtat, ſi forte dicatur quòd ſi uerum eſt, illum non fuiſſe uſum iure militari in caſu legis precibus, ergo ſequitur quòd ſubſtitutio illa in totum expirat poſt pubertatem, & ſic quòd nec iure fideicommiſsi ualere poteſt, ſecundum communem opinionem, de cuius tamen ueritate nos inferius uidebimus. Nunc autem, attenta illa communi opinione pro uera, reſpondeo, quòd illud eſt uerum, quando facta eſt ſubſtitutio uerbis directis, ibi autem, cum aliud non appareat expræſſe quibus nam uerbis facta fuerit, dicam preſupponi debere, quòd uerbis habilibus, & conſequenter uerbis communibus fuerit facta, quo caſu ualet ſubſtitutio poſt pubertatẽ iure fideicommiſsi, ſecundum communem, & omnium opinionem, arg. l. qui teſtamento, in prin. ff. de teſtam.
85 †Sextam denique declarationem, ſeu intellectum ad illum text. in l. precibus, in fi. tradebat ſubtilis Fulg. ibi, quem etiam refert & ſequitur Raph. Cuman. in d. l. Centurio dicens ſe illum uiua uo-

ce

te audiuiſſe ab ipſo Fulg. & aliqui dicunt hunc intellectum fuiſſe Chriſtofori de Caſtilione, qui fuit præceptor utriuſque Raphaelis, & ſolet appellari ſubtilitatum princeps intellectus autem per iſtos traditus eſt talis, uidelicet quòd in d. l. præcibus idem ſit, quòd in d. l. Centurio, uidelicet quòd pariter ſubſtitutio & poſt pubertatem iure directo ualeat, ideoque non eſt opus dicere, ꝙ procedat ille tex. fauore militis: uel quia ſit uerbum commune, & non directum: aut quòd noluerit uti iure ſuo teſtator miles, ſed iure communi, &c.

86 Miles enim habet priuilegium † ſubſtituendi directo etiam poſt pubertatem d. l. miles ita, & l. milites etiam his ff. de milit. teſt. & d. l. Centurio: & ita etiam eſt in d. l. præcibus, uidelicet quòd ualet uiuo directæ militaris illa ſubſtitutio. Nec contrarium dicunt illa uerba in fine illius tex. poſita, quę huic difficultati occaſionem præbuere, uelut ex cauſa fideicommiſsi bona, quæ cum moreretur patris eius fuerunt, ante peti poſſunt. Nam iſta uerba non negant ſubſtitutionem illo caſu iure directo ualere: neque di
87 cunt, quòd iure fideicommiſsi ualeat ſubſtitutio † ſed utitur ſimilitudine fideicommiſsi: quam ſimilitudinem poteſt ſignificare uerbum illud *uelut*, ut tradit Alber. in dicto dictionario, in uer. uelu
88 ti † ſimile autem non eſt idem l. quòd nerua ff. depoſ. ſed immo di
89 uerſitatem arguit † quia res, quæ aſsimilatur ut ita dicam non poteſt eſſe eadem cum illa, cui aſsimilatur, arg. l. 2. ff. de ſtipulat. ſer. c. & . fi. de inſtit. ſenſus ergo illius text. eſt quòd adueniente caſu ſubſtitutionis poſt pubertatem, quoniam mater, quæ prin
90 cipi ſupplicauerat, ut in prin. tex. dicitur † uti filio ſuo ab inteſtato defuncto proximior ſucceſſerat in eius bonis, & hæreditate, cum omnia bona ſimul iuncta erant, & unicum tantum patrimo
91 nium factum, l. ſed ſi plures §. filio ff. de uulg. & pupill. † & ſubſtitutus per directam militarem in bonis teſtatoris tantum ſubſtituẽtis, non autem etiam in bonis, quæ erant ipſius filij, cui ſubſtitutio fit, ſuccedat, d. l. Centurio, in ſecundo reſponſo ff. de uulg. & pupill. & d. l. milites etiam his, & in l. cum filiusfamiliàs ff. de milit. teſt. ideo neceſſe eſt, ut ſubſtitutus petat iſta bona à matre, quę filio ſucceſſerat, ut dixi, ut ſeparentur à bonis proprijs ipſius filij, quæ non ueniunt in directam militarem: prout etiam quando petuntur bona ex cauſa fideicommiſsi, idem fit: nam & tunc ueniunt tantummodo bona teſtatoris, l. cohæredi §. cum filio ff. de uulg. & pupill. cum ſimil. & ſic iſtud fit ad exemplum, ſeu ad ſimilitudinem fideicommiſsi: non autem uult dicere tex. ille quòd

ſubſti-

ſubſtitutio eo caſu trahatur ad fideicommiſſum: neque ſic eſt intelligendus tex. cum alioquin reſultabit cõtrarietas cum illa l. Centurio, & cum alijs iuribus. At intelligendo, prout ſupradictum eſt, omnia recte procedunt, & nulla reſultat contrarietas, aut difficultas, ideo hæc interpraetatio ſumenda potius eſt uti rei. de qua agitur, aptior l. quotiens idem ſermo ff. de reg. iur. & uerbis tex. congruit: quia non dicit iure fideicommiſsi ſubſtitutioné ualere, ſed quòd illud fit eo modo, prout quando eſt fideicommiſſum, & ſic ad illius ſimilitudinem: quæ ſimilitudo circa hæc uerſatur, quia per directam militarem teſtatori, & in eius bonis tantum ſucceditur, d. l. Centurio, & d. l. milites & his, ſicut idem eſt per fideicommiſſum d. l. cohæredi §. cum filio ff. de uulg. &
92 pupill. Nec contra iſtum intellectum obſtat id, † quod dicebat Alex. in d. l. Centurio, uidelicet quòd ſi uerum eſſet illam ſubſtitutionem iure directo ualere, non eſſet opus ſubſtitutum à matre petere bona: quoniam à ſe ipſo capere poſſet, abſque alicuius reſtitutione facienda l. cũ hæredes ff. de acquir. poſſeſ. petitio auté, & ſubſequenter reſtitutio eſt neceſſaria, quando iure fideicommiſsi ualet l. facta & l. reſtituta ff. ad Trebell. Nam reſpondetur, quòd cum (ut dixi) apud matrem, quæ filio ut *illius proximior* ſucceſſerat, omnia bona ſimul commixta reperirentur, uidelicet quæ teſtatoris erant, & quæ filij, neceſſe fuit, ut ab ipſa tanquàm poſſeditrice, ut ita dicam, peterentur, & ſepararentur. Statim enim
93 cum mortuus eſt filius, † mater petit, ſe immitti in poſſeſsionem omnium bonorum, quæ per eius filium tempore mortis poſsidebantur: etiam quòd aliqua eſſent, quæ ad alios pertinerent, de quorum iuribus poſtea cognoſcitur, iuxta ea, quæ habentur in l. fi. C. de edicto diui Adr. tollen. qui immo & ſi quæ bona feudalia forent, quæ regulariter ad fœminas non ſolent pertinere tamen fœmina mittitur in poſſeſsionem omnium bonorum, & poſtea de iuribus eorum cognoſcitur, ut habetur Dec. conſi. 424. 465. 517. 588. Cur. Iun. conſi. 30. & conſ. 21. & 42. Afflict. Deciſi. 119. utrum diſpoſitio in fi. cum multis ſimil. & alterutram ex his duabus ſolutionibus ultimis ad illa iura puto eſſe tenendam. Hæc tamen ultima mihi præcæteris magis placet, tãquàm notabilior pro concordia illorum iurium, quæ pugnare inuicem uidentur concludo igitur compendioſam à milite uerbis directis factam indiſtincte poſt pubertatem poſſe iure directo ualere, hoc eſt ſiue mater ſit in medio, ſiue etiam non ſit.

94 Non omitto tamen † quòd aliqui totum contrarium dixerunt, uidelicet

delicet quòd immo huiuſmodi ſubſtitutio à milite etiam uerbis di rectis facta indiſtinctè ualet iure fideicommiſsi, hoc eſt nedum quando mater adeſt, ſed etiam ſi non ſupereſt. Et hoc dicunt probari per tex. in d. l. Centurio, quia ibi dicitur quòd tantum bona teſtatoris in illa ſubſtitutione ueniunt: quòd nihil aliud eſt dicere, niſi quòd iure fideicommiſsi tantum ualeat: quoniam ſi directo iure ualeret, utique omnia bona in ea cõprehenderentur. Egò uerò dico per illummet text. liquido redargui hanc opinionem; quia fuerat ibi ſubſtitutio directò facta, ut tex. expreſſe dicit: non autem quicquàm dicit, quòd trahatur ad fideicommiſſum: ultra quòd ſi intelligeremus ſubſtitutionem illam iure fideicommiſsi ibi ualere, nullum eſſet priuilegium militis: cum tamen tex. expræſſe dicat ex priuilegio illud procedere. Nec dicatur, quòd immo in hoc ſaltem erit priuilegium, quia compendioſa uerbis directis facta poſt pubertatem ſuſtinebitur iure fideicommiſsi: cum aliàs de iure communi eſſet funditur nulla, ſecundum communem opinio
95 nem. Nam priuilegium militis eſſet parui momenti † immo in hoc uerſatur priuilegium militum, ut poſsint etiam poſt pubertatem directo ſubſtituere: non autem quòd poſsint per fideicommiſſum ut in l. miles ita, in prin. & in l. in fraudem §. pen. ff. de milit. teſt.
96 & in d. l. Centurio cum ſimil. Nec aliquid obſtat † quòd in illo tex. dicitur bona militis tantum in ſubſtitutione illa uenire, prout etiam in fideicommiſſaria ſubſtitutione l. cohæredi §. cum filio ff. de uulg. & pupill. quoniam reſpondetur, quòd priuilegium militibus in hoc conceſſum ita fuit à lege qualificatum, ut miles poſſit directo ſubſtituere in ſuis tamen bonis tantum, ut eſt caſus in d. l. milites etiam his, & probatur etiam in d. l. miles ita, in prin. & in l. quęrebatur §. fi. ff. de milit. teſt. quę omnia iura oporteret intelligere iure fideicommiſsi, ſecundum illam opinionem: quæ ex illis iuribus, & ex illa l. Centurio apparet falſa, ſicut Iudas Scarioth.

97 Duodecimo quæritur, quid autem † ſi hæc ſubſtituo à Milite fieret uerbis communibus quale eſt uerbum ſubſtituo: quòd ſecundum Doctóres eſt commune: licet ego contra dixerim ſupra uel per aliud ſimile uerbum commune, de quibus per Bart. & alios in d. l. Centurio ff. de uulg. & pupill.

Et certe etiam in caſu iſto putarem, cum miles habeat priuilegiũ directò ſubſtituendi, illam fore potius uti directa interpretandã, quàm fideicommiſſariam, per tex. expræſſum in c. ſi pater, de teſtam. in 6. & iſtud indiſtinctè pariter teneo, uidelicet etiam quòd

mate

mater ſit ſuperſtes: quia ut ſupra dixi, fauor matris hic non fuit in aliqua conſideratione legis.

98 Nec huic concluſioni obſtat, † Quòd dicitur militem in dubio cenſeri uti potius iure communi, quàm priuilegio in teſtando l. in teſtamento, & l. quanquam. C. de teſtam. milit. unde cum uerbum illud de iure communi ſignificet fideicommiſſariam ſubſtitutionem: directam uerò non poſsit ſignificare hoc caſu, niſi ex iure militari: merito eſt interpretatio facienda ut iure fideicommiſsi ualeat ſubſtitutio prædicta in dubio. nam ad iſtud reſpondebat Polit. in ſuo tract. in ſeptima col. uer. quarta concluſio, negando aſſumptum, uidelicet quòd miles in dubio cenſeatur uti iure communi, immo uero contrarium ipſe dicit per tex. in l. ſi miles, qui deſtinauerat ff. de milit. teſtm. nam cum iſta ſubſtitutio de iure communi directa eſſe non poſsit, dicēdum eſt, militem ſuo iure uti uoluiſſe, per illum tex. de qua tamen re latius infra uidebimus.

99 † Si uerò compendioſa à milite per uerba obliqua fiat, tunc indi-
100 ſtincte ualet iure fideicommiſsi l. Cohæredi §. † Cum filio ff. de uulg. & pupill. quoniam uerba illa fideicommiſſariam tantum ſubſtitutionem ſignificant. ut eſt tex. in §. fi. inſtit. de ſingul. reb. per fideicom. relictis.

101 Decimo tertio quæritur, † An priuilegium militibus conceſſum, ut poſsint etiam poſt pubertatem ſubſtituere, locum habeat tantum modo, quando fit teſtamentum per militem dum eſt in caſtris, & In expeditione, an uero etiam habeat locum, ſi extra caſtra puta domi, uel alibi teſtetur in ſtatione adhuc tamen miles. punctus eſt ſatis dubius, quia ſunt nonnulla iura, quæ hinc inde ponderari poſſunt. Igitur quòd non competat iſtud priuilegium, niſi quando eſt in expeditione occupatus miles, eſt tex. in l. pen. C. de teſtam. milit. ubi iſtud uidetur in ſpetie expræſſum, & deciſum, dum in fi. dicitur, his tantum militibus, qui in expeditione occupati ſunt, beneficium circa ultimas uoluntates condendas indulgetur.

Secundo expræſsior adhuc caſus uidetur inſtit. eo. tit. de milit. teſtam. in prin. & §. 1. ubi expræſſe dicitur, illud priuilegium militibus tunc tantum competere, quando in expeditionibus ſunt occupati: illis autem temporibus, quibus citra expeditionum neceſſitatem in alijs locis, uel in ſuis ædibus degunt, minime ſibi iſtud priuilegium in teſtando uendicent: poſsint tamen teſtari, licet filijfamiliàs ſint, ſed iure quidem communi, ac ſeruatis debitis ſolennitatibus, quæ in teſtamentis paganorum neceſſariæ ſunt,

ut in præcedenti titolo, de teſtam. dictum fuerat.

Tertio hoc idem dicitur in §.ſed hactenus, illomet tit. ubi priuilegia militum in teſtando conceſſa hactenus eis competunt, quatenus militant, & in caſtris degunt: ſed ſi extra caſtra, adhuc tamen militantes, faciant teſtamentum communi omnium ciuium Romanorum iure teſtentur.

Quarto probatur in §.pen. inſtit. de exhæredat. liber. ubi priuilegium, quod militi competit, ut filius præteritus, qui pro exhæredato habetur, non poſsit quærelam proponere, habet locum, quando miles in expeditione occupatus teſtamentum faciebat.

Quinto etiam facit text. in l. 1. in fi. C. de teſtam. milit.

Sexto probatur in l. fi. §. in his itaque C. de inoff. teſtam. ubi militibus in expeditione occupatis iure ſuo, hoc eſt militari conceſſum eſt teſtari, ueteranis uero iure communi militibus ergo in expeditione occupatis tantum hæc priuilegia conceduntur.

Pro contraria autem parte quòd immo militibus etiam extra caſtra teſtantibus priuilegium iſtud competat, primo allegatur tex. in l. Centurio ff. de uulg. & pupill. in ſui generalitate: quia cum ſimpliciter, & abſolute dicat ſubſtitutionem ſic à Centurione factam iure directo poſt pubertatem ualere, eſſet ualde magna reſtrictio iſta, ſi uellemus intelligere illud procedere tantummodo, quando erat in caſtris: neque credendum eſt, quòd iuriſconſultus ita ſimpliciter fuiſſet locutus, ſi illo caſu tantum procedere ſuam deciſionem uoluiſſet, uidelicet quando in Caſtris, ſeu in expeditione facta fuerit illa ſubſtitutio. nam facile ei erat hoc exprimere, arg. l. 1. §. ſinautem ad deficientis C. de cad. tollen. l. 3. §. & generali ff. de leg. pręſtan. cum ſimil.

Et hoc eodem modo loquuntur etiam alia iura de iſto priuilegio loquentia, ut tex. in l. quærebatur §. fi. & in l. miles ita, in prin. ff. de milit. teſtam, & in l. milites etiam ijs, in l. cum filiusfamiliàs. in l. in fraudem §. pen. eo. tit. iſti enim iuriſconſulti non ita ſimpliciter fuiſſent locuti, ſi eo caſu tantum priuilegium iſtud competere uoluiſſent, quando in caſtris, aut in expeditione erant: & aliquis ſaltem eorum hoc declarauiſſet: ideoque, cum ipſi non reſtrinxerint, nec nos reſtringere debemus l. 3. §. generaliter ff. de leg. preſt. & l. de prætio ff. de public. in rem actione cum ſuis ſimil.

Præterea neceſſariò iſtud probatur in l. ex militari ff. eo. tit. ubi militi delicto militari dannato licet de bonis ſuis teſtari iure quidẽ militari, & tamen non poſſumus dicere, quòd in caſtris, aut in expe

ditione tun eſſet,quia lata contra eum prius fuerat ſententia capitalis.

Denique dico de hoc eſſe caſum expreſſum in l.ex eo tempore, illomet tit.ubi ex eo tempore primum, quo quis in numero militũ redactus eſt, incipit militari iure poſſe teſtari: non ergo requirit ibi, quòd ſit in expeditione occupatus, adhoc ut militari iure teſtamentum miles condere poſsit: ſed ſufficit, quòd uel in numero militum deſcriptus ſit.

Et ſi quidem per prædicta uolumus hanc partem tenere, uidelicet, quòd priuilegium, de quo in l. Centurio ff. de uulg. & pupill. & in l.quærebatur §.fi.in l.miles ita, in prin. & in l. milites etiam ijs ff. de milit teſtam. cum alijs ſimil. ſubſtituendi ſcilicet directo poſt pubertatem competat etiam militibus extra caſtra teſtantibus: quæ quidem opinio mihi magis ex mente iuris eſſe uidetur, quàm ſit præcedens, poſſumus his, quæ ſupra in contrarium adducta fuerunt, ſic reſpondere.

102 Sed prius pro clariori intelligentia iſtius materiæ † & pro ueriori reſolutione animaduertendum eſt, quòd priuilegia militibus in teſtando conceſſa ſunt multiplicis generis: ac ex uarijs cauſis, & rationibus eis conceſſa: nam quandoque ob illorum probabilem ſimplicitatem, & ignorationem earum, ſolennitatum, quę circa teſtamenta condenda ius commune diſponit, cum illis lex diſpenſauit in multis, ut dicitur in l.1.ff.de milit.teſtam.in l.1.C.de iuris & facti ignor.in l.fi.in prin. C. de iure deliber. in l. quanquam C. de teſtam.milit.& inſtit.eo.tit.in prin.

Quandoque uerò ob neceſsitatem conflictus, belli, in quo milites ipſi aliquando reperiuntur, cum illis diſpenſatur propter defectũ poſsibilitatis adhibendi ſolennitates neceſſarias de iure communi, ut in l. milites C.de teſtam.milit.item etiam propter periculũ, quod tunc ſubeunt, non ſolum militibus, ſed etiam alijs, qui in expeditione ob cauſam publicam ſunt, & quandiu ibi ſunt, priuilegium huiuſmodi conceditur, licet non ſint milites: extra aũt expeditionem illis conſtitutis non concederetur, ut eſt tex. in l.1.ff. de bonor. poſſeſ.eo. teſtam.milit.

Quædam denique priuilegia militibus conceduntur ſimpliciter ob illorum dignitatem, & propter utilitatẽ, quã in communi afferunt remp.tuẽdo: & inter cætera iſtud ut poſsint directo etiã pőſt pubertatem ſubſtituere, de quo priuilegio loquitur d. l. Centurio & d.l.miles ita, & l.milites etiam ijs cum concordantibus ff. de milit.teſtam.quod pagani facere minime poſſunt §.fi.inſtit.de pupil.

Et

103 Et ex prædictis ueritas; † Et reſolutio huius difficultatis manifeſtam, ſe ipſam oſtendit. uerum enim eſt, quòd priuilegium illud militibus in teſtando conceſſum ob neceſsitatem conflictus, quia ibi deeſt facultas cõuocandi numerũ teſtium, & ac adhibẽdi cæteras ſolennitates neceſſarias de iure communi, ideo lex illis conceſſit, ut quoquomodo uellint, & quoquomodo poſsint, teſtentur, etiam ſi in puluere aut in clypeo ſanguine ſcripſerint, ut dicitur in d.l. milites C. de teſtam. milit. competit tantummodo, dum ipſi
104 ſunt in expeditione occupati. † Illa uero priuilegia, quæ ob eorũ ſimplicitatem, ſeu ob utilitatem, quam in cõmuni afferunt Remp. tuendo, competant ipſis etiam extra caſtra exiſtentibus: quia ſemper eadem ratio militat, ſiue ſint in caſtris, ſiue extra caſtra, quando teſtantur, dummodo milites ſint. unde cum in propoſito priuilegium directo ſubſtituendi non ſit de illis, quæ ob neceſsitatem conflictus conceſſa ſunt, ſed potius ob præeminentiam militaris diſciplinæ, cui fauendo lex uoluit hoc tribuere, quod alijs eſt denegatum, ut ſic magis & facilius inuitarentur homines ad capeſcenda arma, & ſubeũda pericula ad defenſionem reipublicę, ſequitur, quòd etiam ſi extra caſtra teſtatur, dummodo miles ſit, iſtud priuilegium ſibi competit: prout hoc idem expræſſe dicitur in alio ſimili priuilegio militibus conceſſo, ut poſsint teſtari, licet filijfamilias ſint: item quòd illorum teſtamenta non ſubiaceant quærelæ inofficioſi: l. de inofficioſo & l. teſtamentum & l. fi. in prin. C. de inoff. teſtam. & l. inſtituta §. de inofficioſo ff. eo. tit. item ut capite damnatus poſsit militari iure teſtari l. ex militari in prin. ff. de milit. teſtam. qui tex. neceſſario probat militi etiam extra expeditionem competere iſtius modi priuilegia licet non ſic in illis, de quibus in l. milites C. eo. cum ſimi. iſta ob pręeminentiam militũ ſunt à lege eis conceſſa, ideo ubicunque reperiantur milites quando teſtantur, & ſic etiam extra caſtra, eis competunt, ut eſt tex. in §. illis autem temporibus inſtit. de milit. teſtam. ubi licet illud priuilegiũ ut quoquomodo uellint, & poſsint, teſtentur, non competat illis extra caſtra ac expeditionem teſtantibus, tamen ſecus in alio ſupradicto priuilegio, quia illud eis competit etiam extra caſtra in ſuis ædibus exiſtentibus, & idem quoque eſt de priuilegio illo, ut pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedat ut in l. ſi duobus ff. de milit. teſtam. & in l. 2. C. eo. tit. nec dicatur quòd licet militibus filijsfamiliàs teſtari concedatur, tamen communi iure, & ſecundum obſeruationem quæ in paganorum teſtamentis eſt neceſſaria §. 1. inſtit. de teſtam. milit. prout idem etiam dicitur in l. fi. C.

de inoff.teſtam.& in §.hactenus inſtit.eo.tit.de milit. teſtam. nam
105 illa iura ſunt intelligenda † reſpectu ſolennis numeri ſeptem teſtium, ſignaculorum,& aliorum requiſitorum in tit.pręced. de teſtam.ordin.& in l.iubemus,& in l.hac conſultiſsima C.eo.tit.non tamen loquitur de facultate directo ſubſtituēdi, prout nec de querela,inoſſicioſi,quæ pariter in eius militis teſtamento ceſſat,qui extra caſtra domi teſtatur l.fin.in prin. C. de inoff. teſtam.cum alijs ſupra allegatis.

Et ex his etiam reſultāt reſponſiones ad alia iura ſupra pro contraria opinione adducta: nam tex. in d.l. pen. C. de teſtam.milit.loquitur de illo priuilegio, ut quoquo uelit, & quoquomodo poſsit teſtatur,ut ibi eſt expreſſum: & illud quidem ego fateor, competere illis tantummodo militibus, qui in expeditione conſtituti teſtantur,ut etiam eſt in d.l.milites C. eo.tit. Sicque etiam loquitur tex.inſtit.eo.tit.in prin.& idem etiam dici poteſt de priuilegio illo ut præteritio filij habeatur pro exhæredatione,quòd militi competat tantummodo quando in expeditione ſunt, ut dicit tex. in §.
106 pen.inſtit.de exhæredat.liber. † Et ratio poteſt eſſe, quia quando extra caſtra & expeditionem teſtatur, tunc poteſt conſultere peritiores, & formaliter exhæredationem conſcribere. uel dic quòd licet tex.ille in d.§.pen. loquatur de milite in expeditione teſtante tamen idem quoque ſit,etiam ſi extra teſtetur, ut probatur in l. ſicut certi iuris,& in l.ſeq.C.de teſtam.milit.in eorum generalitate nec contrarium dicit tex.in d.§. pen. licet loquitur de exiſtente in expeditione.

107 † At priuilegium directo ſubſtituendi poſt pubertatem fuit militibus conceſſum & per quandam illorum præheminentiam, quæ ſemper,& ubique militibus debetur.

108 † Non obſtat tex. in l.1.in fi.C.de illomet tit.ubi tex.ſe reſtringit ad milites in expeditione occupatos. nam loquitur,ut ſupra de illa uoluntate rudi & nuda ab omni ſolennitate, quam fateor pro iure ſeruari illo tantum caſu,quando eſt in expeditione occupatus quod oſtenditur neceſſario:quia ibi uult tex.quòd ad illum hæredem,qui fuerat in bonis paganicis inſtitutus,pertineant etiam caſtrenſia,quando talis fuit teſtatoris uoluntas:iſtud autem nullū eſt priuilegium militis ſi præſupponimus in ſolenni diſpoſitione de hoc uoluntate conſtare: cum non ſolum miles in expeditione occupatus,ſed etiam quilibet paganus poſſet hoc facere. & ſecundū regulas iuris iſtud procedit l.1.§. ſi ex fundo ff. de hęredib. inſtit. & in §.uideamus inſtit. eo.tit. & in l. interdum §.paterfamiliàs ff. eo.ideo

cto. ideo illa ratio non bene conueniret: & propterea eſt intelligendus ille tex. de uoluntate nuda ab omni ſollennitate, & tunc recte conuenit illa ratio: nam uoluntas militis in expeditione occupati pro iure ſeruatur. Illud autem priuilegium, † ut miles poſsit
109 pro parte bonorum ſuorum teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere: procedit, nedum quando eſt in expeditione ſed ſimpliciter militi eſt permiſſum, ut eſt tex. in l. ſi duobus ff. de milit. teſtam. qui tex. nullo modo patitur reſtrictionem hanc ut in milite in expeditione occupato tantum procedat, & idem probatur in l. 2. C. de milit. teſtam. quæ iura loquuntur reſpectu bonorum: idem autem eſt etiam reſpectu temporis, ut in l. miles ita in prin. ff. eo. tit.

110 † Non obſtat ultimo loco tex. in l. fi. §. in his, in uer. quia militibus. C. de inoff. teſtam. ubi militibus extra expeditionem teſtantibus iure communi licet teſtari, licet filijfamiliàs ſint. Nam ille tex. eſt intelligendus reſpectu ſolennitatum in teſtamento adhibendarum de iure communi & numeri teſtium, & aliarum: & ſic reſpectu priuilegij, & quoquomodo uelit, & poſsit, teſtetur: quia uerum eſt illud in expeditione occupatis tātum concedi d. l. milites C. de milit. teſt. & inſtit. eo. tit. in prin. non autem reſpectu cæterorum priuilegiorum, quæ ſine dubio illis etiam extra caſtra teſtantibus cōceduntur, ut eſt tex. in §. illis aūt temporibus inſtit. illomet tit. & in l. ſi duobus ff. & in l. 2. C. eo. tit. ut ſupra dixi, Et idem quoque de iſto, ut poſsit directo ſubſtituere, etiam poſt pubertatem, ut in d. l. Centurio ff. de uulg. & pupill. in l. miles ita in prin. in l. milites etiam de his & in l. fraudem §. pen. in l. quærebatur §. fin. ff. de milit.
111 teſtam. & ita puto materiam iſtam eſſe declarandam. † Et ſi cupis uidere complura, in quibus cum militi fuit per legem diſpenſatum, circa facultatem teſtandi, uide per Bartol. in l. neque enim ff. de milit. teſtam. & per Bald. in l. milites C. eo. tit. & facit etiam ad prædicta, quòd tradit Lancel. Galiaula in l. Centurio in 7. col. in uerſi. quædam ſunt priuilegia, quæ reſpiciunt perſonam ff. de uulg. & pupill. ubi hanc eandem opinionē tenet. Decimoquartò quæritur an militibus noſtri temporis hu-
112 iuſmodi priuilegia competant: † & mihi in hoc placet opinio Doctorum, uidelicet quòd iſti milites, qui ſic nomine tāntum appellantur, & ſunt milites, & qui aurata acclata cauda incedunt gloriabundi, & faſtu tumidi minimè habeant huiuſmodi priuilegia militiæ. Illi uerò milites, qui armis uerè incunbunt, & qui parati ſunt Remp. tutari, & in effectu tutantur, cum expedit, & quo-

tiens

tiens res ipſa poſtulat: & mortem etiam pro illa oppetere non re-
113 cuſant, militaria priuilegia merentur. † Et licet hodie non ſint amplius in uſu illæ ſolemnitates, quæ olim in creandis militibus ſeruari conſueuerant, ut habetur in l. pen. ff. ex quib. cauſis maior. & in auten. de mand. prin. in fi. in uer. ſi quidem, & inſtit. de milit. teſtam. in rub. Nam illæ ſolemnitates ab aula hodie receſſerunt, non ideo tamen minus milites ſunt, nec minus propterea priuilegia eis competere poſſunt: quia alia ſolemnitas in illius antiquæ locum ſeruatur: item quia non ideo priuilegia militaria concedebantur, quia ſolemnitates illæ ſeruarentur in creandis militibus, ſed quia Remp. & principem ſeruare, ac uitæ diſcrimen ea de cauſa ſubire parati ſunt, ut dicitur in l. 1. ff. de milit. teſt. facit l. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. ex teſtam. milit. qui effectus etiam hodie in mi-
114 lite conſiderari poſſet: & ideo licet forma illa ſit mutata † aut etiã in totum ſublata, non propterea eſt dicendum priuilegia quoque eſſe ſublata: ſi modo idem effectus permanet, arg. l. 1. C. de Formul. ſublatis optimus tex. in l. Actio ff. de neg. geſt. tradit Cyn. & poſt eum Salicet. in l. 1. in ſexta quæſtione C. de iur. & facti Ignor. facit etiam in arg. tex. in l. ordo ff. de public. iud. & idem in iſtius modi militibus concludit Alex. in d. l. Centurio *in 4. col.* uer. hoc tamen fallit ff. de uulg. & pupill. & *Paul.* Caſtren. *in l.* Scriniarios in fi. C. de teſtam. milit. Rom. in conſi. 43. in quarto quæſito.

115 Et propterea inferri ex hoc poſſet, † quòd neque torquendi ſint tales milites, iuxta tex. in l. milites C. de quęſtio. & ibi Bart. not. Plus etiam dicit Salic. in d. l. 1. in quinta quæſtione C. de iuris & facti ignor. quòd iſtud priuilegium hodie competit etiam militibus illis, qui ad pompam, & ad ciuitatis ornatum creantur: quia illud ratione dignitatis, & nobilitatis conceditur. Pariter nec conueniri ultra quàm facere poſſunt, l. miles, in prin. ff. de re Iud. & nec etiam carcerari poterunt, ut tradit Bal. in l. 1. in fi. C. qui bon. cedere poſſ. ubi dicit quòd licet milites hodierni temporis non habeant antiquam creationis obſeruantiam, habnet tamen nouã, quæ in illius ueteris locum ſucceſsit C. translato de conſtit. quòd dictum eſt magni momenti: & licet uſus contrarium fortè ſeruet,
116 tamen de iure hæc eſt ueritas. † Immo talis uſus, & conſuetudo contraria non ualet, ut eſt text. in l. omnes Iudices C. de decur. lib. 10. & ibi Bart. Not. Roman. in ſingul. 488. & Claud. Aquen.
117 in d. l. Centurio, col. 2. ff. de uulg. & pupill. † Iſtudque extenditur etiam ad Doctores, præſertim actu legentes: aut aduocatis,

ſeu

ſeu aliter illuſtriores prout ſunt conſiliarij Principū: ad ꝙ uide pulchre per Thom. Grammat. uoto 1. uerum tamen eſt, quòd idem met Grammat. uoto 25. dicit, quòd illa conſuetudo contraria, quam Bart. & alij ſupra allegati dicunt non ualere, ſeruatur: & ego proximis diebus contrarium uidi ſeruari, in Doctore tamen nihil exercente: unde in Doctoribus ſupradictæ conditionis, & qualitatis non putarem conſuetudinem illam ſeruari: præſertim quando non eſſemus in atrocioribus, puta in crimine leſæ maieſtatis, & ſimil. ad propoſitum ergo redeundo. Nec milites, neq; etiam Doctores, de quibus ſupra, poſſunt de iure conueniri ultra
118 quàm facere poſsint: neque carcerari. † Quòd priuilegium etiam eorum liberis, & uxoribus competit, ut Not. Matheſil. in ſingul. 59. & facit, quòd dicitur in l. milites C. de quæſtion. & ego ad hoc allego tex. in l. fi. in fi. C. de profeſſor. & med. lib. 10.
119 † Et iſtud, quòd non poſsint carcerari, poſſet declarari procedere in debito ciuili ex contractu, ſecus autem in criminali, arg. eorum, quæ in Clerico Not. idem Mattheſ. ſingul. 60.
120 † Hæc igitur, quæ dicta ſunt, militibus ſcilicet noſtri temporis competere priuilegia iſta poſſe, non procedunt in iſtis militibus, qui nihil aliud de milite obtinent preter nomen: & qui parum, aut nihil militaribus operibus uacant: ſed alijs potius commercijs, &
121 negocijs intendunt. † Nam iſti nec etiam olim milites eſſe poterant, ut habetur in l. milites C. locati: ideo intelligitur hoc de ue
122 ris † militibus: & ponit exemplum Polit. in militibus Rhodianę religionis, qui tamen militiæ incumbunt, non autem de illis intelligas, qui domi ſemper degunt redditibus prębendæ fruentes abſq; ullo labore belli, aut aliquo uitæ periculo: iſti enim nec appellari quidem milites merentur.
123 Decimoquinto quæritur † an huiuſmodi priuilegia, quæ militibus teſtando conceduntur, & inter cætera iſtud, quòd poſt pubertatem poſſunt directo ſubſtituere, competant etiam Doctoribus publicè profitentibus: aut aduocatis, ſeu conſiliarijs principum. Qui illuſtres ſunt ut not. Iaſ. in l. 1. in 3. col. ff. de officio eius, ubi alij Doctores Alex. in conſi. 94. col. 2. uol. 1. Iaſ. in l. quo minus ff. de Flum. & plures allegat Crau. in conſi. 193. colu. pen. Alex. in l. Centurio copioſe differit, & tandem pro Doctoribus concludit, quòd etiam ſequitur Galiaula ibi. Contrarium autem concludunt Soc. Iaſ. Claud. & Ripa ibi. Polit. in ſuo tract. & Zaſ. idem tenent. Ego uerò, ut uerum fatear, multum dubito ſuper iſto articulo: multaque hinc inde adduci poſſunt, quæ non parum

urgent;

urgent: unde ad partes intendo punctum diſcutere, quo dilucicidius ueritas emergere poſsit.

124 Primò igitur † pro parte negatiua, quæ eſt communis adducitur, quia uerſamur in materia exorbitanti à regulis, & à diſpoſitione iuris communis, cum ſecundum regulas iuris communis non poſſit directa ſubſtitutio fieri poſt pubertatem l. in pupillari l. uerbis

125 ciuilibus ff. de uulg. & pupill. §. extraneo inſtit. de pupill.† Militibus autem hoc fuit in priuilegium ſpecialiter conceſſum, ut poſſint ſic directo ſubſtituere l. Centurio ff. eo. tit. l. miles ita in prin. l. milites etiam his l. quærebátur §. fi. & l. in fraudem §. pen. ff. de milit. teſtam. & l. in teſtamento C. eo. tit. Leges autem exorbitan

126 tes † alicui perſonæ ſpetialiter aliquid concedentes non ſunt extendendę, ſeu extra illum caſum, uel illam perſonam trahendę l. 1. in fi. ff. de conſtit. prin. §. ſed quòd Principi placuit inſtit. de iure natur. gent. & ciuili l. 3. in fi. ubi multum ad propoſitum C. de legib. c. conſtitutus, de conceſs. præben. & c. ſanè de priuil. gloſ. in l. à Diuo Pio, in uer. à ſe ff. de re iud. & quòd dicit alia gloſſ. in l. bene à Zenone in uer. cum enim C. de quadrien. præſcript. quas glo. allegat Galiaula in d. l. Centurio. Facit etiam tex. in l. quòd uerò contra ff. de legib. & uidetur de hoc caſus in l. ſi uerò §. de

127 uiro ff. ſoluto matrim. Agitur enim hic† de priuilegijs militibus cõceſsis: priuilegia autem dicuntur priuatæ leges l. 1. C. de Theſaur. lib. 10. c. priuilegia 3. diſtinct. cum ſimil.

128 Secundo principaliter allegatur, † quia adhoc ut militibus hæc priuilegia competant: requiritur, ut concurrant illa omnia, de quibus in l. pen. ff. ex quib. cauſ. maior. & in auten. de mand. prin. §. fi. & inſtit. de milit. teſtam. in rub. & facit tex. in l. ex eo tempore ff. eo. tit. ſed iſta in Doctore neque concurrunt, neque concurrere poſſunt, ergo &c.

129 Tertio adducitur, † Quia diuerſa ſunt nomina, diuerſæ profeſsiones: diuerſi tractatus in iure ut apparet ex titulo de milit. teſta. ff. & C. & inſtit. & C. de aduoc. diuer. iud. merito, & c. l. ſi idẽ C. de codic.

130 Quartò † quia priuilegia, ſicut & aliæ diſpoſitiones recipiunt interpretationem ſecundum communem uſum loquendi l. librorũ §. quòd tamen caſsius ff. de leg. 3. l. labeo ff. de ſuppellet. leg. l. ſciẽdum §. illud ff. de ędil. edict. c. ex literis, extra de ſpõſal. ſed ſic eſt, quòd ſecundum communem uſum loquendi Doctor non dicitur

131 miles, ergo non comprehenditur in priuilegio: †cui enim non conueniunt uerba, nec etiam diſpoſitio conuenit l. 4. §. totiens ff. de damno infecto.

Quinto

132 Quintò adducitur, † quòd habetur in l.fi.C. de interd. matri. ubi diſpoſitio legis prohibentis matrimonium poſſe contrahi inter tutorem, aut eius filium ex una, & pupillam, cuius tutela adminiſtratur ex altera, de qua diſpoſitione habetur in l. 1. illiuſmet tit. Nõ habet locum in eo, qui ſe pro tutore falſo geſsit: licet forte eadẽ ratio militaret, uidelicet. Ne rationes adminiſtratæ tutelæ ſic con
133 fundantur: † & uerba etiam non omnino abhorrent, ut tutor, & protutor, arg. eius, quòd habetur in l. cui eorum §. fin. ff. de poſtul. ergò multò magis in caſu noſtro eſt dicendum diſpoſitionem de milite loquentem non poſſe habere locum in Doctore, maxime cum uerba inter ſe multò diſimiliora ad inuicem ſint, quàm in caſu prædicto: & forte etiam eadem ratio minus in caſu no-
134 ſtro militat, quàm in caſu illo: † ſi enim conſideremus rationem ſimplicitatis, & imperitiæ iuris in militibus, de qua in l. 1. de iuris & facti Ignor. & in l. fi. C. de iure deliber. ſine dubio ceſſat in Doctore, quem iura ignorare turpiſsimum reputatur ut dicit tex. in l. 2. §. Seruius autem ſulpitius ff. de orig. iur. l. Domitius labeo
135 ff. de teſtam. † Et ideo eſt, quòd minori lege non datur reſtitutio in integrum, ſi eſt Doctor, ut per Bart. in l. 1. C. qui, & aduer. quos, ſi etiam conſideramus rationem neceſsitatis, dum miles in
136 conflictu eſt † quia ei tunc permittitur, ut quoquomodo uellit, teſtetur l. milites C. de teſtam. milit. & inſtit. eo. tit. in prin. item pericula manifeſta, & imminentia uitæ, quæ ſubit miles, ut Remp.
137 tueatur: iſta pariter in Doctore non cadunt: ceſſante † igitur ratione, ceſſat etiam diſpoſitio l. adigere §. quanuis ff. de iure patron. C. cum ceſſante, extra de appellat. cum multis ſimil.
138 † Sextò hoc uidetur probari in l. 1. ff. de bon. poſſeſſ. ex taſtam. milit. ubi præſes prouinciæ, legatus, & alij, de quibus ibi, magis militare pro Rep. dicuntur, quàm faciant aduocati, & alij Doctores profitentes: publicæ enim perſonæ illæ dicuntur l. 1. §. huius ſtudij ff. de iuſt. & iure, & tamen illis non dantur huiuſmodi priuilegia in teſtando, niſi quando in prælio occumbunt, ut ibi dicitur: & hunc tex. ad hoc perpendit Lancel. Galiaula in d. l. Centurio, & eſt ſimilis tex. in l. fi. ff. de milit. teſtam.
139 Vltimò hoc uidetur † deciſum in l. fi. C. de inoff. teſtamen. ubi in effectu eſt expræſſum, ſcilicet in §. in his itaque, quòd aduocatis, ac etiam magiſtris liberalium artium nõ competant priuilegia militum in teſtando: nam in præcedentibus dixerat imperator loquẽdo generaliter de magiſtratibus uarijs habentibus Peculium quaſi Caſtrenſe, quòd ad ſimilitudinem habentium Peculium Caſtrenſe

MM poſſunt

poſſunt teſtari, & ſi filijfamiliàs ſint, communi tamen iure, & con ſueto quidem ordine ſeruato, non autem iure militari quo uolue rint modo. Et etiam teſtamento illorum non ſubiacent quærelæ inofficioſi. Poſtea autem in d. §. his itaque, in uer. de alijs autem, in ſpetie loquitur de uiris diſertiſsimis patronis cauſarum, nec non de magiſtris ſtudiorum liberalium artium: in quibus omnibus ibi concludit, in uer. ſeq. quòd & ſi filijfamiliàs iſti ſint, teſtari quidem poſsint, ſecundum tamen leges: ſed ſecundum leges nó licet poſt pubertatem directò ſubſtituere, ergo &c. & addit etiam illud, ut quærela ceſſet: quæ tamen priuilegia ſic qualificatè conceſſa non etiam perpetuo illis competunt, ſed tantiſper tantum, dum ſunt in parentum poteſtate: ſtatim uerò cum ſui iuris effecti ſunt, omne eorum priuilegium amittunt, ut in fi. dicitur. Ex qui bus omnibus remanet plene hæc opinio fundata, quòd iſtiuſmodi priuilegia Doctoribus minime competant.

140 Contraria autem ſententia † quam tenuerunt Alex. & Galiaula in d. l. Centurio, fundatur potiſsimum per text. in l. aduocati C. de aduoc. diuer. iudiciorum. Qui text. in effectu præbuit occaſioné attentandi hanc opinionem: nam ex his, quæ ibi ſtatuuntur per imperatores, nihil aliud reſultare uidetur, niſi hoc, quòd eadem laude, eodem honore aduocati, ſicut milites digni ſunt: Item quòd eandem in communi afferunt utilitatem aduocati, ſicut milites: namque dicunt ibi Leo, & Antoninus, quòd non minus iſti prouident humano generi, quàm ſi prælijs, atque uulneribus patriam, parenteſque ſaluarent: neque enim ſolos noſtro imperio militare credimus illos, qui gladijs, clipeis, & toracibus nituntur, ſed etiam aduocatos: Militant nonquè cauſarum patroni, qui glorioſæ uocis munimine laborantium ſpem, uitam, & poſteros defendunt: non ſolum igitur illos militibus æquiparat, ſed etiam expreſſe dicit, eòs pariter militare, eandemque utilitatem eos quàm milites afferre: ex quibus ſanè uerbis hoc in effectu reſultare neceſſario uidetur, hocque illa uidentur ſignificare, ut in eodem cum illis gradu ſint dignitatis, honoris, ac meritorum: Iſtudque eo magis eſt dicendum.

141 † Quia imperatores in promulgandis legibus proceſſerunt ſecundum contingentiã caſuum, ut plurimum: ideoque ueriſimile eſt, quòd Calligratus præfectus illirici, ad quem reſcripſerunt imperatores illi, de hoc dubitabat, an aduocatis eadé priuilegia, competerent, quæ militibus, eique ſic reſpondent im

142 peratores, ut ibi dicitur. Confirmantur prædicta, † quia alia æquiparatio reperitur etiam facta de militibus, & aduocatis per alios

Imperatores, uidelicet per Archadium, & Honorium, in l. Fori, illomet tit. ubi expræſſe uolunt, quòd bona iſtorum ſint ad inſtar peculij caſtrenſis militum etiam poſt patris obitum:non igitur mi rum erit, ſi dicemus quòd priuilegium iſtud directò poſt pubertatem ſubſtituendi militibus conceſſum in bonis ſuis,competat etiã Doctoribus iſtis, quorum bona peculio caſtrenſi militum ſunt æquiparata: immo propter omnimodam, & abſolutam æquiparationem factam inter milites, & aduocatos, ut in dictis iuribus,
143 † per ea, quæ habentur in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit C. de furt. iuncta l. ut tantum ff. de ſer. corr. glo. in l.quòd uerò contra ff. de legib. in l. 2. C. de curat. furt.& in c. ſi quis poſtquàm §.fi.de elect. in 6. & per Alex. in d. l. Centurio, in 2. colu. quando enim duo à lege ſic reperiuntur æquiparata, quicquid in uno diſpoſitum eſt,
144 in alio quoque cenſetur eſſe diſpoſitum: ut ibi dicitur: † ideoque uidemus multa ex priuilegijs militibus conceſſa, etiam Doctoribus expræſsim eſſe tributa: ut illud quòd licet filijfamiliàs ſint,poſſint nihilominus teſtari: Item quòd illorum teſtamenta non ſubiaceant quærelæ inofficioſi, ut in l.fi. C. de inoffic. teſta.item quòd non poſsint conueniri ultra,quàm facere poſsint, uidelicet deducto ne egeant, l. miles, in prin. & ibi gloſ. ff. de re iud. cum igitur habeamus legem omnimodo æquiparantem aduocatos militibus d. l. Fori, & d.l. aduocati. Rurſuſque expræſsim uideamus legem multa ex priuilegijs militum etiam aduocatis concedentem, meritò poſſumus hoc idem dicere & in iſto priuilegio, ut poſsit etiam poſt pubertatem directò ſubſtituere.
145 Præterea, licet iſti non proprià † & uerè milites dicantur: tamen ſaltem impropriè, & largo modo eos militare,negari non poteſt, d. l. aduocati: modo ego dico quòd deſtricta ſignificatione uocabuli ad latam fieri ſolet extenſio etiam in materia ſtrictæ interpre-
146 tationis, immo in odioſis, † quòd probare ſoleo ex coniunctione nonnullarum legum, uidelicet in l. filium habeo ff. ad Senat. conſ. Macedon. & l. pen. C. eo. tit. iuncta l. 1. ff. eo. ubi patet quòd illud Senatuſconſultum Macedonianum prohibens fęneratores mutuo dare pecunias filijsfamiliàs, & denegans illis actionẽ de filijs loquebatur: & tamen extenditur etiam ad nepotes pronepotes, &c. ut in d. l. filium habeo, & in d. l. pen. Et tamen nepo-
147 tes † non dicuntur propriè filij l. quid ſe nepotes ff. de teſtam.tut.
148 Et ſumus nihilominus in materia odioſa † l. qui exceptionem in prin. ff. de condict. indeb.
149 † Quinimo dico quòd in materia exorbitanti ex identitate ratio-

nis ſit extenſio etiam ad caſum, qui nullo modo etiam improprie nec large cóprehendebatur, caſus eſt notabilis in l.libertũ §. Senatus conſulti ff.de ritu nupt.iuncta l.1.C.de interd. matr. inter pupillam, & tut. ubi Senatus conſultum illud loquitur de tutore, & curatore,ac eorum filijs,prout hoc idem dicitur in l. pen. eiuſdem tituli,& nihilominus extenditur,ut locum habeat etiam in quibuſcunque tutoris, aut curatoris hæredibus, d. l. libertum §. ſenatus conſulti: & tamen filiorum appellatione nullo penitus modo ueniunt hæredes ſaltem extranei: illud autem fit quia militat eadem ratio,ut ibi expreſſe dicitur. & adde quòd ibi ſumus ita matrimo-
150 nio impediendo, † quòd quidem fauorabilem habet cauſam,& publicam reſpicientem utilitatem l. 1.ubi omnes notant ff.ſoluto matr. & l.hoc modo ff.de condit.& demonſtrat.
151 Vltimo dico † quòd militat eadem ratio in huiuſmodi Doctore, quæ in milite: & per hoc confirmatur præcedens arg. & tollitur illud quòd in quinto fundamento fuit adductum pro opinione
152 contraria. † Nam non omnia priuilegia militum fuerunt eis ob eorum ſimplicitatem conceſſa, & uerum eſt, quòd hæc ratio ſimplicitatis in Doctore non cadit d.l.2.§.ſeruius ſulpitius ff. de orig. iur.& maxime cum quæſtio iſta procedat tantummodo in Doctoribus magni nominis,& ualde diſciplinatis, non autem in Doctorellis, ut in l.ſed & reprobari §. amplius ff.de excuſat. tut. idẽ nec ob neceſsitatem conflictus, quando in eo reperiuntur, quo caſu quomodo uelint, & quomodo poſsint, eis teſtari permiſſum eſt: l.milites C.de teſtam.milit.& inſtit.eo.tit. in prin. & iſtud pariter
153 fateor non concurrere in Doctoribus, † uerum multa ex priuilegijs militibus conceſſa fuere, propter utilitatem, quam in communi afferunt remp.tutando,ideo in eorum fauorem, & præemi-
154 nentiam multa eis priuilegia conceſſa fuere: ut eſt illud, † ne conueniantur ultra,quam facere poſsint, ut in l.miles,in prin. ff.de re iud.item ne torqueantur ut in l.milites C.de quæſtion. item in ſpetie materia teſtandi ut poſsit teſtari, non obſtante patria poteſta-
154 te: Item ne illorum teſtamenta † quærelæ ſubiaceant l. fin. & l.de inoffícioſo l.teſtamentum C.de inoff.teſtam.l.ſi inſtituta §.de in-
155 officioſo ff. eo. tit. item iſtud,ut poſsint poſt pubertatem † Directo ſubſtituere d.l.miles ita in prin l.milites etiam ijs l.quætebatur §.fin.& l.in fraudem §.pen ff.de milit.teſtam.& in l. Cẽturio ff. de
156 uulg.& pupill. † iſta autem ratio præeminentiæ aut utilitatis quã in communi afferunt, ſine dubio in aduocatis militare dicitur expreſſe à lege, ut in d.l.aduocati C.de aduocat.diuer. iudiciorum, ubi

ubi expræſſe dicitur hos non minus generi humano prouidere tã in priuatis,quàm etiam in publicis negocijs,quam milites faciant: nam & ipſi militare dicuntur,&c. Et facit ibi omnimodam æqui-
157 parationem. item ratio præeminentiæ concurrit, † quia & ipſi in dignitate conſtituti eſſe dicunt̃,ut not.Bar.in prohem.digeſtorũ. immo illuſtres etiam dicuntur, ut habetur in l.1.C.de proffeſſor. qui in urbe conſtant. lib.10.cum igitur eadem ratio militet, non eſt, cur non dicamus idem quoque ius ſtatui oportere iuribus uulgatis.

Plura alia adduci poſſent, ſed in iſtis uis maior conſiſtit.& certe articulus eſt ſatis dubius, ut ex ſupradictis apparet.

Si quis ergo per argumenta proxime allegata uellet hanc partem, quæ rei,& cauſæ noſtrę fauet,tueri;non deficiet facultas ad ea,quę pro contraria parte adducta fuerunt,reſpondere: quia uere multa ex his ſunt,quæ parum ſtringunt.

Ad primum enim ex his, quæ dixi in penultimo & in ultimo funda mento apparet reſponſio: nam & in exorbitantibus, immo etiam in odioſis ex identitate rationis fit extenſio, ut ibi late probaui.
158 † Et fateor quidem quòd leges, quæ alicui in priuilegium aliquid concedunt, non ſunt generaliter apud omnes ſeruandæ,& ſic pro legibus generalibus,ut dicitur in d.l.3.in fi.C. de legib. cum ſimil. & ideo non dico quòd priuilegia militibus conceſſa omnibus paſ ſim ſint tribuenda: ſed dico,quòd cum lex illa aduocati, iſtos expræſſe æquiparet militibus, illoſq; non minus militare dicat, neq; minorẽ generi humano utilitatem afferre, inde ſequitur, quòd ea dem priuilegia iſti pariter mereantur: unde hic non fit extenſio ali
159 qua, † ſed potius eſt declaratio ab illa lege facta, & inde proueniens,l.his ſolis C.de reuocan.donat.facit optimè tex. in l.fi.ff.de cloa.&quòd dicit Oldr.in conſ.184,in fi.& 268.col.2.uer. quarto pro eadem parte Anch.conſ.96.col.1.uer.in contrarium copioſe, & ornate curt.ſen.in conſ.9.col.5.uerſi.& fortius corroborantur uſque ad uer.& bene facit. idem optime declarat Paul. caſtren. in conſ.83.col.2.uol.2. ubi quãdo eſt eadem ratio,tunc non dicitur extenſio, ſed comprehenſio: quando aũt eſt ratio ſimilis, tunc di citur extenſio. & hoc idem dicit Iaſ. in conſ. 63. col. 3. uer.item quando uol.3.poſt Bal.in l.de quibus ff.de legib.at in caſu noſtro eſt eademmet ratio,uidelicet utilitatis, quam in communi & iſti afferunt,propter quam has prærogatiuas à lege merẽtur,ergo &c. idem dicit Alex.in conſi.5.in fi.uol.5.cer.in conſi.176.col. 3.nu. 4.uol.4.Iaſ.in conſi.141.col.5.uol.2.dec.in conſi.301.col.3.uerſ. tertio

tertio hoc idem,& in conſi.376. col. 3.plura ponit Crau.in conſi. 183.col.1.

160 Ad ſecundum reſpondeo, † fatendo quòd in doctore non concurrunt ea,quæ in milite: neque enim dicimus priuilegium iſtud Doctoribus prædictis competere, quia milites ipſi ſint; ſed quia Doctores:qui parem reipub. utilitatem afferunt: & qui militare & ipſi in eorum exercitio dicuntur: & denique qui militibus æquiparantur,ut in d.l.aduocati:unde ſufficit, quòd in eo concurrant ea, quæ in Doctore creando, ſunt neceſſaria.

161 Et eodem modo reſpondetur † etiam ad tertium,& quartum:quia fateor diuerſos inter ſe eſſe milites,& Doctores,nomine,& profeſſione, ſeu exercitio: Item quòd ſecundum communem uſum loquendi,Doctor non dicitur miles: uerum, cum iſti ſint per legem ſic æquiparati, ut in d.l.aduocati:& in l.fori merito &c.

162 Et hoc ultra reſponſionem, † quam ad iſtud ultimum tradebat Alex.in d.l.Centurio,in 3.col.uerſi.ad quintum, uidelicet quòd illud procedat, in diſpoſitione hominis, ut ſecundum communem uſum loquendi illa intelligatur,ſecus uerò in diſpoſitione legis, ut per eum ibi.

163 Ad quintum uerò † arg. ſumptum ex .l.fi.C.de inter.matri.reſpondebat Alex.in d.l. Centurio, quòd non eſt per omnia eadem ratio in pro tutore, quæ eſt in tutore:quia protutor non eandem habet

164 poteſtatem, † quam habet tutor,ut eſt tex.in l.2.ff. de eo, qui pro tut.neg.geſsit.

165 Sed iſta reſponſio non eſt bona: † quia primo ratio illa prohibendi matrimonium poſſe contrahi inter tutorem, & pupillam, aut eius filium,ne ſcilicet rationi adminiſtrationis reddendę fraus fiat: pariter militat in protutore quemadmodum in tutore: quia & ille rationem adminiſtrationis reddere tenetur,l.1.ff. eo. tit.de eo,

166 qui pro tut.†neg.geſsit.Et quòd hoc ſit uerum,illam ſcilicet eſſe rationem prohibitionis adduco tex.pulcherrimum in l. libertum §.

167 ſenatus conſulti ff. de ritu nupt. † Vnde poteſt aliter reſponderi. ideo non trahi diſpoſitionem illlam ad protutorem, quia ex aduerſo militat alia cauſa fauorabilis nempe matrimonij non impediendi,quod fauorabile eſt,& publicam reſpicit utilitatem,l.1.§.ſoluto matrim. l. hoc modo ff. de condit. & demonſtrat. ideo noluit lex ob falſum tutorem impediri matrimonium: & in iſta ratione ſe expræſſe fundatur ille text. in d. l. fi. C. de interd. matrimon.

168 Ad ſextum reſpondetur, † quòd illi, ſcilicet præſes prouinciæ, & cæteri,

cæteri de quibus in d.l.1.ff.de bonor. poſſeſ.ex teſtam. milit. non reperiuntur à lege militibus æquiparati,quando ſunt extra expe-
169 ditionem,quemadmodum Doctores; † quibus ultra æquiparatio-nem,de qua in d.l.aduocati, fuerunt etiam conceſſa à lege priuile-gia cum in alia materia, tum uerò ſpetialiter in teſtando, ut in l. ſed & reprobari §.amplius ff.de excuſat.tut. l. medicos, & l. fi. C. de profeſſor.& med.lib. 10. & in l.miles ubi glo. ff. de re iud. in l. fin. C. de inoff. teſtam. & in d. l. fori C. de aduoc. diuer. iu-diciorum.

170 Ad ultimum, † uidelicet ad l. fi. §. in his itaque, & in fin.C.de in offic.teſtam. ubi iſtis permittitur quidem teſtari, & ſi filijfamiliàs ſint:& eius teſtamenta non ſubiacent quærelæ:communi tamen iu re,uel ſecundum leges teſtari illos oportet: & ſic in cæteris quidē ceſſat priuilegium. Reſpondetur, quòd ille text.habet reſpectum ad priuilegium militibus conceſſum circa facultatem teſtandi, quando ſunt in expeditione occupati, ut quoquomodo uelint, & quoquomodo poſsint, teſtentur. & iſtud uerum eſt Doctoribus non competere,ſed iure communi, hoc eſt adhibito legitimo nu-mero teſtium, ac alijs etiam ſolennitatibus neceſſarijs,teſtari poſ-ſunt quia nulla neceſsitas imminet,ut abſque illis teſtari eis permit tatur:ideo ceſſat ratio illius priuilegij.

171 Illud autem,quòd in fine illius legis dicitur,eſt,† quia illud priuile gium eſt eis conceſſum reſpectu peculij quaſi Caſtrenſis, & ſic bonorum, ut etiam dicitur in d.l.fori: quædam enim ex his priui
172 legijs † conceduntur reſpectu perſonæ: quædam uerò reſpectu bonorum,ut per Bar.in l.neque enim ff.de milit.teſt.& per Bal.in
173 l.milites C.eo.tit. ideo ſi ille efficitur ſui iuris,† bona illa deſinunt dici peculium quaſi caſtrenſe, prout ego de hoc late dixi in l. qui Romæ §.duo fratres, in primo not.num.34.ff.de uer. obligat.me rito etiam priuilegia illa tunc ceſſant: ſed iſtud nihil ad rem facit, quod propterea priuilegium iſtud directo ſubſtituendi non poſsit etiam iſtis Doctoribus competere. ex quibus omnibus ſatis ap-paret concluſionem iſtam in iure eſſe ſubſtentabilem.

174 Hanc tamen diſputationem ad partes feciſſe uolui † quo magis articulus iſte cribraretur (ut ita dicam.)

Si autem ueritatem ipſam potius,quàm argumentorum ſubtilita-tes intueri,ac ſequi(prout nos decet)uolumus,puto eſſe concludē dum priuilegia militaria,& in ſpetie iſtud, quòd poſsit poſt puber tatem directo ſubſtituere aduocatis & alijs Doctoribus uel ma-gni nominis,& ualde diſciplinatis,de quibus loquitur tex. in l. ſed

& reproba-

& reprobari §.amplius ff.de excuſat.tut.non competere, exceptis
175 tamen illis,quæ in iure expræſſa reperiuntur, †, ut in l. fi. C. de inoffic.teſtam.& in §.fi.inſtit.de milit.teſtam.per quæ iura ſatis aperte colligitur mens legis circa iſtud, & maxime per d. l. fin. nam cum ibi quædam, tantummodo ex priuilegijs militibus in bonis caſtrenſibus conceſſa etiam Doctoribus, ac alijs, de quibus ibi in quaſi caſtrenſibus impartiatur, & ſi aliud non appareret, ta-
176 men uel ex hoc ſatis dici poſſet, † cætera eſſe denegata l. cum prętor ff.de iud.l maritus C.de procurat.cum ſimil. præſertim in illa materia ſtrictæ interpretationis.
177 Sed ulterius Imperator † ibi hoc expræſsim declarat: quia illa duo pruilegia concedit illis perſonis,ita tamen quòd in cęteris,ſeruent ſolennitates iuris communis, & ſecundum leges teſtentur,ut ibidem dicitur,nec tuta uidetur illa reſponſio, quòd loquatur quo ad excludendum illud,quod militibus in expeditione occupatis conceditur, uidelicet ut quoquomodo uelint,aut poſsint, teſtentur: nam eſſet nimis magna reſtrictio ad illum tex. in uerſ.his itaque 2. quia tradit ibi ſimpliciter doctrinam, quòd duo illa priuilegia dentur ut teſtari poſsint, & ſi filijfamiliàs ſint: nec ſubiaceant eorum teſtamenta quęrelę inofficioſi: dum tamen ſecundum leges teſtentur:& ſic ſimpliciter,& abſolute limitat, & declarat illa priuilegia expræſſe imperator ibi. quæ ſimplex,& abſoluta limitatio non recte recipit illam reſtrictionem reſpectu priuilegij,ut quoquomodo uellit teſtetur,de quo in l.milites C.de teſtam.milit.& in l.1.ff. & inſtit. in prin.eo.tit.
178 Præterea fiat † ſolidum, & immobile fundamentum, quia ſumus in priuilegijs quibuſdam perſonis conceſsis: in quibus non licet extenſionem quouis modo facere: nam ſi princeps mihi ob merita mea priuilegium, ſeu immunitatem aliquam indulgeat licet alij quoque ſint,qui idem, & multo etiam maiora mereantur, & propterea uellint hisdemmet uti priuilegijs, tanquam illis pariter cenſeantur conceſſa,non ſatis ut puto,audiendi forent: & idem exiſtimandum eſt, ſi nonnulla ex priuilegijs mihi conceſsa; illi pariter conceſſa fuerint,non poterit omnia alia ſibi uendicare, quæ non expræſſe conceſſa fuerint, priuilegia enim perſonalia perſonam non egrediuntur l.3.in fi. C.de leg. §. plane inſtit. de iure naturali gent.& ciuili.C.conſtitutus §.fi.de conceſſ.præben.c.ſane,de pri-
179 uil.† neque hic attenditur,an ſit eadem ratio necne:quia illud procedit in diſpoſitionibus generalibus,quæ licet odioſæ ſint, tamen ex identitate rationis etiam in alio caſu, quam expreſſo uerificantur:at

tur: at ſecus in his,quę ſpetialiter alicui perſonæ conceſſæ fuerūt, iuribus ſupra allegatis. & declarat Bal.in conſi.324.in ultimis uer
180 bis,uol.5.ius autem † militibus in teſtando conceſſum dicitur ius ſingulare illis ſpetialiter conceſſum,ut declarat expræſſe tex.in l.2 ff.de milit.teſtam.

Quibus ſic firmis remanentibus tali haud magno negocio poſſunt ea,quæ ſuperius pro alia opinione adducta fuere potius ut ueritas apertius eueſceret, & ut magis omnis auferreretur difficultas:Non igitur obſtat tex.in d.l.aduocati C.de aduocat. diuer. iu
181 dicior. † in quo uis maior conſiſtit,& a quo tex.deſumpta fuit hęc dubitatio.

Dico enim, quòd licet ibi dicatur aduocatos quoque in eorum exercitio militare: ac plurimum reip. eos prodeſſe, &c. non ideo tamen imperator ibi tribuit eis priuilegia aliqua militaria:quod tamen eſt neceſſarium,ſcilicet ut expræſſe per principem concedantur,aliàs autem priuilegia non cōpetunt,ut ſuperius dixi:Sed iſtud reſultare ex illo tex. poteſt, uidelicet quòd & ipſi magna laude digni ſint:uel quòd in rep.& ipſi ſint neceſſarij,ut ibi not.Salicet.uerum igitur hoc eſt, quòd nullum ibi conceditur illis priuilegium in teſtando:alibi uerò, quibuſdam exceptis,potius denegantur, ut in d. l. fi. §. in his itaque il 2. de inoff. teſtam. & in §. fin. inſtit. de milit. teſtam. neq; in d. l. aduocati ęquiparatio fit in omnibus, & per omnia, ac per uiam regulæ, iuxta tradita per Doctores in l. 1. ff.de leg.1.& licet ibi militare & iſti dicantur, tamen eſt uerum re
182 ſpectu ſui exercitij: † Eſt tamen differentia inter milites armatæ militiæ,& inermes etiam in ſpetie quo ad priuilegia,ut eſt tex.hāc conſtituens differentiam inter milites armatę militiæ,& iſtos, qui largo modo militare dicuntur,in l.1.C. in quib. cau. milit. unde
183 ceſſat etiam † fundamentum ab æquiparatis: tum quia æquiparatio non per omnia facta reperitur,ut ex ſupradictis apparet: tum etiam quia in priuilegijs perſonalibus argumentum iſtud nō procedit: neque etiam ab identitate rationis,ut ſupradictum eſt: poſi
184 to etiam, † quòd militaret eadem ratio: cuius contrarium dici fortè poſſet: quia priuilegia iſta, militibus etiam extra caſtra degentibus conceduntur, quo magis homines inuitentur ad ſubeunda pericula uitæ pro repub. tutanda: quòd uitę periculum in iſtis non eſt conſiderabile.

185 Item ratio ſimplicitatis † potiſsimum in milite à lege fuit conſiderata l.fi.in prin.C.de iure delìber.l.1. C.de iuris,& facti ignor. l.1. ff.de milit.teſtam.& l.quanquam C.eo. tit. quæ pariter in iſtis ceſ

NN ſat,

186 ſat, † immo eis omnino aduerſaſ l.2.§. ſeruius ſulpitius ff. de orig. iur. licet autem militare poſsit illa dignitatis, aut utilitatis, quam in communi & ipſi afferunt, tamen propter hanc rationem quo ad quædam priuilegia tantum fuit cum illis diſpenſatum, ut in d.l. fi.C.de inoff.teſtam.& ex ſupradictis apparet & ſic alia ceſſant & ideo etiam non obſtaret,ſi diceretur ſufficere, quòd ex pluribus rationibus una concurrat §.affinitatis,inſtit.de nupt.præſertim cũ ſimus in priuilegijs. Ex quibus remanent ſublata omnia contraria.

187 Ad l.fori C.illo eo.tit.de aduoc. diuer.iudic.† reſponde quòd loquitur illo reſpectu, ut præcipua ſint illa bona quaſi caſtrenſia ipſius aduocati, ita quod alij fratres nullam in his bonis partem conſequantur:ſed de alijs priuilegijs nullum uerbum ibi.

188 Ad unum tamen aduerte, † quia tex.ille dicit illud procedere etiã poſt patris obitum, quo caſu ille ſui iuris efficitur, ut eſt tex. in §. 1.inſtit.quib.mod.ius patr.poteſt.ſol.

Contrarium tamen dicit tex.in l.fi.in fi. C. de inoff. teſt. ubi ſtatim cum ille,qui peculium quaſi caſtrenſe habet,efficitur ſui iuris, bona illa amittunt nomen peculij cæteriſque bonis miſcentur, & eandem cum illis incipit habere naturam. pro concordia interim cogita,alibi dicam.

189 Decimo ſexto quæritur, an iſtud, † & cætera,militum priuilegia competant epiſcopis ac cæteris clericis? & ex dictis in præcedenti concluſione apparere poteſt, quid in iſta ſit dicendum. Nam licet

190 & ipſi habeant priuilegium illud, † ut poſsint teſtari, & ſi filijſamilias ſint,ut eſt tex.in l. ſacr. ſanctæ, & in auten. præsbiteros C. de

191 Epiſcop.& cler.& in auten. unde illa ſumitur: † item licet militare & ipſi,ſeu ſtipendia mereri dicãtur, ut probatur in c. epiſcopus de conceſſ.prẹb. & ibi Abb. in primo not. & etiam probatur in c. reprehenſibile 23. quæſtio. 8.tamen non eſt dicendum illis in militia competere priuilegia, per ſupradicta in proxima quæſtione.

192 Immo uero multo minus in iſto caſu † quia nedum non reperiuntur militibus armatæ militiæ æquiparati, ſed ab eis omnino diſsimiles dicuntur,& longe ab illis diſtant,ut dicitur in d.c.reprehenſibile,& in c. contrarium,de pœnit.diſtin.5. & licet illud eis con-

193 cedatur,ut poſsint, † non obſtante patria poteſtate,teſtari, tamẽ non eſt propterea inferendum, quòd alia quoque eis competant priuilegia;per ſupradicta. & tex.in d.autẽ.presbiteros hoc in uno uerbo innuit,dum dicit ſecundum leges,&c.

Decimo

194 Decimo ſeptimo quæritur, an imperator, † rex, aut alius princeps non recognoſcens ſuperiorem, poſsint in eorum teſtamentis poſt pubertatem directo ſubſttuere ? Alex. in l. Centurio concludit,
195 quòd poſsint, † quia imperator dicitur lex uiua §. fi. in auten. de
196 conſul. & ibi not. item quia † princeps dicitur legibus ſolutus l. princeps ff. de legib. & facit text. in l. pen. C. de donat.
197 inter uir. & uxor. † Vbi donatio ab imperatore facta abſolute ualet, neque eget adminiculo aliquo, ſiue aliqua ſolennitate : immo ut uim legis obtinet. Et hoc idem dicitur in l. San
198 cimus §. 1. C. de donat. ad hoc † etiã facit text. in l. omnium C. de teſtam. ubi habetur, quòd præſentia principis ſupplet pro omnibus ſolennitatibus in teſtamentis aliorum neceſſarijs, ergo multò quidem magis in teſtamento ſuijpſius. Sed in contrarium facit,
199 † quòd dicitur in l. digna uox. C. de legib. ubi Imperator profitetur ſe legibus eſſe ſubiectum. Item probatur hoc in l. ex imperfecto C. de teſtam. ad idem quoque eſt tex. in l. ex imperfecto ff. de leg. 3. ubi inuerecundum eſſe dicitur, imperatorem ex imperfecto teſtamento quicquàm capere. Item eſt tex. in §. fin. inſtit. quib.
200 mod. i eſt. infirm. Ego aũt breuiter puto † in hac materia ita eſſe cõcludendum, uidelicet quòd Imperator, aut Rex, uel Princeps ſimilis ſuperiorem non recognoſcens habeat hanc facultatem ſic ſubſtituendi ex plenitudine ſuæ poteſtatis, per d. §. fin. in auten. de conſul. per d. l. Princeps ff. de legib. & per d. l. omnium C. de te
201 ſtam. † uerum hoc procedit ſi modo conſtet eum hac plenitudine poteſtatis uti uelle : Si uerò de hoc nihil conſtat: & tunc aut loqui
202 mur de actu † ſeu de diſpoſitione alterius in perſonam ipſius principis collata, & abſolute puto illam non ualere, niſi ſit ſecundum diſpoſitionem iuris communis : & ita loquitur text. in d. l. ex imperfecto ff. de leg. 3. & in l. ex imperfecto C. de teſtam. & inſtit.
203 quib. mod. teſtam. infir. §. fi. aut uerò loquimur † de diſpoſitione ipſiuſmet Principis. Et tunc, ſi illam intelligimus ſecundum regulas iuris communis, nihil ualeret, ſed nulla prorſus remanent, tũc puto dici poſſe, quòd præſumatur eum uti uelle iure ſuo, hoc eſt
204 ſua poteſtatis plenitudine : tum quia ſic ſemper ſumitur † interpretatio in quacunque materia, ut actus potius ualeat, & ſuſtineatur, quàm pereat l. quoties in actionibus ff. de reb. dub. & l. quotiens idem ſermo ff. de reg. iur. & l. quotiens in ſtipulationibus ff. de
205 uerbo. obligat. † tum etiam quia nemo in dubio præſumitur uti illo genere teſtandi, quo ſua uoluntas remaneat innutilis : immo contra præſumitur illum uelle illo iure teſtari, quo ſua uoluntas

melius ſuſtineri poſsit, de hoc eſt text. formalis in l. ſi miles, qui deſtinauerat ff. de milit. teſtam. & facit optime tex. in l. ſi quando, in prin. ff. de leg. 1. & in l. quidam conſulebant ff. de re iud. per quam rationem ita concludit Paul. Caſtren. in d. l. ex imperfecto, in fi. C. de teſtam. & etiam in conſi. 414. col. 3. uol. 1. & tradunt moderni Repetent. in d. l. Centurio, facit quod Decius. dicit in c. quoniam Abbas in quinta col. uer. ſecundo limitatur,
206 extra de officio, & poteſt, iud. deleg. † Aut denique actus ille, ſeu diſpoſitio illa aliquo caſu, & aliquo modo ualere poteſt, & effectum aliquem operari ſecundum ordinariam poteſtatem, ſemota plenitudine poteſtatis: & tunc in dubio dico præſumendum eſſe ipſum uoluiſſe uti iure communi, & ordinaria poteſtate: non au-
207 tem de abſoluta poteſtate quicquàm facere uoluiſſe: † quia licet uerum ſit principem eſſe legibus ſolutum: tamen fatetur etiam ſe uelle legibus uiuere d. l. digna uox C. de legib. quando ſcilicet nulla ſubeſt cauſa, aut neceſsitas (ut dictum eſt.) Facit tex. in l. ſi quã do in prin. C. de inoff. teſtam. & quòd dicit Inocent. in c. innoluit col. 1. uer. item quòd facta, in fi. & ibi apoſtilla, de elect. & ibi Abb. in fi. quę bene nota, & conſona iſtis ſunt ea, quæ dicam infra in alio articulo, an, & quando miles *cenſeatur uti iure com*muni, uel ſuo priuilegio. Ideoque concluderem, quòd ſi in teſtamento Principis facta fuiſſet ſubſtitutiò compendioſa, uerbis directis, poſt pubertatem non ualeret iure directo: nec præſumeretur uti uoluiſſe plenitudine ſuæ poteſtatis: quoniam de iure communi ualere poterit iure fideicommiſsi ſecundum tamen illam opinionem, quam teneo in hac compendioſa à Pagano uerbis directis facta, quòd poſt pubertatem iure fideicommiſsi ualeat: non autẽ in totum pereat. de quo tamen latius infra ſuo loco dicemus: & propterea nulla ſubeſt neceſsitas, propter quam dicamus *ipſum* uti uoluiſſe poteſtate ſua abſoluta, cum aliquo modo diſpoſitio illa ualere poſsit.

209 Supra dicta tamen concluſio † quòd Princeps in dubio præſumatur uti ordinaria ſua poteſtate, non autem de plenitudine, limitatur per Doctores, in d. l. Centurio quando fuiſſet appoſita Clauſula non obſtante: item quando eſſet clauſula ex certa ſcientia: quoniam his caſibus appareret, eum uoluiſſe iuri communi derogare, ut tradit Bal. in l. ſi teſtamentum in primo not. C. de teſta. uide per Moder. in d. l. Centurio.

210 Decimo octauo quæritur † an Cardinalibus, qui regibus æquiparantur, competat facultas directo poſt pubertatem ſubſtituendi, & non

& non inſtando, ubi non eſt magna difficultas: cuncludendam puto, non competere, per ea, quæ dicta ſunt ſupra in decimaquarta, & decimaquinta quæſtionibus: nam nec iſti dicuntur milites armatæ militiæ: quibus tantum fuerunt hæc priuilegia conceſſa: ſed dicuntur milites cæleſtis militiæ d. c. Epiſcopus de conceſſ. pręb. ubi Abb. & in d. c. reprehenſibile 23. quæſt. 8. quibus iſta non reperiuntur data priuilegia immo uero expræſſa inter has militias differentia facta reperitur d. l. 1. C. in quib. cau. militant.

211 Et poſito pro uero † quòd ęquiparentur regibus, cum tamen Doctores dicant, quòd æquiparantur præfectis prætorio, ut per Iaſ. Dec. & alios in l. 1. ff. de iurisdict. om. iud. tradit Abb. Sicul. in tract. de dignit. & præſt. Card. in 2. quæſtione Baſilica, ſed & ſi regibus etiam æquipararentur, tamen iſtud poſſet procedere quò ad dignitatem, & gradum, non autem quò ad autoritatẽ, ſeu poteſtatem: quia Cardinalis non eſt propterea Rex, aut Princeps: neque poteſt legem condere, aut dici ſupra legem, ut de iſtis nõ recognoſcentibus ſuperiorem dicebatur ſupra in proxima quæ-

212 ſtione. Cardinales † enim recognoſcunt Papam in eorum immediatum ſuperiorem, cui aſsiſtunt, & quotidie præbent obedientiam: & illum ut eorum principem recognoſcunt, c. in nouo teſtamento 21. diſtinct.

213 Putarem tamen illis † concedi facultatem teſtandi, & ſi filijfamiliàs ſint: quemadmodum in Epiſcopis, & cæteris Clericis dictum fuit ſupra, per tex. in l. ſacroſanctæ & in auten. Presbiteros C. de

214 Epiſcop. & Cler. Verum tamen eſt† quòd facultas teſtandi eis alia etiam ratione eſt permiſſa: uidelicet quia propter dignitatem, & præheminentiã Cardinalatus exempti ſunt à nexu patriæ poteſtatis, ut eſt tex. in auten. ſed Epiſcopalis dignitas C. illo tit. de epiſcop. & cler. latè diſputat, atque ita concludit And. Sicul. in tract. de dignit. & præſtan. Card. in prima quæſtione Baſilica, in uer. Sacerdotium non liberat, uſq; in finem.

215 Decimonono quæritur † an miles in dubio cenſeatur uti iure communi, uel priuilegio militari, circa quòd non recedendo ab his,

216 quæ dicta ſunt ſupra in decimaſexta quęſtione. Dico, † quòd ſi actus ualere poteſt & iure communi, & iure ſpetiali, præſumendũ erit, illum potius uti uoluiſſe iure communi. Iſtud autem primò probatur in l. Centurio, in primo reſponſo ff. de uulg. & pupill. ubi illa ſubſtitutio compendioſa à milite facta, infra pubertatem filio decedente, poterat ualere & ut militaris de iure ſpetiali, & etiam ut pupillaris de iure communi: nam omnia ad illam neceſſa

ria

ria requiſita concurrebant: & ita eam de iure communi potius ualere dicit ille tex. in ſecundo autem caſu, & ſic poſt pubertatem, de iure ſpetiali eam dicit ualere: quoniam de iure communi directa ſubſtitutio ualere non potuiſſet poſt pubertatem, prout illa teſtator miles directo ſubſtituerat, ut ibi dicitur.

Item probatur hoc in l. 1. C. de teſtam. milit. ibi & liquido probetur, fratrem tuum ad te caſtrenſis bona pertinere noluiſſe: ergo miles non præſumitur, uelle uti iure ſuo ſpetiali, niſi hoc liquido probetur.

Hoc idem probatur in l. quanquàm eo.tit.ubi licet cum militibus ſit propter eorum ſimplicitatem diſpenſatum, ut quoquomodo uelint, teſtari poſsint, tamen eorum teſtamenta etiam de iure communi recipiunt ualiditatem: & ita ibi deciditur caſus ille, ut ſecundum iuris communis diſpoſitionem factum intelligatur teſtàmentum illud, ut ſcilicet inſtitutis in certis portionibus reſiduum accreſcat l. 1. §. ſi ex fundo ff. de hæredib. inſtit. & in §. uidemus inſtit. eo. tit.

Idem quoque expreſsius dicitur in l. in teſtamento, in fi. C. eo. de teſtam. milit. ubi licet miles poſsit ex ſuo priuilegio etiam extraneis, poſtquàm hæredes extiterunt ſubſtituere, *tamen hoc probandum* eſt, an ita teſtator uoluerit: adeo quòd ex dictis iuribus probatur, quòd ubicunque agitur de interpretanda diſpoſitione militis, ut iure militari ualeat, ita demum illa ſumitur interpretatio, ſi modo hoc manifeſtò appareat, quòd ſcilicet ſuo priuilegio uti uoluerit: & ſic iſtud non præſumitur, niſi probetur. Et confirmatur hoc ex his, quæ dixi ſupra, quòd Papa, uel alius ſupremus princeps non preſumitur uti plenitudine ſuæ poteſtatis, niſi cauſa, aut neceſsitas ſubſit, ut not. Inocent. & Abb. in c. innotuit, in fi. de elect. & facit etiam tex. in l. ex facto ff. de uulg. & pupill. ubi Imperator etiam in concedendo priuilegio cenſetur ius imitatus.

217 Sed in contrarium † etiam ſunt aliqua iura, quibus uidetur probari, quòd immo miles in dubio cenſetur uti iure ſuo, & ſic priuilegio in teſtando. Primò eſt tex. in l. ſi miles unum ex fundo ff. de
218 milit. teſtam.† ubi ſi miles hæredem unum in fundo inſtituat, pro reliquo inteſtatus creditur deceſsiſſe: quia miles habet hoc priuile
219 gium † ut pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere poſſit: quòd ſecus eſt de iure communi l. ius noſtrum non pattitur ff.
220 de reg. iur. immo uerò in illa ſpetie † inſtitutio in re certa facta trahitur ad uniuerſum de iure communi l. j. §. ſi ex fundo, & l. ſi alterius ff. de hęred. inſtit. & ſic in illo tex. apparet, quòd in dubio miles

les cenſetur uti iure communi, & ſi aliud non appareat. Secundo
221 † hoc probatur in l. miles ita, in prin. ff. eo. tit. de milit. teſtam. ubi ſi miles aliquem ſibi ad certum tempus hęredem inſtituat, & poſt illud tempus neminem inſtituat, ualida quidem eſt illa diſpoſitio: & poſt illud tempus inteſtati ſucceſsio locũ habebit: quòd ex priuilegio militibus conceſſo procedit: quia de iure communi
222 ſecus foret † ſubducetur enim illud tempus de medio, & perpetua remaneret inſtitutio, ut eſt tex. in l. hæreditas ex die ff. de hæredib. inſtit. & ſic etiam ibi eſt tex. quòd diſpoſitio militis trahitur ad ius militare, licet aliud non appareat: unde hæc iura uidentur aduerſus ſuperiora ualide pugnare. Aliqui allegabant etiam tex. in l. fraudem §. pen. & in l. milites etiam ijs ff. de milit. teſtam. Sed ego nõ puto poſſe uim magnam fieri ſuper ſimilibus iuribus: quia licet dicatur illa priuilegia militibus competere, & quòd ita poſſunt milites teſtari, non tamen dicunt, aut probant, quòd ita cenſeatur facta ſua diſpoſitio, prout hoc probant iura ſuperius ad hoc allegata.

223 Tertiò multum efficaciter hoc probatur † in l. ſi duobus ff. de milit. teſtam. ubi ſi miles duos inſtituat hæredes, & alter omiſerit adire portionem ſuam, inteſtatus pro illa parte dicitur decedere: nec ad cohęredem alia portio pertinebit per ius accreſcendi: quòd tamen eſſe debet ſecundum diſpoſitionem iuris communis l. 1. C. quando non petent. part. ubi materia habetur, & ſubijcit ille tex. illud procedere, niſi contraria uoluntas militis probata fuerit, uidelicet quòd alij cohæredi uoluerit portionẽ illam deficiẽtem accreſcere, & ſic eſt tex. expræſſus, quòd in dubio, niſi aliud probat, ſeruatur ius militare, & ſic priuilegium.

224 Et nota quòd ex illo tex. † quod ſit incidenter dictum, uidetur probari, quòd ius accreſcendi proueniat immediate ex mente ipſius teſtatoris: cuius tamen contrarium dicit tex. in l. ſi in teſtamento ff. de uulg. & pupill. uidelicet quòd immo ex diſpoſitione legis immediate, ex diſpoſitione autem teſtatoris in conſequentiam, prout ibi Bart. declarat. Dicas tamen pro concordia uerum eſſe, quod ius accreſcendi prouenit immediate ex diſpoſitione legis d. l. ſi in teſtamento ff. de uulg. & pupill. nec contrarium dicitur in d. l. ſi duobus. ſed cum militibus ſit ex priuilegio conceſſum, ut poſsint ita teſtari, quòd ius accreſcendi in eorum teſtamento locum habeat, ut ibi dicitur: Iſtud tamen procedit, niſi alia militis uoluntas eſſe probetur: quia tunc ius accreſcendi locum habebit: ſed non propterea ſequitur, quòd ius accreſcendi dicatur prouenire

nire ex uoluntate teſtatoris, ſed ſenſus eſt,; quòd uoluntas militis eſt, ut ius accreſcendi locum habere poſsit: quod tamen prouenit à lege, eo modo, quo habetur in d. l. ſi in teſtamento: priuilegium ergo, quod habet miles hoc operatur, ut diſpoſitio legis inducentis ius accreſcendi ceſſet: uoluntas autem militis, quando in hoc adeſt: operatur, ut illa legis diſpoſitio locum habeat: non autem quòd ipſa immediate inducat ius accreſcendi: ſed dicitur potius obſtaculum priuilegij militaris remouere, per quòd illa legis diſpoſitio impediebatur: & iſte eſt uerus ſenſus illius legis ſi duobus.

225 Ad propoſitam autem materiam reuertendo, † an ſcilicet miles in dubio cenſeatur uti iure communi, uel priuilegijs militaribus in teſtando, iura (ut ex ſupradictis apparet) uidentur inuicem contraria. Igitur pro illorum concordia, & pro ueritate huius difficultatis habenda, ita puto eſſe concludendum.

Aut enim ex uerbis, quibus uſus fuit teſtator miles, apparere poteſt ipſum iure ſuo uti uoluiſſe, & tunc ſine dubio ita fiet interpre-
226 tatio, & poteſt poni exemplum in caſu l. Centurio † ubi miles filio ſuo, ſi infra uigeſimum quintum annum deceſſerit, directo ſub
227 ſtituit. Subſtitutio autem directa † etiam filio in poteſtate exiſtenti fieri uſque ad illud tempus de iure communi non poteſt, ut eſt tex. in §. fi. inſtit. de pupill. miles autem ex ſuo priuilegio hoc poteſt etiam cuicunque, nedum filio l. milites etiam his, & l. miles ita, in prin. ff. de milit. teſtam. meritò ex uerbis apparet, eum uoluiſſe uti priuilegio.

228 Si uerò ex uerbis hoc non eſt expreſſum † tunc ſi quidem in ipſa militis diſpoſitione non ſunt adhibitæ ſolennitates, quæ de iure communi ad actum illum requiruntur, puta in teſtamento non eſt numerus teſtium, aut alia neceſſaria de iure communi, deficiunt: & iſto caſu etiam in dubio erit interpretatio accipienda, quòd uti uoluerit iure ſuo pro ualiditate, & conſeruatione ipſius actus:
229 quia ſemper talis ſumenda eſt interpretatio l. quotiens in actionibus ff. de reb. dub. l. quotiens in ſtipulationibus, de uerb. obligat. & l. quotiens idem ſermo ff. de reg. iur. & in terminis in teſtamento à milite condito eſt text. in l. ſi miles, qui deſtinauerat ff. de milit. teſtam. qui tex. loquitur in fortioribus terminis, nempe quando miles propoſuerat, ſe uelle iure communi teſtari, ſi tamen ſolennitates illo iure neceſſariæ deficiunt, confugiendū eſt ad ius militare, ut actus ſuſtineatur, & non pereat, ut ibi dicitur: ergo multo magis hoc in dubio procedit.

130 Aut uerò actus poteſt † etiam de iure communi ualere :& tunc idē dico,uidelicet quòd utroque iure cenſeatur uti, quo ad effectum actus ſubſtituendi,propter caſus,qui contingere poſſunt, ut dicitur in d.l.ſi miles,qui deſtinauerat,ibi neque enim,& ibi ſed magis utroq; genere uoluiſſe propter fortuitos caſus. & idem probatur in l.Cēturio ubi lex interpræta tur militem illum utroq; iure uſum fuiſſe, ſcilicet communi, ubi illo iure ualere diſpoſitio ſua poteſt; nec ſubeſt ulla neceſsitas confugiendi ad ius militare : nam ſubſtitutio illa compendioſa,ſi infra uigeſimum quintum annum deceſſerit, ualet ut pupillaris de iure communi : ſed ſi poſtea decedat, quia iure communi directa eſſe non poteſt, ideo neceſſe eſt, ut recurrātur ad ius militare : & ſic utroque iure uſus eſt ibi miles.

131 Si uerò loquimur in caſu promiſcuo, † ſeu in differenti quo ad ualiditatem, quia utroque iure attento ualere actus ipſe poteſt diuerſimode tamen : tunc in dubio dicerem ſumendam potius fore interpræta tionem,ut de iure communi ualeat, quam de iure ſpetia

132 li: tum per regulam generalem, † quòd ubi habere poteſt locum diſpoſitio ordinaria, ceſſat extraordinaria l. in prouinciali ff. de operis noui nunciat.l.in cauſæ cognitione ff.de minor.tum etiam quia illa eſt fortior,& plenior interpræ tatio, ut in l. eius militis §. militia miſſus ff.de milit.teſtam. ideoquè illa eſt potius ſumenda, l.1.§.qui in perpetuum ff.ſi ager. ueſtig. & emphit. pet. & hac ratione procedant & loquantur iura ad hoc ſuperius allegata, uidelicet l,Centurio in primo reſponſo ff.de uulg.& pupill.l.1.l.quanquam & l. in teſtamento, in fi. C. de teſta. milit. cum in illis caſibus diſpoſitio poſsit æque de iure communi ualere : nec ſit aliqua cauſa,aut neceſsitas,cur trahatur ad priuilegium:quæ ſi adeſſet, utique poſſet iure ſpetiali ſuſtineri:cum adſit uoluntas militis per ſupradicta,& præſertim per tex.in d.l.miles, qui deſtinauerat: merito illis caſibus dicitur diſpoſitionem ad directam ſignificationem

133 trahi. † & præſertim in d.l.quanquam hoc aperte probatur, licet enim etiam militari iure ualere diſpoſitio illa potuiſſet, uidelicet in tribus tantum modo uncijs, prout teſtator ibi diſpoſuerat : tamen attenditur potius iuris communis diſpoſitio,ut ad uniuerſum trahatur,iuxta l.1.§.ſi ex fundo,& l.ſi alterius ff. de hæredib. inſtit. cum etiam illo iure ualere diſpoſitio poſsit.

Niſi tamen contraria uoluntas militis appareret,ut hunc caſum diſtincte ſupra poſui : at nunc loquimur in dubio, & quando nihil apparet expræſſe in contrarium de uoluntate teſtantis. & etiam in

 l. Centu-

l.Centurio,in primo caſu,cum ſubſtitutio de iure communi ualere poſsit,& nihil de contraria uoluntate ſit expræſſum, ſumitur interpretatio de iure communi. & ita etiam in duobus alijs iuribus hoc probatur.

Neque huic doctrinæ refragantur iura ſuperius allegata,in quibus probatur militis diſpoſitionem in dubio interpretari, ut ualeat ſecundum ius militare, licet etiam de iure communi ualere potuiſ-
234 ſet. † nam tex,in d.l.miles ex fundo ff.de milit. teſtam. neceſſario eſt intelligendus eo caſu,quo apparet de uolũtate teſtatoris,quòd uoluerit in fundo tantum inſtituere;alioquin erit contraria deciſio in eodem caſu in d. l. quanquam C. eo. tit.uel dic,ut ſtatim dicam ad aliud contrarium.

235 Ad tex,in l.miles ita eo.tit. † reſpondeo, ut ad præcedens fuit dictum.uel dic,quòd ille text. procedit tradendo doctrinam, quòd miles ita poteſt diſponere: de quo nullum eſt dubium: ſed quòd in dubio ita ſumatur ſua diſpoſitio text. non dicit hoc, ſed intelligitur, quando apparet, quòd ita uult diſponere, uerum eſt quod poteſt: ut etiam in primo reſponſo illius legis habetur.

236 Ad tex.autem † in l.ſi duobus ff. de milit. teſtam. ubi dicitur probandum hoc eſſe,quòd miles uoluerit deficientem portionem ad cohæredem,qui adiuit,pertinere ex iure accreſcendi, & ſic ſecundum diſpoſitionem iuris communis: ita quod in dubio iure ſpe-
237 tiali intelligitur. Dico illud ibi eſſe fauore patroni: † nam patrono ob beneficium datæ libertatis debita eſt portio quædam in bonis liberti l.1.& l.3.in prin.& §.fin.ff.de bon.libert. & inſtit. de ſucceſſ libert.uerùm hoc non procedit reſpectu bonorum caſtren
238 ſium,† ut eſt tex.in d.l.3.§. patronus ff.de bon.libert.quando ſcilicet de his bonis caſtrenſibus libertus miles diſpoſuit: ſed ſi ab inteſtato deceſsit, competit bonorum poſſeſsio patrono, etiam reſpectu caſtrenſium,ut in d.l.ſi duobus, dicitur: patronus ergo ibi eſt, qui impedit ius accreſcendi. quia ipſe habet bonorum poſſeſſionem:niſi uoluntas militis alia in hoc eſſet: quia tunc uideretur quodammodo teſtatus de ill s bonis, & ſic haberet locum diſpoſitio tex.in d.l.3.patronus ff.de bon. libert. quòd patronus à bonis caſtrenſibus repellatur.& ita etiam dixit glo. in d. l.ſi duobus,immo ex uerbis tex.hoc manifeſto colligitur,quia tex. non ſimpliciter de milite loquitur, ſed de milite liberto: item dicit competit patrono bonorum poſſeſsio contra tabulas:quod non haberet locum in alio milite regulariter.

239 Immo contrarium potius uidetur probari † in l.ſi certarum uerſi.

quòd

quòd ſi alterutra, illomet tit. ubi in hac materia iuris accreſcendi ſeruatur ius commune etiam in teſtamento militis. uerum tamen eſt, quòd glo. ibi dicit illud eſſe, quia hæreditas non erat ſoluendo. ſed quicquid in hoc ſit, poſito pro uero quòd iſtud priuilegium militi competat, ut ius accreſcendi non habeat locum in eius teſtamento, tamen hoc non procedet in dubio: & niſi appareat de uoluntate militis, per ſupradicta. quę omnia bene nota pro intellectu prædictorum iurium, & totius iſtius materiæ.

240 Vigeſimo quæritur, † qui ſint effectus compendioſæ ſubſtitutionis à pagano factæ: in quo breuiter eſt dicendum, quòd multiplices: & uarij poſſunt eſſe effectus eius, ſecundum uarias qualitates
241 perſonæ, cui fit: nam ſi extraneo fiat, effectus eius erit, † quòd continebit uulgarem, & fideicommiſſariam: & idem ſi filio puberi uel etiam impuberi, ſed emancipato. ſi uero fiat filio impuberi in
242 poteſtate exiſtenti, † tunc ſi contingat illum in ætate pupillari decedere, habebit effectum pupillaris ſubſtitutionis l. præcibus. C. de impub. & alijs ſubſtit. l. Centurio in primo reſponſo ff. eo. tit. c. rainutius extra de teſtam. & c. ſi pater eo. tit. in 6.

243 Si uero poſt pubertatem decedat, † tunc ſubſtitutio iſta habebit effectum fideicommiſſariæ, aut nullum.

Nam ſi uerbis obliquis, ſeu communibus ſit facta, ualebit ſine du-
244 bio iure fideicommiſsi: † ſi uero uerbis directis, tunc nulla in totū remanebit ipſa ſubſtitutio, ſecundum opinionem Bart. & ſequacium: ſed ego contrarium teneo uidelicet, quòd immo & tunc iure fideicommiſsi ſuſtineatur ſubſtitutio: quòd copioſe tractabo, & oſtendam de iure ueriſsimam hāc opinionem infra in uigeſima
245 tertia quæſtione: † iure autem directo nullo caſu habere effectum poteſt ſubſtitutio iſta poſt pubertatē à pagano facta: a lege enim eſt expræſſe interdicta iſta facultas directo poſt pubertatem ſubſtituendi l. uerbis ciuilibus ff. de uulg. & pupill. & §. extraneo in-
246 ſtit. de pupill. cum ſimil. † militi autem eſt hoc in priuilegium conceſſum, l. milites etiam ijs l quærebatur §. fin. l. in fraudem §. pen. l. miles ita in prin. ff. de milit. teſtam. l. Centurio ff. de uulg. & pupill. l. in teſtamento, in fi. C. de teſtam. milit.

247 Sed uigeſimo primo quæritur, † quæ ſit ratio, quòd paganus non poſsit poſt pubertatem, & aditam hæreditatem directo ſubſtituere? Lancel. Galiaula. & Ripa in d. l. Centurio nonnullas referunt rationes.

148 Prima eſt quia, † cum per aditionem hæredis inſtituti bona ipſa ſint confuſa, & unum factum ſit patrimonium, l. ſed ſi plures §. filio

ff.de uulg.& pupill.not.in l.1.§.ueteres ff.de acquir.poſſeſſ.ubi ali quando dixi, & plenius tractaui in l. qui Romæ §. duo fratres, in
249 primo not. ff. de uerbor. obligat. uideretur teſtator † de rebus iam factis alienis diſponere, & ſic ipſius hæredis: quod non licet
250 auten. ingreſsi C.de ſacro ſanct.eccl. † Satis enim habuit lex, ſi teſtatori permiſit, poſſe de bonis ſuis poſt ſuam mortem diſponere re, & ſic eo tempore, quo ipſe amplius non eſt dominus ut dicit glo. in l. illa inſtitutio ff. de hæredib. inſtit. uerum nondum tranſiuerunt in dominium alterius: at noluit hoc idem quoque permittere, & poſtquàm bona in Dominium alterius tranſiuerunt. Sed iſta ratio non eſt bona: quia, ea attenta, non poſſet etiam per fideicommiſſum diſponere, cum iam facta ſint pariter bona aliena, & ſic militat ratio d. auten. ingreſsi. Et præſertim quia quando teſtator diſpònit, bona iſta non reperiuntur in alterius dominium translata: & licet transferatur effectus diſpoſitionis in tempus, quo bona illa ſunt facta alterius, iſtud non debet eſſe in aliqua cõ
251 ſideratione † quia ſunt facta alterius ex diſpoſitione ipſius teſtatoris, qui debet poſſe quam legem uult ſuis bonis imponere §. diſponat in auten. de nupt. & latiſsimum in hoc lex tribuit arbitrium l. 1. C. de ſacro ſanct. eccl. & l. uerbis legis 12. *tabularum ff.de* uerbor. ſignifi.& prout ſibi hoc tribuitur poſſe facere per uiam fideicommiſsi, etiam poſtquàm bona facta ſunt alterius, ut dictum eſt, & facit quòd tradit Bald. in l. præcibus, col. fi. uer. iudic. C. de
252 impub.& alijs ſubſt.ubi dicit quòd teſtator ab initio poteſt † quodcunque grauamen bonis ſuis imponere, & ad quencunque uadant bona tranſeunt cum illo onere ſic ab initio iniuncto: quæ ratio pariter militare debet in ſubſtione directa, et ab initio teſtator poſſit ſua bona ita afficere. Item non eſt abſolute uerum, quòd teſtator non poſsit etiam de rebus alienis diſponere, & præſertim *hæredis* §. non ſolum inſtit. de leg. l. unum ex familia §. ſiquis rem ſuam ff. de leg. 2.
253 Secunda ratio aſsignatur † quam communiter Doctores ſequuntur, uidelicet quia qui ſemel eſt hæres, non poteſt amplius deſinere eſſe hæres, l. ei qui ſoluendo ff. de hæredib. inſtit. l. & ſi ſine S.
254 ſed quòd Papinianus ff.de minor. Neque † poſſunt eſſe eodem tempore hęredes inſolidum l. ſi ut certo §. ſi duobus uehiculum ff. comm. l. quòd contra §. uni duo ff. de regul.iur. In milite tamen iſtud tolleratur ex ſpetiali priuilegio ei conceſſo. Sed & contra
255 iſtam rationem † moueo difficultatem: nam ſecundum eam ſequitur, quòd poſſet fieri directa ſubſtitutio poſt mortem inſtituti,

qui

256 qui adiuit: quoniam tunc ceſſat ratio ſupradicta † quòd qui ſemel eſt hæres, non poteſt amplius deſinere: nam illud eſt uerum uſq; quò uiuit: poſt mortem uerò utique deſinit eſſe hæres: quia mors omnia ſoluit §.deinceps in auten. de nupt. & non entis nullæ ſunt qualitates l. eius, qui in prouincia ff. ſi cert. pet. ideoque hæres, qui non eſt amplius in rerum natura, non poteſt dici hæres ipſius teſtatoris: ergo eo caſu in hæreditate deberet poſſe ſubſtitutus directus dari, & ſuccedere: conſequens autem eſt falſum, ut eſt tex. in l. uerbis ciuilibus, in ſui generalitate ff. de uulg. & pupill. & expreſſe hoc dicitur in §. fi. inſtit. de pupill. ſubſtit. ergo ratio non eſt uera.

Nec prædictis obſtat ſi quis fortè ſuſtinendo prædictam rationem
257 diceret † quòd immo etiam poſt mortem hæredis, qui adiuit, non poteſt fieri hæres directò alius ſubſtitutus per ſupradictam rationem: quia iura tranſeunt in hæredem ipſius hæredis inſtituti defuncti, adeo quòd non poſſunt pariter eſſe in perſona alterius, & ſic in perſona ſubſtituti: quia ſic duo eſſent hæredes in ſolidum eiuſdem perſonæ: quod eſſe non poteſt, ut in prædicta ratione. Et facit, quia hæres hæredis dicitur teſtatoris hæres l. fi. ff. de hæredib. inſtit.

258 Nam reſpondeo † uerum eſſe quòd iura tranſeunt in hæredem ipſius hæredis inſtituti, poſtquàm defunctus eſt, & ſic pœnes illum reperiuntur: ſed iſtud eſt, quia non reperitur datus ei ſubſtitutus, qui ſi eſſet datus, utique iura hæreditaria non tranſiuiſſent ad hęredē ipſius hęredis inſtituti, ſed ad ipſum ſubſtitutum: prout hoc uidemus in caſu pupillaris ſubſtitntionis, quia ſi non eſt datus ſub ſtitutus aliquis pupillo, bona, & hæreditas eius ad illius hæredes ab inteſtato tranſeunt: ſi autem eſt datus ſubſtitutus: tunc ad illũ pertinent, & in illum tranſeunt illa iura, non autem in ſucceſſuros ab inteſtato; quia immo hoc idem & in uulgari ante aditam hære ditatem uidemus, quia ſubſtitutus uulgariter impedit, ne hæreditas, & iura tranſeant ad uenientes ab inteſtato ut eſt text. in l. uel ſingulis ff. de uulg. & pupill. igitur illa non eſt bona ratio, quòd ideo non poteſt fieri ſubſtitutio directa poſt pubertatem, quia iura ſic apud duos inſolidum eſſent: quoniam data facultate ſubſtituendi directo, iura non tranſibunt in alios, & ſic non ſequetur hoc inconueniens d. l. uel ſingulis.

259 Et hoc idem † etiam uidemus in pluribus ſimul inſtitutis, quia portio in unius perſona deficiens tranſit per ius accreſcēdi ad coniunctos l. 1. ubi materia C. quando non petent. part. petent. accr. ubi aliquando

aliquando dixi. & in l.re coniuncti ff.de leg. 3. quod tamen ius ceſſat,ubi eſt datus ſubſtitutus: quia ipſe expræſſam habet uoluntatẽ teſtatoris,ille autem tacitam, & à lege prouenientem in defectum expræſſæ diſpoſitionis teſtatoris, ideo præfertur: nam expræſſum facit ceſſare tacitum l.cum ex filio §. filio impuberi ff. de uulg. & pupill.& probatur illud in l. 1.§. ſinautem aliquod ſub conditione C.de cad.tollen.& plenius dixi ſupra in materia uulgaris in ſecundo effectu. ſic ergo & in propoſito, ſi dari hoc caſu poſſet ſubſtitutus directo poſt aditam, utique bona illa,& hæreditas non tranſirent ad hæredem inſtituti, ſed ad ſubſtitutum tantum per teſtatorem datum, & conſequenter non eſt uerum quòd reſultaret illud inconueniens,quòd duo inſolidum eſſent hæredes &c. per ſu-
260 pradicta. aut quod qui ſemel eſt hæres &c. † quia iſta regula procedit, quandiu ille uiuit: poſtquam uerò deceſsit, non habet amplius locum per text. in d.§. deinceps in auten. de nupt. & optime faciunt ea, quæ dixi in l. qui Romæ §. duo fratres, in primo not. in uerſi. ultra quod eſt aduertendum nume. 48. ff.de uerbo. obligat.

261 Præterea ex alio etiam † euidentiſsime probatur hanc rationem non eſſe bonam: nam ſecundum eam ſubſtitui directo poſſet, ſaltem quando ſubſtitueretur illemet qui etiam inſtitueretur poſtea ab ipſo hærede inſtituto a primo teſtatore: uel is,qui ab inteſtato eidem hæredi inſtituto poſtea ſucceſſurus erat:illa enim ratio omnino ceſſaret quòd duo non poſſunt eſſe hæredes inſolidum. quia iſto caſu eſſet una perſona tantum. Alia igitur ratio eſt perquirenda.

262 Aliam ergo rationem† referebat Galiaula in d.l.Centurio col. 20. uer.ſolum adde num. 95. uidelicet propter quartas detrahendas, ut eſt legitima,& trebellianica,& quandoque utraque ſimul detrahitur: nam non fuit uiſum conueniens, quòd hæres inſtitutus cui ius harum quartarum competit,uniuerſali ſucceſsione priuaretur, prout contingit,quando datus eſt ſibi ſubſtitutus directus, & poſtea quartas repeteret, ut ibi per eum.

263 Sed iſta ratio nihil omnino ualet: † nam primo quo ad legitimam ſequeretur, quòd uulgaris ſubſtitutio fieri nou poſſet illi,cui debetur legitima, & ſic filio & ſimil.quod tamen falſum apparet: nam ſi filio à patre inſtituto uulgariter ſubſtituatur, iſque paternam hereditatem repudiet, & ſuam legitimam ſibi iure naturæ debitam uelit, nihilominus uulgaris ſubſtitutio, quæ eſt directa, locum habebit.

Quo

264 Quò uerò ad trebellianicam † ridiculum mihi uidetur hoc dicere, quòd adempta ſit teſtatori facultas directo ſubſtituendi propter
265 quartam trebellianicam: quæ à lege poſt introducta fuit, † ut uoluntas teſtatoris. fideicommittentis conſeruaretur, ut eſt tex. in §. ſed quia hæredes ſcripti, & inſtit. de fideicommiſſar. hæredit. unde trebellianica potius detrahitur contra mentem teſtatoris. ideo non eſt conueniens, ut propter illam impediatur quo minus teſtator poſsit facere directam diſpoſitionem: cum illa fuerit à lege introducta, ut ſuſtineatur fideicommiſſaria ſubſtitutio d. §. ſed quia hæredes.

266 Præterea † quarta trebellianica non detrahitur, ex ſubſtitutione directa: ideo non eſt ad propoſitum dicere, quòd ſi eſſemus in caſu, in quo detrahenda foret trebellianica, eſſet petenda de manu alterius, ſi quidem ſubſtitutio iure directo ualeret. nam nullo caſu poteſt eſſe locus detractioni trebellianicæ, quando eſt ſubſtitutio directa.

267 Ego autem ſic puto eſſe dicendum, † uidelicet quòd ideo lex non conceſſerit hanc facultatem pagano poſt pubertatem, & aditam hæreditatem ſubſtituendi, quia non fuit hoc neceſſarium: nam
268 † ſubſtitutio hac ratione fuit introducta, ut facilius ſuſtineãtur uoluntates teſtatorum, & ne caduca fierent l. 1. §. 1. C. de cad. tollen. nam niſi ex teſtamento hæreditas adeatur, omnia in eo ſcripta corruant l. ſi nemo ff. de teſtam. tut. unde cum hæres poſsit de facili nolle adire hereditatem, ut quia ſuſpectam illam habeat, uel alijs de cauſis l. quia poterat ff. ad trebell.

Ideo introductũ fuit, ut poſt primum gradum poſsit etiam ſecundus fieri, ut primo deficiente poſſet per ſecundum confirmari teſtamentm d. l. 1. §. 1. C. de cad. tollen. & facit etiam tex. in l. 3. §. fi. ff. de liber. & poſth. & nota quia nunc loquor de ſubſtitutione in genere, & in abſtracto, uel etiam de uulgari, quæ eſt regularis, & omnibus communis reſpectu cæterarum ſubſtitutionum: nam cæteræ ſpecies ſubſtitutionum particularem aliquam habent rationẽ, & quibuſdam tantum perſonis conueniunt, ut pupillaris, exemplaris, & directa militaris. & quo minus deſtitui ex hoc poſſet teſtamentum, non ſolum unum ſubſtitutum fieri poſſe diſpoſuit lex, ſed duos & tres, ac deinceps ad l bitum: & tandem etiam prouidit, ne omnibus omnino forte repudiantibus, deſtitui teſtamentum poſſet, ſtatuit ut ſeruus poſt omniũ ſubſtitui poſſet, qui neceſſario adire cogeretur, & cui omnis adempta facultas eſt repudiandi. inſt. de uulg. ſubſtit. in prin. & l. poteſt ff. eo. tit. adeo quod lex ſubſtitu

tionem

tionem introducendo hoc potiſsimũ iniuncta fuit, ne teſtamenta per non aditionem deſtituerentur. ſtatim uero cum hæres adiuit hæreditatem, ſatisfactum eſt huic effectui. & huic intentioni legis quia teſtamentum eſt confirmatum: ideo lex ultra non curauit introducere tunc aliam ſubſtitutionem directam cum iam teſtamẽtum ſit aditione confirmatum, ad quem finem potiſsimum fuit introducta ſubſtitutio, ut in prædictis iuribus.
Aliç uerò tres ſpecies directarum ſubſtitutionum alijs rationibus ſpetialiter introductæ, fuerunt, ut ſupradictum eſt, & uidimus ſupra in ſingulis illis ſubſtitutionibus.
269 Fideicommiſſaria autem † longè poſt permiſſa fuit, & alia quidem de cauſa, non ut per illam teſtamenta confirmarentur, immo uero illa requirit teſtamentum antea confirmatum per aditionem hære
270 ditatis, † ut eſt tex. in §. in primis inſtit. de fideicommiſſar. hæred. & in l. recuſare, & l. nam quòd §. fi. & l. ſeq. ff. ad trebell. & ad iſtum finem lex redegit fideicommiſſa ad neceſsitatem, ut ſcilicet ſeruaretur uoluntas defunctorum, ut probatur in d. tit. de fideicom. hæredit. in prin. & ſic alius fuit finis, & diuerſus à ſubſtitutione directa.
271 Vigeſimo ſecundo quæritur, † an compendioſa *ſubſtitutio à pagano* in Codicillis facta uerbis directis ualeat iure fideicommiſsi, & ſic an illa uerba directa trahantur ad fideicom. in quo non multum immorando, glo. in l. uerbis ciuilibus ff. de uulg. & pupill. tenet quòd trahatur ad fideicom. & ita etiam tenet Bart. ibi, & eſt communis opinio: licet Iac. de Arena.
272 Contrarium teneret † ratio autem & fundamentum eſt, quia, cum hæreditas in codicillis directo dari non poſsit, neque etiam adimi, ſed tantummodo per fideicommiſſum, ut eſt tex. in §. codicillis, & §. ſeq. inſtit. de codic. & in l. hæreditas C. eo. tit. & in l. 2. §. fin. ff.
273 eo. † merito ſumitur illa interpretatio, quòd rei, de qua agitur aptior, & magis conſona ſit l. quotiens idem ſermo ff. de reg. iur. & ſecundum quam actus potius ſuſtineatur, quam pereat l. quotiens in actionibus ff. de reb. dub. & l. quotiens in ſtipulationibus ff. de uerb. oblig.
274 Sed præterea † de hoc eſt caſus in l. ſcæuola ff. ad trebell. & licet Iac. de Arena, qui contrarium, tenebat, diceret, quòd non fuerat ibi facta ſubſtitutio uerbis directis, ſed potius obliquis tamen iſta intelligentia ad illum tex. non recte procedit: tum quia, ut dicebat ibi Bart. non eſſet tunc opus recurrere ad iuris benignitatem, prout in illo tex. dicitur, quia ſecundum uerborum propriam naturã,
& ſignifi-

& ſignificationem fideicommiſſum ſignificarent: tum etiam quia tex.in ſui generalitate non patitur iſtam reſtrictionem: neq; enim ueroſimile eſt,quòd ſi illo caſu tantum procederet ille tex.quando ſcilicet fuit facta ſubſtitutio uerbis communibus uel obliquis:ita ſimpliciter fuiſſet locutus non diſtinguendo differentiam uerborum. & iſtam concluſionem, prout eſt gloſ. Bart. & aliorum doctorum communiter,ita puto eſſe ueriſsimam: & eam nota per ea,quę dicam in ſequenti quæſtione.

275 Vigeſimo tertio quęritur,† an compendioſa à pagano in teſtamento uerbis directis facta filio impuberi in eius poteſtate exiſtenti poſt pubertatem in totum expiret, an uero ſaltem iure fideicommiſsi ſuſtineatur? nam ſi infra pubertatem decedat, non eſt dubitatio aliqua,quòd iure pupillaris ualeat: Dubium ergo remanet filio poſt pubertatem decedente, in hoc autem communis opinio omnium gloſarum,Bart.Alex. & aliorum plurium eſt, quòd in totum expiret. & dicit Alex.in l. Centurio quòd hanc opinionem ſemper tenuit, & ſemper tenebit, & ita etiam in d.l.præcibus C. de impub.& alijs ſubſtit.Bart. & plures alij tenent poſt glo.ibi, & in d. l. Centurio, & in §. qua ratione inſtit. de pupill. idem tenuit Azo.in ſumma ſua.Iac.de beluiſoDyn.& oẽs ferè antiqui. Contrarium uero,quod immo iure fideicommiſsi ſuſtineatur, tenuit Ioa. Andr.in c.ſi pater, de teſtam.in 6. & alij,quos etiam refert dominus Ale. in d.l. Centurio. eam quoque,uti æquiorẽ,ſequitur Dec. in d.l.præcibus. Polit.in ſuo tract.& etiam in effectu Zas.licet uideatur diſtinguere,& uelle ſupradictas duas opiniones concordare,uidelicet quòd quo ad bona ipſius filij,cui eſt facta ſubſtitutio, extinguatur in totum, nec trahatur ad fideicommiſſum: quo uero ad bona teſtatoris, ualeat iure fideicommiſsi. ſed iſtud nihil aliud eſt dicere,niſi quòd uera ſit hæc ſecunda opinio: quoniam nullus

276 illorum, qui eam tenent, diceret † quòd quando ſubſtitutio ualet iure fideicommiſsi, in ea ueniant etiam bona propria grauati:ſed tantum ueniunt bona teſtatoris, ut eſt caſus in l. cohæredi §. cum filio ff.de uulg.& pupill.& probatur etiam in d.l.præcibus, in fi.& alibi ſępe in iure.

Articulus eſt notabilis,& principalis in iſta materia,& ſatis dubius unde illum diligenter intendo diſcutere igitur pro opinione gloſarum, Bart.& ſequacium.

277 † Primo adducitur tex.in l.in pupillari ff.de uulg.& pupil.ubi licet in ſubſtitutione longius tempus fuerit comprehenſum, prout hic fuerat:finietur tamẽ pubertate,& ſic illud tẽpus ultra nõ porrigit.

278 † Secundo efficacius iſtud probatur in §.extraneo inſtit. de pupill. ubi expræſſe dicitur, quòd filio puberi non poteſt ita ſubſtitui, ſi infra aliquod tempus deceſſerit, alius ſit ei hæres, & ſic uerbis directis, ſed tantummodo per uerba fideicommiſſum importantia
279 fieri hoc poteſt:& ſic uidetur ibi caſus iſte deciſus. † Et nota quòd ibi adeſt negatiua propoſita uerbo poteſt, quæ tollit omnem potentiam, ut eſt gl. in c. 1. de reg. iur. in 6. & not. in l. 1. in prin. ff. de uerbor. obligat. ubi aliquando dixi.
280 † Tertio adhuc fortius ſtringit, tex. in l. uerbis ciuilibus ff. eo. ti. ubi uerbis ciuilibus, hoc eſt directis, ſubſtitutionem poſt decimum quartum annum fruſtra fieri dicit: ſi fruſtra fit, ergo non etiam iure fideicommiſsi: quia ſi illo iure ualeret, non eſſet fruſtra facta, immo magis effectus foret illa ſubſtitutio.
281 † Quarto probatur in l. poſt aditam C. de impub. & alijs ſubſti. ubi directæ ſubſtitutiones puberibus factæ expirant poſt aditam hæreditatem: ſi expirant, ergo nihil remanet, & ſic etiam fideicommiſſaria ceſſat.
282 † Quinto probatur, nam teſtator iſte uoluit facere directam ſubſtitutionem, ut ex eius uerbis colligitur: quam tamen non poteſt facere, quia lex repugnat. fideicommiſſariam uerò noluit, cum
284 uerba illam non exprimant, † ergo nec de ea ſenſiſſe eſt dicendum l. labeo. ff. de ſuppellect. leg. ideo ſuccedit illud, quod potui, nolui: quod uolui, implere nequiui, l. multum intereſt C. ſi quis alteri uel ſibi.
284 † Sexto plurimum urget, quia quemadmodum poſt pubertatem, & aditam hæreditatem ſubſtitui directo per paganum non poteſt, ſed per fideicommiſſum poteſt, ut eſt tex. in d. §. extraneo inſtit. de pupill.
285 † Ita etiam nec ſeruo alieno relinqui directo libertàs poteſt, l. ſeruo tuo C. de teſtam. manum. & inſtit. de ſingul. reb. per fideicom. relict. §. qui autem. per fideicommiſſum autem poteſt §. Libertus
286 inſtit. eo. tit. † modo ſi directa libertas ſeruo alieno relinquitur, remanet in totum nulla illa diſpoſitio: nec trahitur ad fideicommiſſum, ut eſt tex. in l. ſi ſeruus legatus §. ſi ſeruus alienus ff. de leg. 1.
287 Cum igitur in cauſa libertatis, † cuius uſus fauorabilis eſt: & multa illius fauore contra iuris regulas ſtatuta ſunt l. generaliter §. ſi quis ſeruo pignorato ff. de fideicom. liber. l. pęnales §. fi. ff. ad leg. fal. §. fin. inſtit. de donat. cum ſimil. diſpoſitio uerbis directis facta non trahitur ad fideicommiſſum, ſed remanet potius funditus nulla: multo quidem magis hoc erit in caſu propoſito di-

ſito dicendum: & ſic argumentum plurimum ſtringit.

288 † Septimo facit, quia habemus, quòd diſpoſitio teſtatoris quæ nō poteſt iure directo ualere, licet poſſet ualere iure fideicommiſsi, tamen potius remanet nulla, quam trahatur ad fideicommiſſum: ſi hoc probauero, uidetur deciſa quæſtio: Hoc autē probatur in l. 1. ff. de iure codicill. ubi diſpoſitio illa, quæ non poteſt ut teſtamentum ualere, quando eſt uti teſtamentum facta: licet poſſet uti codicillus ualere, tamen non ualebit etiam uti codicillus, ſed in totum nulla remanebit. & hoc idem & fortè melius probatur in l. illud §. tractari eo. tit. & probatur etiam in l. cohæredi §. cum filio uer. quæ ita locum habent ff. de uulg. & pupill. ubi ſi ſcriptura teſtamenti non ualet ut teſtamentum, non ualebit etiam ut codicillus, niſi hoc expræſſum fuerit: non ergo aliter ualebit directa ſubſtitutio iure fideicommiſsi, quàm ſi hoc expræſſum fuerit, ut ibi dicitur: ſed in caſu noſtro nihil eſt expræſſum de fideicommiſſo, immo potius contrarium, ergo &c. iſtudque etiam expræſſe dicitur in l. fi. §. illud C. de codicillis. Et ad prædicta etiam facit text. in l. non codicillum C. de teſta.

289 † Octauò, & ultimo probatur, dimiſsis multis alijs, quoniam in iſtis uis maior conſiſtit: nam ſpeciali fauore libertatis ſtatutum eſſe animaduertimus, quòd uerba directa ad fideicommiſſum trahantur, ad hoc ſcilicet ut datio libertatis ſuſtineatur eo modo, quò melius poteſt, ut eſt tex. in l. generaliter §. ſi quis ſeruo pignorato ff. de fideicomm. libert. ergo in contrarium erit ius commune.

290 † Nam alioquin ſuperfluum fuiſſet illud ſpecialiter in cauſa libertatis ſtatuiſſe, ſi quidem & in alijs caſibus hoc procederet: nec ullū ibi fuiſſet neceſſarium libertatis priuilegium l. 1. ad fi. ff. ad Municip. l. 1. C. de theſaur. lib. 10. cuius tamen contrarium expræſſe dicit ille tex. in d. §. ſiquis ſeruo pignorato, ubi iuriſconſultus manifeſtò ſpecialitatem in cauſa illa libertatis conſtituit.

291 † Pro contraria autem ſententia, quòd immo ualeat iure fideicommiſsi, inſtituto poſt pubertatem defuncto, non autem nulla omnino remaneat ſubſtitutio, quam tenuerunt Ioan. And. & ſequaces, primo adducitur, quia cum teſtator in ſua ſubſtitutione comprehenderit etiam tempus poſt pubertatem, quia dixit quandocunque poſt pubertatem deceſſerit, &c.

292 Vtique mentem eius potius, quàm uerba intueri, & ſectari debemus l. 3. §. conditio ff. de adimend. leg. l. 3. C. de liber. præter. cum ſimil. non enim uerbis, ſed rebus intendimus l. 2. in fi. C. communia de leg. c. commiſſa §. porrò, de elect. in 6.

293 † Sed ſi quis per ſupradicta tueri cõtrariam opinionem uellet, poſſet ad hoc arg. reſpondere, illud procedere, quando de illa mente teſtatoris apparet, quòd ſcilicet uoluerit per fideicommiſſum diſponere, quod non ſolum hic non apparet, ſed potius contrarium apparet: quia uerba, quibus uſus fuit, aliud innuunt: uidelicet ꝙ directam, non aũt fideicommiſſariam facere uoluerit: Nec enim quis dixiſſe uidetur id, quòd non expræſsit l. labeo ff. de ſuppell. leg. Vnde argumentum potius retorquetur, quòd ſcilicet non ualeat iure fideicommiſsi: ne inducatur unum, quod ſit contra men
294 tem teſtatoris. † Niſi enim teſtator expræſſerit fideicõmiſſum, nõ eſt illud inducendum, ut tradit Soc. in conſi. 62. colu. 3. uer. Et in primis, & conſi. ſeq. col. 6. uer. ſed præmiſsis non obſtantibus uol. 3. cum multis ſimil. Complura accumulat Crau. in conſ. 161. col. pen. & fin. idque eo maxime procedit, quia diuerſa immo contraria ratio militat inter directam, & fideicommiſſariam
295 ſubſtitutionem. † Nam directa eſt fauorabilis, & utilis diſpoſitio, ad quòd allego tex. in l. ſi pupillus ff. de acquir. hæredit. ibi impugnat enim utilitatem pupilli, &c. fideicommiſſaria uerò ſubſtitutio ſolet dici onus: ad quod allegant Doctores tex. in l. cohæredi §. cũ filio, ff. de uulg. & pupill. Sed melius iſtud probatĩ in l. ſi arrogator ff. de adopt. ubi patri arrogatori permittitur poſſe pupillariter ſubſtituere reſpectu quartæ, quàm ei tenetur relinquere ex legis diſpoſitione: ſed per fideicommiſſum non poteſt, quia non ex iudicio teſtatoris illam conſequitur: ideo eum fideicommiſſo grauare non poteſt, & ſic utrunque ibi bene probatur, & quòd pupillaris ſubſtitutio eſt fauorabilis, & fideicommiſſaria onus.
296 Secundo † pro iſta opinione allegatur tex. in l. præcibus C. de impub. & alijs ſubſtit. ſecundum intellectum Salic. quem ego ſupra approbaui, uidelicet quòd ibi teſtamentum fuiſſet de iure communi conditum.
297 † Sed profectò ſuper illo tex. uis fieri non poteſt, propter uarios intellectus, qui ad illum tex. traduntur. Nam aliqui intelligunt, illud eſſe fauore matris: alij quòd non uerbis directis, ſed communibus fuerit ibi facta ſubſtitutio. Alij uerò quòd immo iure directo ibi ualeat ſubſtitutio ex priuilegio militari: prout ego ſupra retuli omnes iſtos intellectus plenius.
298 † Ideo ſuper illo tex. non põt fieri fundamentũ per not. per Bar. in l. in ambiguo ff. de reb. dub. Quod .n. multipliciter exponitur, eius ueritas ignoraĩ Bal. in l. ſcire leg. ff. de ll. & in ead. l. præcibus, & in conſi. 218. col. 1. uer. multiplex & in conſi. 228. uol. 3. unde cũ
non

non pro conſtanti habeamus, ſubſtitutionem ibi fuiſſe uerbis direct s factam, non rectè ille tex. ad propoſitum quæſtionis noſtræ allegatur.

299 † Tertiò allegatur tex. in c. Rainutius, extra de teſtam. ſed reſponderi poteſt ut ſupra proxime dixi, uidelicet quòd non fuerat facta ibi ſubſtitutio uerbis directis, in quo conſiſtit tota uis præſentis difficultatis, ſed communibus, ut eſt uerbũ ſuccedat moriatur &c.

300 † Quartò adducitur text. qui ſatis ſtringit in l. pater Seuerinam §. conditionum uerba ff. de condit. & demonſtrat. ubi idem uerbũ ſecundum diuerſitatem temporis, & facultatem teſtatoris diuerſificatur, & uariatur in eius ſignificatione.

Sed poteſt & ad iſtud reſponderi, prout reſpondet Bar. in l. in pupillari in 1. opp. ff. de uulg. & pupill. uidelicet quòd in quacunq; ex illis duabus ſignificationibus accipiãtur illa uerba, uidelicet ſiue pro tutela, ſiue pro cura: ſemper reſultat diſpoſitio fauorabilis ipſius minoris: non ſic autem eſt in materia noſtra: quia ſi de directa ad fideicommiſſariam transeamus, fit tranſitus de ſubſtitutione fauorabili ad oneroſam d. l. cohæredi §. cum filio ff. de uulg. & pupill. & d. l. ſi arrogator ff. de adopt. iuncto tex. per me ſupra allegato in d. l. ſi pupillus ff. de acquir. hæredit.

301 † Quinto adducitur tex. in l. Scæuola ff. ad Trebell. ubi ſubſtitutio, de qua ibi, cum non poſsit iure directo ualere: quia in codicillis facta: trahitur ad fideicommiſſum: ergo & in caſu noſtro dicamus, quòd cũ iſta ſubſtitutio non poſsit iure directo ualere poſt pubertatem, trahatur ſaltem ad fideicommiſſum.

Sed Alex. in d. l. Centurio reſpondebat, quòd ibi erat defectus in accidenti, cum illa diſpoſitio fuerat in codicillis facta, non autem erat defectus in ſubſtantia ipſius diſpoſitionis: nam diſpoſitio illa in ſe erat ualida, & legitimè quidem facta: uerum quia non fuerat in teſtamento poſita, deficit, & ſic defectus erat extrinſecus, non autem intrinſecus. In caſu autem noſtro defectus erat intrinſecus, & in ſubſtantia ipſius diſpoſitionis: quia non uerbis aptis ad illum caſum, quando ſcilicet ille poſt pubertatem deceſsit, fuerat concepta. Alia etiam ſol. traditur, uidelicet quòd hic potuit ſubſtitutio ſaltem infra pubertatem rectè ualere: ideo non eſt ita neceſſarium, ut ad fideicommiſſum trahatur: ibi uerò ſi non trahitur ad fideicommiſſum, nihil unquàm, nec ullo caſu ualebit, ideo trahitur ad fideicommiſſum, ne aliàs ſine effectu omnino remaneat.

302 † Sextò adducitur tex. in l. ex facto, in prin. ff. ad Trebell. & in l. filiusfa-

filiusfamiliā §. ut quis hæredem ff. de leg. 1. ubi quando uerba nō poſſunt in ſenſu directo hæredem ſignificare, trahuntur ad ſenſum obliquum, & uerificantur in fideicommiſſario. Sed idem Alexan. qui aliam opinionem tuetur: reſpondebat, quòd ibi adſunt uerba denotantia fideicommiſſum, quia dixit Rogo, ut illum facias hæredem: quę uerba denotant, ut de manu alterius capiat, & ſic non directò.

303 †Septimò facit, quia etiam ubi uerba omnino repugnant, inducitur ſubſtitutio, licet à teſtatore omiſſa, ut patet quia uulgaris expræſſa porrigitur ad pupillarem, l. iam hoc iure ff. de uulg. & pupill. ergo multo magis hoc procedere poterit, ubi uerba aliquo modo patiuntur, pro ut eſt in caſu noſtro, ubi eſt dictum quandocunque deceſſerit, titium hæredem facio ut iuribus ſupra allegatis in præcedenti argumento.

304 † Sed ſubtiliter reſpondendo dic, quòd ibi lex procedit ſupplendo defectum hominis teſtatoris, qui caſum illum penitus omiſit: immo nec ullo modo cogitauit. ideo lex ſubintrat diſponendo illo modo, quo putat, & ueroſimile eſt teſtatorē diſpoſiturum fuiſſe, ſi caſum illum cogitaſſet. at in propoſito quæſtionis noſtræ teſtator caſum iſtum cogitauit, & diſpoſuit: uerum non recte, & illo modo, prout iure ſancitum erat, ideo lex non ſe intromittit: nec eſt opus hic conſiderarè illud, quod teſtator ueroſimiliter diſpoſiturus fuiſſet, ſi cogitaſſet: quoniam ipſe & cogitauit, & diſpoſuit. Quod nota pro ratione diuerſitatis inter illum caſum, & iſtum.

Aliter etiam reſponderi poteſt, quòd ibi agitur de trahenda ſubſtitutione directa ad fideicommiſſariam: ſed de una directa ad aliā directam: quod facilius admittitur: quia in habentibus ſimbolum facilior eſt tranſitus l. in rem §. item quæcunq; ff. de rei uendicat. ultra quòd directa eſt fauorabilis, fideicommiſſaria autem oneroſa, ut ſupra eſt dictum.

305 † Octauo, & ultimo adducitur, hoc enim uerbum hæres eſto, uel hæredem facio, idem ſignificat, quòd dominus eſt, uel dominum facio l. his uerbis, in prin. ff. de hæredib. inſtit. l. item mella §. legis Aquiliæ ff. ad l. Aquil. & §. fin. inſtit. de hæred. qualit. & differ.

306 † Dominus autem non ſolum ille dicitur, qui habet directum, ſed etiam ille, qui utile habet dominium l. 1. §. fi. ff. ſi ager uectig. uel emphit. pet. not. Bart. in l. ſed & ſi poſſeſſori §. item ſi iurauero ff. de iureiur. & propterea ceſſat præcipuum fundamentum communis opinionis, uidelicet quò uerba non ſint habilia importare fideicom-

deicommiſſum, ideoque quòd conſequenter deficiat, etiam mens diſponentis. quia cum uſus fuerit uerbis aptis ſignificare etiam fideicommiſſum, poſſumus ſatis dicere ipſum habere potuiſſe hanc mentem etiam ſic diſponendi. niſi reſpondendo, & tuendo contrariam opinionem diceres, quòd iſta quæſtio procedit præſuppo nendo quòd ſubſtitutio fuerit facta uerbis omnino directis, hoc eſt uerbis conuenientibus directæ ſubſtitutionis tantum: neque enim dubium eſt, quòd ſi uerba poſſent etiam ad fideicommiſſum referri, quòd ualeret diſpoſitio in uim fideicommiſsi: ſed eſſemus tunc extra terminos quæſtionis, quia potius tunc dicerentur uerba communia. unde ex iſtis remanet defenſata opinio iſta gloſarum Bar. Ale. & ſequacium, gratia illorum, quibus eum ſequi magis placet, quam alteram.

307 † Verum tamen concludendo mihi ſemper magis placuit contraria ſententia: uidelicet quòd immo talis ſubſtitutio etiam uerbis directis facta, ualeat poſt pubertatem iure fideicommiſsi, non autem remaneat nulla: Et cum huc uſque ter mihi contingerit materiam iſtam tractare, ſemper eam tenui, & hodie magis in eadem ſententia perſeuero. & ad illam tenendam moueor lege & ratione quibuſdam uidelicet ex argumentis ſupra relatis.

308 † Nam eſt tex. qui in effectu caſum iſtum decidit, in d.l. Sceuola ff.
309 ad trebell. † nam quemadmodum pagano eſt prohibitum directo poſt pubertatem poſſe ſubſtituere, ſed tantummodo per fideicōmiſſum, §. fi. inſtit. de pupill. ſubſtit. ita pariter eſt ei prohibitum poſſe in codicilllis de hæreditate directo diſponere, ſed per fideicommiſſum permittitur §. pen. inſtit. de codic. & in l. 2. C. eo. tit. ſed ſi teſtator directo de hæreditate in Codicillis diſponat, cum non poſsit illo iure ſuſtineri, ſuſtinetur iure fideicommiſsi, prout teſtatori eſt permiſſum, ut ibi expræſſe dicitur: ergo eſt ibi caſus quòd quando pagano eſt prohibitum directo poſſe ſubſtituere, per fideicommiſſum uero ſit permiſſum, quòd ſi directo ſubſtituat, trahi debeat ad fideicommiſſum, prout ibi fit. Neq; ratio ulla diuerſitatis concludens aſsignari poteſt. & illa, quam ſupra retuli ex intentione Alex. non concludit, uidelicet quòd ibi ſit defectus ex accidenti, ſeu prout ego dicebam extrinſecus: hic autem in ſubſtantia, ſeu intrinſecus, nam iſtud nihil eſt: quia licet cauſæ impedientes ſint diuerſæ, aut circa diuerſa uerſentur, tamen effectus idem ſemper eſt, ſcilicet quòd directa diſpoſitio fieri non poteſt, ſiue quia ſit in codicillis facta, ſiue quia poſt pubertatem collata.

Neque

Neque enim magis prohibum pagano reperitur, poſſe poſt puber tatem directo ſubſtituere, quàm in codicillis hæreditatem directo dare, ſed pariter utroque caſu, iuribus ſupra allegatis: igitur ſicut in caſu d. l. Scęuola directa diſpoſitio trahitur ad fideicommiſſum, ita & in caſu noſtro eſt dicendum.

310 † Non etiam eſt ſufficiens reſponſio illa, quòd ibi fuerit facta ſubſtitutio per uerbum commune, puta ſubſtituo quoniam, ut dixi, generalitas illius text. hoc non patitur. neque enim ullam facit ille tex. quòd communibus magis, quàm directis uerbis uſus teſtator fuerit. Item quia tunc non ex benignitate procederet ille tex. ut in eo dicitur, ſed ex mero iuris rigore, & ex propria uerbi ſignificatione.

311 † Secundo etiam comprobatur iſta opinio ex eo, quod dixi, quòd hæc uerba hæres eſto, hæredem facio &c. quando in directa diſpoſitione uerificari non poſſunt, uerificantur in fideicommiſſaria, d. l. filiusfamiliàs §. ut quis hæredem ff. de leg. 1. & d. l. ex facto, ff. ad trebell. quod pariter uidetur quæſtionem decidere.

Nec reſponſio Alex. ſupra relata ſubſiſtit. quòd ibi aderat uerbum rogo, quòd fideicommiſſum importat. nam uerum eſt, quod in illius perſona, qui rogatur hęredem facere, adeſt uerbū *illud rogo*: ſed illa uerba hæredem facias, ſunt directa: quæ ſunt uerba ſubſtitutionis: quæ cum operari non poſsint effectum ſuū in ſenſu directo, quia paganus non poteſt talem diſpoſitionem facere, ideo trahuntur ad fideicommiſſariam ſignificationem: & ſic in effectu ibi eſt caſus noſtræ quæſtionis.

312 † Tertio pro firmo, & ſolido fundamento huius ſententiæ adduco concludentiſsimam rationem: nam non eſt dubium quòd teſtator poteſt facere poſt pubertatem fideicommiſſariam ſubſtitutionem. Item dico quòd teſtator illam facere uoluit: Item quòd uerba, quibus uſus fuit, id patiuntur ergo iſtis omnibus ſimul ſic concurrentibus, nihil eſt, cur dici poſsit ſubſtitutionem hanc fidei commiſsi iure non procedere: & primum quidem quod teſtator poſsit nemo negare, aut dubitare poteſt, quia eſt tex. in §. fin. inſti. de pupill. ſubſtit. in l. cohæredi §. cum filio ff. eodem tit. & inſtit. de fideicommiſſar. hæredi. & ff. ad Trebell. per totum. Secundum uero, uidelicet quòd teſtator in caſu iſto uoluerit, ſic ſubſtituere, probatur: certum enim eſt, quòd uoluit etiam poſt pubertatem ſubſtituere, nedum ante: & quòd hoc ſit uerum, apparet, quia dixit quan

313 docunque deceſſerit, † quod uerbum eſt Compendioſæ ſubſtitutionis, non autem pupillaris: nam pupillaris fit per illa uerba ſi in pupillari

pupillari ætate deceſſerit, & ſic reſtrictiue ad illam ætatem tantũ: quando autem dixit, quandocunque, uoluit comprehendere tempus & ante, & poſt pubertatem: quo ſtante, dico, quòd illo tempore teſtator fideicommiſſariam ſubſtitutionem facere poteſt, directam uerò non poteſt (ut dictum eſt) & eſt text. formalis in d. §. ſi. inſt. de pupill. cur.

314 † Ergo uolumus nos dicere quòd teſtatoris mens fuerit illam ſubſtitutionem uelle facere, quam de iure facere non poteſt, & non illam, quam poteſt? certe nec ſana ratio hoc dictat, nec lex aliqua hãc facit interpretationem, immo totum contrarium, ut in l. quotiẽs in actionibus ff. de reb. dub. in l. quotiens in ſtipulationibus ff. de uerb. obligat. & in l. quotiens idem ſermo ff. de reg. iur. quinimmo in ſpetie in materia interprætandę mentis teſtatoris ita declarat iureconſultus in l. ſi miles, qui deſtinauerat ff. de milit. teſtam. ubi expræſſe dicitur credendum eſſe teſtatorem illam etiam uoluiſſe in teſtando eligere, per quam ſua diſpoſitio ualere poſsit, non autem

315 illam, per quam pereat, & extinguatur. † & nota quia ille text. loquitur in caſu, quo uoluntas militis ab initio alia erat, quia deſtinauerat uelle iure communi teſtari: ſi tamen illo iure ualere non poterat illa diſpoſitio, lex interpretatur, ut eo caſu uoluerit potius etiam militari iure teſtari, quàm ut pereat illa ſua diſpoſitio. ergo multo magis hoc in dubio procedetur, cum igitur in caſu noſtro non poſsit teſtator iure directo poſt pubertatem ſubſtituere, poſſit autem iure fideicommiſsi, nemo ſanæ mentis dicet, ſumendam eſſe potius illam interpretationem, ut actus corruat, non autem illam, ut ualeat, pręſertim per iura ſupra allegata contrarium expreſſe dicentia.

Et ideo non obſtat, ſi diceretur, quòd immo non eſt uerum quòd teſtator hoc caſu uelit iure fideicommiſsi ſubſtituere quia uſus fuit uerbis directis, ideo non dicitur uoluiſſe, quod non expræſsit l. labeo §. idem tubero ff. de ſuppellect. leg. nam dico primo quòd quando ex aduerſo concurrit inualiditas actus, ſumitur interprætatio uoluntatis diſponentis, qua mediante, actus ſuſtineatur, etiam quòd uerba diſponentis hoc non dicant: immo & ſi aliud dicant, ut in caſu d. l. ſi miles qui deſtinauerat ff. de milit. teſtam.

316 † Præterea dico, & hic aſſumo tertium illud, quod propoſui, uidelicet quòd etiam uerba in caſu noſtro ſunt apta hoc ſignificare, nam illa uerba hæres eſto, aut hæredem facio, & ſi regulariter directam importent diſpoſitionem, tamen quando actus ſecundum il

lam ſignificationem ualere non poteſt, lex illa trahit ad fideicommiſſum, d.l.filiusfamiliâs §.ut quis hæredem ff.de leg.1.& d.l.ex facto, in prin.ff.ad Trebell.& etiam in d.l.Scęuola eo.tit. & in l.imperator §.cum quidam ff.de leg.2. ubi glo. in uer. faceret. Item allego text. in c. ſi pater de teſtam. in 6. ubi ad finem dicit, quod directa ſubſtitutio interdum trahitur ad fideicommiſſum.

317 † Nec enim menti legis aut rationi conuenit, ut propter rigorem unius uerbi euertatur diſpoſitio ipſa.

318 † Pro cuius conſeruatione lex ſummopere inuigilat §.diſponat, in auten.de nupt.l.1.C.de ſacroſanct.eccl. immo lex dicit, quòd publicè id expedit, ut uoluntates defunctorum effectum ſortiantur
319 l.uel negare ff.quemadmo.teſtam.aper.† uerba enim intentioni deſeruiunt, non autem contra, c.intelligentia, de uerbor. ſignificat. l.3.§.conditio ff.de adim. leg. l. pen.ff.de leg.1.l.unum ex familia § pen.& fin.de leg.2.l.3.C.de liber.præter.pulcher.caſus in l.quiſquis ff.de uerb. ſignificat. optime facit text. in l. in conditionibus primum locum ff.de condit. & demonſtrat. allego etiam text.in l. credendû, in fi.prin. ff.qui pet.tut.& in l. ſcire oportet §. aliud uer. ſed & ſi maxime ff.de excuſat.tut. pulchrè Caſtren. in conſ. 58.& conſi. 115.col.1.uol.1. Anch.conſi.74.uer.ſed certe, & conſi.96. uer.in contrarium. & conſi. 158. col.2.in prin.ubi uerba ſunt improprianda, ut aliquid operentur. & in conſi. 219.col. 1.uer.his
320 † non obſtantibus. † ubi uerba etiam ad extraneum ſenſum trahenda ſunt, ubi rei aliter ſenſus eſſe non poteſt, & in conſi.81. nu.5. & ſeq.& num.2.& 14.Oldr.conſ.67.col.1.uer. licet conſiderato themate.& in conſi.99.in prin.& conſi.103.uer.quinto & ultimo. & conſi.215.col.pen.uer.uerum eſt.Bal.in conſi.33.col. 1.uer.item uerba. idem Bald. in terminis per has rationes ita decidit caſum iſtum, uidelicet ſubſtitutio uerbis directis facta trahatur ad fideicommiſſum, in conſ. 46.eo. uol. 1. Alex. in conſ.52.in prin.Soc. iun.in conſ.186.col.2.uer.his tamen non obſtantibus col..2.iſtud
321 autem, quòd mens potius, quàm uerba attendatur, † procedit nô ſolum in ultimis uoluntatibus, in quibus latior fit interpretatio
322 l.in teſtamentis ff.de reg.iur. † ſed etiam in côtractibus, in quibus regulariter à uerbis non receditur l. ueteribus ff. de pact. l. quicquid aſtringendę ff.de uerb.oblig. & l. ſtipulatio iſta §. in ſtipula-
323 tionibus eo.tit. & tamen † ut actus ſuſtineatur, & pereat, uerba improprientur l.ſi uno ff.locati.l.inſulam ff.de præſcript. uerb.Caſtren.in conſ.190.uol.2.

324 † Immo etiam in ſtatutis hoc procedit, idem Paul. Caſtren. in l. nulla

nulla ff.de legib.Ale.in conſ.54.col.3.uerſi. accedit ad hoc uol.4.
325 Crau.conſi.274.col.3.uer. non obſtant. † ſed ei ipſemet Bar. hoc
idem alibi dixit, uidelicet quòd uerba directa trahantur ad obli-
quum,ut uoluntas teſtatoris ſubſtineatur: immo plus, quia etiam
contra uoluit per eandem rationem,ut uerba obliqua directa fiãt
quod longe difficilius fit,ita Bart.declarat in l.quærebatur, in uer.
item quęro ff.de milit.teſt.& in terminis per iſtas rationes ita deci
dit,& concludit Bal.in d.conſi.46.uol.1.
326 Sed ulterius iſta opinio probatur per text. qui omnibus contrariũ
attẽtantibus debet os claudere, & uolentibus quòd ideo ſubſti-
tutio iſta irrita, & nulla remaneat, quia in ea conficienda uſus te-
ſtator fuit uerbis directis, & non obliquis, ſeu communibus, hoc
enim eſt de directo contra deciſionem Imperatoris, qui ad unguẽ
contrarium determinat in l. quoniam indignum C. de teſtam. ubi
indignum iſtud eſſe dicit Imperator, ut ob inanem uerborum ob
ſeruationẽ irrita fiant teſtamenta, & iudicia mortuorum: & ideo
dicit Imparator ibi, non eſſe faciendam differentiam, quibuſnam
uerbis facta fuerint, an in ſpetie an directis, uel inflexis: ſed quo-
327 cunquè uerborum genere facta ualeant. † Sed aduerte,ne quis for
tè iudaicè intelligendo, dicat, ergo ſecundum hoc nulla erit diffe
rentia inter uerba directa, & obliqua: quòd tamen eſt omnino er
roneum. Nam reſpondeo quòd non uult hoc ille tex. Neque talis
eſt eius ſenſus, ſed hoc uult, quòd non ſit differentia inter iſta uer
ba,quò ad ualiditatem ipſius diſpoſitionis, ut ſcilicet non ideo irri
tetur, quia iſto potius, quàm illo uerborum genere uſus teſtator
fuerit: ſed differentia bene remanet, in hoc, quia ſi uerbis obli-
quis uſus fuerit teſtator, diſpoſitio iure fideicommiſsi ualebit, ſi
uerò directis utatur, ualebit etiam iure directo, ſi ſic ualere pote-
rit: ſin autem iure directo ualere non poterit, ſed iure fideicom-
miſsi: tunc non infirmabitur ideo diſpoſitio, quia iſtis, & non il-
lis uerbis uſus fuerit: ſed trahetur tunc nihilominus ad fideicom-
miſſum,non obſtantibus uerbis directis,quibus uſus fuit: & iſtud
eſt,quòd uult ille tex. ibi notabiliter, qui effieaciſsime cõprobat,
& confirmat hanc opinionem, quòd inualida non remaneat ſubſti
tutio, quia directis uerbis concepta fuerit, quæ ſine dubio uale-
ret, ſi inflexis, aut etiam communibus uerbis facta fuiſſet: de hoc
enim eſt caſus contrarius ad literam illo tex.
328 Hanc deniquè opinionem alia ratione confirmo: nam gloſ. Bart.
& Doctores communiter, prout ipſe Bart. atteſtatur, hoc tenẽt,
uidelicet quòd compendioſa uerbis directis à Pagano facta poſt

pubertatem ualeat iure fideicommiſsi in alio caſu, qui tamen ab
iſto nihil differt, ſaltem quò ad iuris effectum : nam ſi compendio
ſa fiat illi : qui iam pubes eſt uerbis directis, quandocunque deceſ-
ſerit, glo. in l. uerbis ciuilibus tenet, quòd ualeat iure fideicom-
329 miſsi : quàm glo. ibi approbat Bart. † Et addit alium caſum, uide-
licet. Quando etiam impuberi fieret, ſed à matre, uel ab aliquo
extraneo : quia in uim pupillaris ualere non poteſt, cum illa non
habentibus in poteſtate fieri non poteſt, ut plenè uidimus ſupra in
materia pupillaris, in ſeptima quæſtione, in tertio requiſito : faten
tur enim glo. ibi & Bart. in uer. alterius gloſ. quòd ualeat iure fi-
deicommiſsi, non obſtantibus uerbis directis, potiſsimum per
tex. in d. l. filiusfamiliàs §. ut quis hæredem ff. de leg. 1. & in l. ex fa
330 cto in prin. ff. ad Trebell. † Neſcio modo qua probabili ratione
contrarium uelint, quando à patre fit hæc compendioſa filio in po
teſtate exiſtenti, & impuberi. Et licèt conſtituere uideantur di-
uerſitatem in eo, quia in illis terminis nullo caſu ſubſiſtere ſubſti-
tutio potuit iure directo, in caſu autem noſtro ſecus, quia ſaltem
infra pubertatem potuiſſet iure directo ut pupillaris ualere. Ta-
men iſta diuerſitas mihi uidetur tantummodo uerbalis, non autē
effectualis : & parum iuris ſaporem in ſe continere : quid enim ad
rem, quòd potuerit iure directo ualere, ut ideo dicamus, quòd
poſt pubertatem uoluerit teſtator ſuam ſubſtitutionem ita facere,
& eo modo nos interpretari illam uolumus, quò nulla remaneat :
iſtud enim aduerſatur tex. in l. ſi imles, qui deſtinauerat ff. de mi-
lit. teſtam. & l. quotiens idem ſermo ff. de reg. iur. cum ſimil. ſu-
pra allegatis : ſecus uerò ſit, quando nullo caſu ualere potuit : Sed
cur diuerſum? nam iſta non ſunt ex mente legis : neque ex uero ſi-
mili, aut probabili mente teſtatoris : & ratione omnino carent.
Licet enim potuiſſet uno caſu, ſcilicet infra pubertatem ualere,
tamen non uoluit, nec habuit effectum : & nunc, quando caſus
ſubſtitutionis extitit (quo tempore eſt interpretanda mens teſta-
toris) perinde eſt, ac ſi caſus ille uidelicet infra pubertatem, non
fuiſſet in ſubſtitutione comprehenſus : cū non extiterit, quia pu-
bes iam factus deceſsit. Præterea & ſi caſus ille pupillaris ſubſtitu-
tionis comprehenditur ſub illis uerbis, tamē teſtator non fuit illo
tantum caſu contentus, ſed alium quoq; caſum uoluit in illis com
prehendi, uidelicet quando ēt poſt pubertatem deceſsiſſet, & illo
etiā caſu diſponere uoluit : quia dixit quandocunq; deceſſerit &c.
Cur igitur uolumus intelligere, quòd uoluerit in caſu iſto nulliter
diſponere, ideo quia in uno caſu, qui tamen non extitit, potuiſ-

ſet

ſet ualere: iſta enim mihi uidentur nedum aliena à mente iuris, ſed etiam inſulſa, & penè ridicula.

331 †Quin immo, ſi internè, & perſpicaciter iſta conſiderantur, magis ſuſtinenda uidetur ſubſtitutio iure fideicommiſsi hoc caſu, quādo facta eſt compendioſa uerbis directis impuberi, quia uno caſu poteſt iure directo ualere, uidelicet illo decedente infra pubertatem, quàm quando puberi eſt facta: Et ineptius uſus uidetur uerbis directis ille, qui ſubſtituit puberi, cui nullo caſu conuenire ſubſtitutio directa poteſt, quàm ille, qui impuberi, in quo cadere directa poteſt: ſi caſus eueniat, quia in pupillari ætate decedat: ideo recte, & non ab re uſus fuit uerbis directis: at quando puberi ſubſtituit, ad quid uerbis directis utitur, cum ad unum tempus tantum referantur, quo certum eſt ſubſtitutionem iure directo ualere non poſſe §. fin. inſtit. de pupill. ſubſtit. ſi ergo iſto caſu obliquantur uerba iſta, ad hoc ut ſuſtineatur diſpoſitio, ut dicunt gloſ. Bart. & Doctores communiter in d.l. uerbis ciuilibus, multo magis in caſu noſtro per prædicta erunt obliquanda.

332 †Item quia uideo legem expræſſe dicentem, quòd ubi unum & idem uerbum habet relationem ad plura tempora, uariè ſumitur ſecundum uarietatem temporum, & caſuum; ac prout tempori, & caſui, qui extitit, congruit pro ualiditate actus, ſeu diſpoſitionis de hoc eſt tex. in l. pater Seuerinam, §. conditionum uerba ff. de condit. & demonſtrat. nuſquam autem reperio legem uolentem quòd uerba in eadem ſignificatione ſemper accipiantur, ut inualiditas actus inde reſultet. Item uerba impropriantur etiam in contractibus, ne actus remaneat nullus l. ſi uno ff. locuti l. ſi inſulam

333 ff. de præſcript. uer. † Item facit quia quando unum, & idem uerbum ad plura refertur, poteſt quo ad unum accipi propriè, quo uerò ad aliud impropriè, & ſic quo ad unum in una ſignificatione, quo ad aliud in alia. not. in l. 2. ff. de offic. proconſ. & leg. in l. 2. C. quando ciuil. actio preiud. criminali & in l. certi condictio in prin. ff. ſi cert. pet. cum ſimil.

334 †Igitur hæc uerba directa hæres eſto, & ſimil. quatenus ad tempus infra pubertatem referuntur, ſignificabunt directam ſubſtitutionem & hæredem propriè: quatenus uerò referuntur ad tempus poſt pubertatem, ſignificabunt fideicommiſſariam ſubſtitutionē, & hæredem utiliter, ſeu uis impropriè per ſupradicta: cum aliter ualere diſpoſitio illa non poſsit. quæ quidem interpretatio non adeo extranea, aut abſona eſt, quia à lege quandoque ita accipiantur iſta uerba in ſpetie, ut in d.l. filiusfamiliàs §. ut quis hæredem

ff. de

ff. de leg. 1. & l. ex facto, in prin. ff. ad Trebell. & directa ſubſtitutio interdum, ad fideicommiſſariam ex cauſa trahitur, ut dicit tex. in c. ſi pater, in uer. præmiſſæ in fi. de teſtam. in 6. & in l. Scæuola ff.
334 ad Trebell. † Et fideicommiſſarius dicitur hæres utiliter, ut inſtit. de fideicommiſſar. hæredit. & impro prie l. poſtulante §. fi. ff. ad Trebell. l. ſi filiusfamiliàs §. 1. ff. quod cum eo. Et licet ex prædictis ſatis colligi poſsit reſponſio ad ea, quæ pro contraria opinione adducta fuere, tamen placet, ſingulas ſigillatim reſponſiones recenſere.
335 † Non obſtat igitur primo tex. in l. in pupillari ff. de uulg. & pupill. quia tex. ille non loquitur de ſubſtitutione compendioſa, ſed de pupillari, quam ille uolebat ultra decimum quartum annum puta ad decimum octauum protendere, uel uigeſimum: quod non li-
336 cet, ut ibi dicitur: † quia ita tempus iſtud à lege eſt in illa ſubſtitutione præfixum, ut inſtit. de pupill. ſubſtit. in prin. & §. 1. in fi. & in l. 2. ff. eo. tit.
At Compendioſa poteſt ſine dubio fieri ultra pubertatem iure fi-
337 deicommiſsi: † unde hic agitur de appellandis uerbis ad illam ſubſtitutionem fideicommiſſariam: quod eſt à lege permiſſum d. l. filiusfamiliàs §. ut quis hæredem ff. de leg. 1. in l. ex *facto, in princ.* & in l. Scæuola ff. ad Trebell. & per tex. in d. l. quoniam indignum C. de teſtam. & Bart. hoc fatetur in l. uerbis ciuilibus, poſt glo. & Bal. in terminis ita tenet in d. conſi. 46. uol. 1. ibi uero ſcilicet in d. l. in pupillari non agebatur de immutandis uerbis, ſed de extendenda ipſa ſpetie ſubſtitutionis, uidelicet, pupillaris ultra annum quartum decimum: quod eſt à lege expræſſe prohibitum, iuribus ſupra allegatis.
338 † Non obſtat tex. in §. fin. inſtit. de pupill. nam ille tex. nihil aliud uult, niſi quòd prohibet ſubſtitutionem iure directo poſt pubertatem fieri poſſe, iure autem fideicommiſsi permittit: & iſtud idẽ nos uolumus: neq; enim contendimus nunc ſubſtitutionem poſt pubertatem iure directo debere ualere: quo caſu in contrarium obſtaret ille tex. ſed dicimus illam ad fideicommiſſum trahi: quod nedum non eſt per illum tex. prohibitum, ſed expræſſẽ eſt ibi permiſſum.
Adeo quòd potius probat iſtam opinionem, quam refragetur: non enim ibi prohibetur uerba directa ad fideicommiſſariam trahi, quæ fideicommiſſaria ſubſtitutio ibi expræſſe poſt pubertatem permittitur, & illa immutatio uerborum alibi pariter eſt expreſſẽ permiſſa. ut in ſupra allegatis iuribus.
† Non

339 † Non obſtat tertium, ſcilicet d.l. uerbis ciuilibus ff. de uulg. & pupill. quia uere intentio illius tex. eſt loqui de ſubſtitutione pupillari, quam poſt pubertatem fateor fieri non poſſe. & quòd intentio illius tex. ſit loqui de pupillari, ſuadetur ex illis uerbis, quia dicit poſt decimum quartum annum, quaſi dicat, quia ad illud tempus

340 eſt reſtricta illa ſubſtitutio; † ſed nos loquimur de Compendioſa, quæ non eſt reſtricta ad tempus aliquod, ſed ita indefinite fieri etiam poteſt, ut probatur in l. præcibus, in uer. ſi uero C. de impub. & alijs ſubſtit. & iſta ſine dubio continet etiam fideicommiſſariam.

341 † Item quòd debeat intelligi de pupillari tantum & non de alijs, probatur, quia uulgaris, quæ eſt directa fieri ſine dubio poteſt etiam poſt pubertatem, ſi quidem hæres non adeat, uerum igitur eſt pupillarem ultra quartum decimum annum fieri non poſſe, neque iſtud nunc dicimus: ſed quod in Compendioſa propter uerborum generalitatem quandocunque deceſſerit, fideicommiſſaria continetur, licet uerba directa fuerint prolata, ut in ſupra allegatis iuribus probatur: quod nec in d. l. uerbis ciuilibus, neque etiam alibi reperiatur, eſſe prohibitum, ideo ille tex. intelligendus dus eſt, quo ad pupillarem, non autem quo ad fideicommiſſariam, aut aliam ſubſtitutionis ſpeciem.

342 † Quod etiam inde apparet, ultra ea, quæ dixi de uulgari, nam pone quod de facto fiat pupillaris ſubſtitutio ultra tempora pubertatis, puta ſi infra uigeſimum annum deceſſerit: nam adueniente tempore pubertatis pupillaris ſi expreſſa ſine dubio expirat, per illũ text. ſed tamen effectum habere poterit uulgaris, ad quam expræſſa pupillaris porrigitur, ut concludit Bart. in l. 1. in pen. quęſtione ff. de uulg. & pupill. ideo nihil te moueat uerbum illud fruſtra;

343 † Quòd fruſtra, ergo non etiam iure fideicommiſsi: quia ſic non fruſtra fieri diceretur, nam eſt uerum, quòd fruſtra fit, quo ad pupillarem, non quo ad alias, ut ſupra de uulgari tam expræſſa, quam tacita eſt dictum: quæ non excluduntur propter uerbum fruſtra; ergo minus excludetur fideicommiſſaria quia in Compendioſa ſub generalitate illorum uerborum contineatur.

Nec nouum in iure eſt, quod uerbum fruſtra non ita præciſe ſemper accipiatur. ut in l. 1. C. de non num. pecun. optime in l. qui ſolidum, in prin. ff. de leg. 2. ubi dicitur, quòd fruſtra petebat ſolidum fideicommiſſum, cum quarta ueniebat detrahenda: & tamen tres partes ſine dubio conſequi poterat, ut ibi dicitur: & ſic non omnino fruſtra: ita ergò in propoſito noſtro fruſtra fit ſubſtitutio, uidelicet re-

delicet reſpectu pupillaris, quæ non progreditur ultra quartum decimam annum, non tamen, ſic reſpectu aliarum ſubſtitutionum aut, non ſic in Compendioſa propter uerborum generalitatem, & quæ non eſt ad aliquod tempus reſtricta. ut ſupra dictum eſt.

344 † Non obſtat quartum, quòd directæ ſubſtitutiones puberibus factæ poſt aditam hæreditatem expirant d. l. poſt aditam. nam hoc nihil facit, quia fateor, quod directę ſic expirant, ſed non dicit propterea quòd expirent fideicommiſſariæ: nec nos nunc dicimus quòd directa protrahatur ultra pubertatem, quo caſu obſtaret ille tex. ſed dicimus illam trahi ad fideicommiſſum: quod ille tex. nõ negat, & alia iura ſupra allegata expræſſe permittunt, ut in §. fin. inſtit. de pupill. in l. ex facto, in prin. in l. Scæuola ff. ad Trebell. in l. filiusfamiliàs §. ut quis hæredem ff. de leg. 1. & in l. imperator §. cum quidam, & ibi glo. in uer. faceret ff. de lęg. 2.

345 † Non obſtat quintum, quod potui, nolui, quod uolui implere nequiui. nam nego teſtatorem uoluiſſe per fideicommiſſum ſubſtituere: immò uerò uoluit, cùm etiam poſt pubertatem ſubſtituit, quo tempore non poteſt directo ſubſtituere; poteſt tamen
346 per fideicommiſſum: † Capiamus ergo interpretationem ſuæ uoluntatis in eam partem, quâ ſua diſpoſitiò *ſuſtineri poſsit*, non autem in eam, qua ualere non poſsit. & ita puto ab omnibus non inſani capitis iudicandum fore, etiam ſi nullas legum deciſiones haberemus: cum hoc ſit ualde rationi naturali conſentaneum: uerum ad ſunt deciſiones expræſſę in hoc, ut in l. quotiens ff. de reb. dub. cum ſuis ſimil. ſuperius allegatis. & in ſpetie eſt tex. in l. ſi mi-
347 les, qui deſtinauerat ff. de milit. teſtam. † & eo maxime quia non ab re uerba illa directa protuliſſet, nempe reſpectu temporis pupillaris ætatis, cui tempori uerba illa recte conueniunt.

348 † At cum teſtator non ſolum per illud tempus pupillaris ætatis, ſed etiam poſt pubertatem ſubſtituerit, non debent illa uerba, eueniente caſu poſt pubertatem, in eadem directa ſignificatione ſumi ut ſic eius diſpoſitio corruat, ſed potius in alia qua mediante ſuſtineatur, prout ita fit per iureconſultum in l. pater Seuerinam §. con
349 ditionum uerba ff. de condit. & demonſtrat. † neque ideo inualida remanere debet diſpoſitio teſtatoris etiam poſt pubertatem per eum facta, quia uerbis directis, non autem obliquis eam formauit, quia contrarium expræſſe determinat imperator in d. l. quoniam indignum C. de teſtam.

350 Non obſtat † Sextum, quod quando ſumus in cauſa libertatis, quæ ualde fauorabilis eſt, ut ſupra probaui, diſpoſitio uerbis dire-

ctis fa-

ctis facta non trahitur ad fideicommiſſum, ſed potius remanet nul
351 la, l. ſi ſeruus legatus §. ſi ſeruus alienus ff. de leg. 1. † Cum tamen per fideicommiſſum relinqui ſeruo alieno libertas poſsit, ut inſtit. de ſingul. reb. per fideicom. relict. §. libertates.

Certè contrarium reputatur difficile, ſed non eſt, ſi rationem attendamus. Alex. in l. Centurio ff. de uulg. & pupill. dicit quòd ſi hanc opinionem (quam ego defendo) uolumus tenere, uidelicet quòd ſubſtitutio iſta trahatur ad fideicōmiſſum, quàm & ipſe ibi
352 fatetur eſſe æquam, & ad mentē teſtatoris, † aliud tutò reſponderi ad illum text. non poteſt, niſi quòd ibi diſpoſitio ab initio nulla fuit, ideo ſemper nulla remanet: hic autèm ab initio, ſaltem uſque ad pubertatem ualere potuit: ideo facilius poſt pubertatem ſuſtinetur, l. patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui uel alieni iur. Sed iſta reſponſio de directo aduerſatur his, quæ habentur in l. uerbis ciuilibus ff. de uulg. & pupill. & in l. precibus C. de impub. & alijs ſubſtit. ubi totum contrarium per glo. & Doctores dicitur, uidelicet quòd quando fit ſubſtitutio impuberi uerbis directis, in totū remanet nulla poſt pubertatem: quia ſatis habet lex, quòd potuerit infra pubertatem iure directò ualere: ſecus autem, quando pupilli, quia tunc facilius ſuſtinetur. Vide ergò quomodo dicta Doctorum inter ſe ad inuicem pugnant, & parum ſibijpſis conſtent in iſta materia.

353 Duobus alijs modis reſpondet idem Alex. † Sed nihil eſt, alijs modis reſpondet Aret. alijs Soc. nolo referre, uideantur, non pla-
354 cent, & non concludunt. † Aliam ſolutionem tradebat Iaſ. ibi, quam plures ſequuntur, uidelicet quòd ideo non trahitur ad fidei commiſſum illa libertatis datio, quia ſeruus ille fuerat alij legatus.
355 † Tamen ex duobus iſta ſolutio patitur difficultatem, primò quia uerba illius text. uidentur aliqualiter repugnare: nam dicitur ibi, quòd cum libertatis datio nullius momenti ſit, abſurdum eſſet legatum infirmari: unde apparet non eſſe uerum, quòd ideo non ualeat datio libertatis etiam iure fideicommiſsi, quia ſeruus fuerit legatus: ſed immo contra, quòd ideo ſuſtinetur legatum, quia libertatis datio nullius momenti eſt: Non ergo ibi dicitur, quòd legatum reddat libertatem nullam, ſed nullitas libertatis eſt in cau
356 ſa, ut legatum debeatur. † Præterea quòd illa non ſit ratio, propter quam nulla remaneat libertatis datio, probatur, quia etiam ubi non eſt legatus ſeruus, prout ibi erat, remanet tamen nulla libertas ſeruo alieno data, caſus eſt in l. Stichus ſeruus meus ff. de

fideicomm. libert. ubi ſeruo proprio libertas innutiliter hoc modo datur, uidelicet ſi eum hæres ſuus alienauerit, & rationem aſsignat ille tex. quia in id tempus confertur, quo alienus futurus eſt, ſed ad idem etiam eſt text.in l. Seruo tuo C. de teſtam. manumiſs. nam in his iuribus ſeruus nulli erat legatus, & tamen remanet in-
357 utilis ipſa libertatis datio. † Non obſtat prædictis text. per quem confirmabat Iaſ. hanc reſponſionem, uidelicet in l. generaliter §. ſi quis ſeruo pignorato ff. de fideicommiſſar. libert. ubi, quia non erat Legatus alij ſeruus, cui fuerat relicta directa libertas, trahi-
358 tur ad fideicommiſſum. † Nam reſpondeo quòd ibi non fuerat relicta libertas ſeruo alieno, ſed ſeruo pignori dato, qui remanet adhuc in dominio pignorãtis, ut eſt in l. reſcriptum, in prin. ff. de diſtract. pign. l. quis ſit fugitiuus §. pignori ff. de edil. edicto l. cum & ſortis §. pignus ff. de pignor. actione, & l. pignus C. eo. tit.
359 Quin immo eſt tex. qui per hanc rationem, uidelicet quòd remanet pleno iure in dominio debitoris pignorantis, expreſſe dicit, quòd poteſt ſeruo pignori dato iuſta relinqui libertas, ſi aliud non impediat. l. generaliter ff. qui, & à quib. Manum. lib. non fiunt. Cui tex. uidetur aliqualiter refragari text. in d. l. generaliter §. ſi quis ſeruo pignorato ff. de fideicom. libert. *ſuper quo cogita*.
360 †Ad propoſitum igitur redeundo, ex prædictis apparet iſtam reſpõſionem Iaſ. ad illum tex. in d. l. ſi ſeruus legatus §. ſi ſeruus alienus ff. de leg. 1. non ſubſiſtere: licet aliàs cum ea pertranſiuerint, uidelicet in l. 1. §. ſi quis ita ff. de uer. obligat. Dum in alia materia contigiſſet de illo tex. obiter mentionem fieri, uidelicet ſi non ualet quòd ago, ut ago, an ualeat, ut ualere poteſt, in quarta concluſione.
361 †Aliam quoque reſponſionem afferrebat Soc. in d. l. Centurio, uidelicet quòd ideo non trahitur ad fideicommiſſum illa libertatis datio, quia nullum commodum fuerat aſſecutus dominus illius ſerui à teſtatore & ſic obſtat regula legis ab eo C. de fideicom. Verum nec iſta reſponſio quicquàm ualet: quoniam ſi uera eſſet, ſequeretur, quòd etiam ſi expreſſe fuiſſet relicta libertas per fideicommiſſum, non ſubſiſteret: quoniam ſemper militaret illa regu-
362 la legis ab eo. † Et uerè hæc ratio non eſt ad propoſitum; quia nõ ideo grauari in aliquo dicitur dominus illius ſerui, ſed eſt hæres, qui grauatur ſeruum illum alienum à Domino redimere, & illi
363 pretium ſoluere. † Et ſi diceres immo in hoc ſaltem grauatur, quia priuatur ſeruo ſuo. Dico quòd neque in hoc dici poteſt grauatus:

uatus: quia non cogitur inuitus uendere ſeruum, ſi nollit, eo caſu, quo nihil à teſtatore fuit dominus ſerui conſecutus: & interim ſtat in ſuſpenſo legatum libertatis, ut eſt tex. in §. itaquè inſtit. de ſingul. reb. per fideicomm. relict. contra quem tex. eſt iſta reſponſio Socinis: quia expræſſe ibi dicitur quòd, & ſi nihil conſequatur dominus ſerui ex iudicio illius, qui libertatem reliquit, non tamē uitiatur fideicommiſſaria libertas.

364 † Vnde ego, omiſsis alijs reſponſionibus, quæ per Doctores traduntur in d. l. Centurio ff. de uulg. & pupill. & etiam in d. l. præcibus C. de impub. quas ibi exactiſsime refert Hippol. Riminal. pro ratione diuerſitatis inter caſum illum, & materiam noſtram ſic puto poſſe dici licet fateor non de facili poſſe concludentem rationem aſsignari cur libertas directò data ſeruo alieno non trahatur, ad fideicommiſſum. Dico ergò quòd quando in materia noſtra teſtator uerba illa protulit, quandocunque deceſſerit, ille ſit hæres, aut ſimilia uerba directa, non ideo hoc dixit, quia eius uoluntas ſit poſt pubertatem directò uelle ſubſtituere, ſed quoniam ante pubertatem caſus exiſtere poterat, & in illo caſu uerba iure directo ſumi poterant, & effectum ſuum operari: ideo dicendum eſt, quòd illius temporis, ſeu illius caſus reſpectu uerba illa protulerit: at, cum poſt pubertatem non poſsit directò ſubſtitui, non eſt dicendum teſtatorem in eadem perſeuerare uoluntate, ut uerba in eademmet ſignificatione ſumantur, ſed potius quòd uerba mutentur, & adoptentur ſecundum caſus, & temporis uariationem, ut in l. pater Seuerinam §. conditionum uerba ff. de condit. & demonſtrat. & ſupra dictum eſt. Quæ non ſic dici poſſunt in caſu cōtrario: quia nullus alius caſus ibi erat, ī quo uerba directa uerificari potuiſſent: ideo neceſſe eſt quòd in illo, prout teſtator expreſsit, capiantur, uidelicet in ſenſu directo, quòd in ſeruo alieno non cadit: nec trahuntur ad fideicommiſſum, ut dicam infra in ſimili caſu reſpondendo ad ſequens fundamentum.

365 † Vel aliter pro particulari ratione illius text. in d. §. ſi ſeruus alienus, cur ſit, quòd datio libertatis directo data ſeruo alieno non trahatur ad fideicommiſſum, declaro in primis quæ ſit ratio, quòd ſeruo alieno libertas directò dari non poſsit d. §. ſi ſeruus alienus, & in l. ſeruo tuo C. de teſtam. manum. in §. qui autem inſtit. de ſingul. reb. per fideicomm. relict. quòd etiam procedit in ſeruo proprio, ſi datio libertatis conferatur in tempus, quo futurus ſit alienus, ut eſt tex. in l. Sticus ſeruus meus ff. de manum. teſtam. Ratio enim eſt, quia, cum ille ſeruus nullo modo ſit in Do-

minio teſtatoris. Non poteſt de illo à ſe ipſo diſponere, ita ut ipſo iure ualeat diſpoſitio, & ſic iure directo. Sed eſt neceſſarium, ut concurrat factum alterius, puta hæredis redimentis, aut domini uendentis, uel manumittentis: non ſic autem eſt in ſeruo proprio teſtatoris: quia illa ſimplex libertatis datio in teſtamento facta habet uim manumiſsionis, & ſic ipſo iure operatur effectum ſuum: quia de re propria teſtator ad ſui libitum, & ſine alterius facto, aut miniſterio diſponere poteſt, quæ declaratiò colligitur ex dictis Bart. in l. 1. in 3. col. ff. de leg. 1.
366 † Et ſi diceres, ſecundum hoc ſequitur, quòd res aliena legari directo non poteſt, ſed tantummodo per fideicommiſſum. reſpódeo quòd immo etiam in alijs rebus alienis legatis eſt neceſſarium alterius factum, puta hæredis redimentis, ut dicitur in §. non ſolum,
367 inſtit. de leg. † Eſt uerum, quòd non reſultat propterea differentia ſpecifica, an res ſingularis debeatur ipſo iure, uel facto alterius: quia nulla eſt differentia inter legtum particulare, & fideicommiſſum particulare, excepta cauſa libertatis, quia in ea remanet differentia inter directam, & fideicommiſſariam, ut traditur in d. l. 1. quando igitur relinquitur libertas directa ſeruo alieno, non ualet
368 ratione permiſſa: † ſed cur non trahitur ad fideicommiſſariam, ut in caſu quæſtionis noſtræ? dic, ut dixi ſupra: quia ſcilicet teſtator protulit illa uerba, quæ in uno tantum caſu uerificari poſſunt, non autem prout in concluſione noſtra, dici poteſt, quod ſint à teſtatore prolata reſpectu temporis ante pubertatem, ideo poſt flecti
369 poſſunt, ut actus ſeu diſpoſitio ſuſtineatur. † uel aliter dic, propter maximam differentiam, & magnam diuerſitatem exiſtentem inter directam, & fideicõmiſſariam libertatem propter ius patronatus: nam directa libertas ſeruo tantum proficit, fideicommiſſaria uerò etiam hæredi, cui ius patronatus quæritur: ita quòd uidetur quodammodo noua forma, & diuerſa diſpoſitio, prout ſic declarat Alciat. in lib. 1. parad. cap. 5.
370 † Verum quia iſtud diſpoſitioni admodum fauorabili repugnat, uidelicet libertati, ideo uoluit in ſeruo alieno tantummodo procedere, adeo quòd non ſic in ſeruo pignorato, quia libertas directo illi relicta trahitur ad fideicommiſſariam, ut in d. l. generaliter §. ſi quis ſeruo pignorato ff. de fideicom. libert. ubi temperatur rigor ille iuris ut ad fideicom. ſaltem trahatur, ut ibi dicitur. Et ex prædictis apparet materiam illam eſſe a noſtris terminis ualde ſeparatam, & particularem in ſe habere rationem, cur illa directa diſpoſitio non trahatur ad fideicommiſſum. † quibus inſuper addo pro
371 diuerſi-

diuerſitate inter illam materiam, & noſtram, quòd ibi de re aliena diſponebat teſtator: hic autem de ſuis proprijs: ideo lex non ſic de facili ſuſtinet illam, ſicut iſtam diſpoſitionem. præterea ibi de una particulari diſpoſitione: hic autem de tota uniuerſali diſpoſitione teſtatoris agitur: quæ tota ſimul corrueret, niſi ad fideicõ-
372 miſſum traheretur: Item tertiò, † quia, ut dixi, uerba illa ibi unum tantum tempus, ſeu unum caſum reſpicere poterant, ideo reſpectu illius temporis tantum, ſeu illius caſus dicere poſſumus teſtatorem directam relinquere uoluiſſe libertatem: in caſu uerò noſtro uerba illa directa reſpiciebant etiam tempus infra quartum decimum annũ, cuius temporis reſpectu dicere rectè poſſumus, quòd fuerint ita prolata, & in illo potuiſſent uerificari: ideo reſpectu alterius temporis, ſeu caſus, uidelicet poſt pubertatem non eſt neceſſarium, quòd in eademmet ſignificatione accipiantur, ſed ad illud tempus, & ad illum caſum aptanda ſunt, per ſupradicta.
373 † Non obſtat ſeptimo loco tex. in l. 1. & in l. illud §. tractari ff. de iure codicill. in l. fi. §. illud C. de codic. & in l. cohæredi §. cum filio ff. de uulg. & pupill. nam iſta iura loquuntur, & ita ſunt intelligenda, quando conſtabat illum uoluiſſe teſtari, & non codicillari. at in caſu noſtro non ſic eſt, quia non ſic conſtabat teſtatorem uoluiſſe directam tantum facere ſubſtitutionem, & non fideicommiſſariam poſt pubertatem, licet protulerit illa uerba directa: quia illa protulit propter caſum pupillaris ætatis qui pariter in ſubſtitutione continebatur: non autem ita etiam poſt pubertatem ſunt
374 intelligenda, cum aliud non appareat: † & cum, ſi quidem talis ſumeretur interpretatio, ſua diſpoſitio corrueret: ideo dicendum eſt teſtatorem eam ſubſtitutionem poſt pubertatem facere uoluiſſe, quæ ualeat, & fieri potuerit, non autem, quæ inutilis, ſeu nulla remaneret, ut eſt text. in l. ſi miles, qui deſtinauerat ff. de milit. te-
375 ſtam. cum ſimil. ſupra allegatis. † Item quia teſtatoris uoluntas eſt intelligenda ſecundum iuris diſpoſitionem, non autem contra, iuxta not. in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebel. Item comproban-
376 tur prædicta, † quia quælibet diſpoſitio eſt intelligenda in caſu potentiæ, non autem in caſu impotentiæ, ut eſt text. in l. lucius §. pen. ff. ad municip. immo uerò & ſi caſus impotentiæ fuiſſet expræſſus, reijcitur, & diſpoſitio redigetur ad caſum poſsibilem l. ſi quis ita ff. de condit. inſtit. ubi gloſ. & Bart.
377 † Non obſtat denique argumentum à ſpeciali in cauſa libertatis deſumptum ex l. generaliter §. ſi quis ſeruo pignorato ff. de fideicom. libert. Quoniam ſpecialitas ibi in hoc uerſatur, quòd cum

regulari-

regulariter directa libertas dari ſeruo alieno non poſsit, ut eſt tex. in §. qui autem inſtit. de ſingul. reb. per fideicom. relict. & in l. ſtichus ſeruus meus ff. de fideicom. libert. & in l. ſeruo tuo C. de teſtam. manum, ita quod nec ad fideicommiſſum trahitur l. ſi ſeruus legatus §. ſi ſeruus alienus ff. de leg. 1. per rationes, de quibus dixi ſupra reſpondendo ad illum tex. & iſtud rigoroſum legi uiſum fuerit, ideo lex ipſa temperando iſtum rigorem diſpoſuit, ut hoc nō ſeruetur in ſeruo pignori obligato, ut in d. §. ſi quis ſeruo pignorato. ſpetialitas ergo quæ ibi in libertate ponitur, non eſt reſpectu aliarum diſpoſitionum, ſed reſpectu libertatis ſeruo alieno relictę ut non procedat illa diſpoſitio in ſeruo pignorato, ſed quod immo fauore libertatis ad fideicommiſſum trahatur ut ibi dicitur: unde dico quòd illa ſpetialitas hoc arguit, quòd libertas directa ſeruo alieno data non ualet, etiam iure fideicommiſsi: non autem generalius, ut in quacunque diſpoſitione hoc procedat, quòd uerba directa non trahantur ad fideicommiſſum, quando iure directo ualere non poteſt: quia iſtud eſt contra multa iura, & inter cætera contra tex. in l. filiusfamilias §. ut quis hæredem ff. de leg. 1. in l. ex facto, in prin. & in l. Scæuola ff. ad Trebel. in l. imperator §. pen. & ibi glo. ff. de leg. 2.

Et ex iſtis omnibus remanet plene diſcuſſus articulus iſte, & ſimul defenſata hæc opinio, uidelicet quod compendioſa ſubſtitutio impuberi à pagano facta uerbis directis ualeat poſt pubertatem iure fideicommiſsi: quam puto de iure eſſe uerisſimam: & nunc reperij ultra alios quos ſupra retuli, eam tenere Arnaldum de ſolerio Hiſpanum in c. ſi pater de teſtam. in 6.

378 † Contraria autem opinio, quod in totum expiret, limitatur, ut nō procedat quando eſſet appoſita in teſtamento clauſula Codicillaris: quia ſine dubio tunc eius uirtute fatentur omnes, quod trahatur ad fideicommiſſum: † nam effectus illius clauſulæ iſte potisſimum eſt, quòd ſi diſpoſitio ex aliqua cauſa ualere iure directo nō poteſt, ualeat ſaltem iure ſideicommiſsi, ut tradit Bart. in l. 1. ff. de iure codic. & per Bal. Ang. Imol. Alex. & alios in l. uerbis ciuilibus ff. de uulg. & pupill. uerum iſta limitatio non erit neceſſaria ſecundum opinionem, quam tenui.

380 Vigeſimo quarto quæritur, † quid de Compendioſa facta uerbis communibus filio impuberi in poteſtate exiſtenti, an infra pubertatem ualeat iure directæ pupillaris, an uero iure fideicommiſsi? Nam poſt pubertatem non eſt difficultas aliqua, quòd ualet iure fideicommiſsi, omnes enim in hoc conueniunt: ſed difficultas eſt, ipſo

ipſo infra pubertatem decedente . gloſſ. in l. præcibus C. de impub. & alijs ſubſtit. tenet, quòd ſicut poſt pubertatem non poteſt iure directo ualere, ſed tantummodo iure fideicommiſsi, ita etiam iure fideicommiſsi ualeat infra pubertatem gloſſ. autem in l. Centurio ff. de uulga. & pupilla. & in §. qua ratione inſtitut. eo. tit. licet obſcure loquantur, tamen hoc idem in effectu uidentur uellę quam opinionem multi ſequuntur: ſed multi etiam contrarium tenent, uidelicet quòd immo ſi ille moriatur infra pubertatem, ualeat iure directo, ſcilicet ut pupillaris: ſi uero poſt, tunc trahatur ad fideicommiſſum. Et Doctores adeo uarij ſunt, ut uix diſcerni poſsit, utra earum opinionum ſit communis. Iaſ. enim in dict. leg. præcibus dicit hanc eſſe communem, alij uero contrarium aſſerunt, ut ibi per Dec. ſed nunc ſine dubio puto hanc, quam ſecundo loco retuli eſſe crebriori calculo receptam: eam enim ſequuntur omnes ferè Moderni in d. l. Centurio, & in d. l. præcibus, & etiam illam approbant Polit. & Iaſ. in eorum tract.

Omiſsis ergo authoritatibus, de ueritate huius articuli iuribus, & rationibus diſcutiamus, rem ipſam ad breuitatem redigendo.

381 † Primo igitur pro opinione gloſarum adducitur arg. per Bart. in d. l. præcibus, & fuit etiam ex intentione illius gloſſ. nam uerbum iſtud ſubſtituo dicitur eſſe uerbum commune, & ſic aptum & directam, & fideicommiſſariam ſubſtitutionem ſignificare ſecundum Bart. & alios in l. Centurio. ſed ſi ſic illud accipiamus, ut directam ſignificet, certum eſt, quòd poſt pubertatem in totum erit nulla: quia poſt pubertatem paganus directò ſubſtituere non poteſt §. fi. inſtit. de pupill. igitur congruentius eſt, ut in alia ſignificatione capiatur, uidelicet ut fideicommiſſariam ſignificet, ad hoc ut actus potius ſuſtineatur, quàm pereat, l. quotiens ff. de reb. dub. cum ſuis ſimil. ſupra in præcedenti articulo allegatis.

382 † Secundò adducitur, quia ualet argumentum de tempore ad perſonas l. qui plures liberos, in prin. ff. de uulg. & pupill. ſed ſi pluribus perſonis diſparis conditionis fiat ſubſtitutio † intelligitur ta- 383
lis, quę omnibus æqualiter conueniat, ut eſt tex. in l. iam hoc iure ff. de uulg. & pupill. in l. hæreditatem, & in l. quamuis C. de impub. & alijs ſubſtit. & in l. in teſtamento C. de teſtam. milit. ergo eodem modo ſi fiat diuerſis temporibus, illa ſubſtitutio intelligetur

telligetur

telligetur facta, quæ omni tempore pariter conueniat, & conſequenter fideicommiſſaria: ad hoc, ut æqualiter illa tempora determinentur, per iura præallegata.

384 † Tertio adducitur, quia una, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, l. eum qui ædes ff. de uſucap.

385 † Quartò adducuntur Doctores, quia non debet induci diuiſio, ſeu Sciſsio uoluntatis, aut diſpoſitionis teſtatoris l. eum, qui tacitam §. fin. ff. de his quib. ut indignis.

386 † Sed tamen breuiter in hoc concludendo, ego puto contrariam ſententiam de iure eſſe ueriorem, uidelicet quòd immo ſi caſus eueniat infra pubertatem, ualeat ſubſtitutio pupillaris, & ſic iure directo, non autem iure fideicommiſsi: & ratio eſt, quia hic omnia concurrunt, quæ ad pupillarem ſubſtitutionem ſunt neceſſa-
387 ria, ſic enim præſupponere debemus, † quòd in cæteris omnibus ſint termini habiles, aliàs autem fruſtra de hoc dubitaretur l. qui teſtamento §. fin. ff. de teſtam. & nihil in contrarium repugnat, ut ex infra dicendis apparebit: & uerba ſunt apta, ut mox dicemus.

388 † Item certum eſt, quòd in compendioſa continetur pupillaris ſubſtitutio, ſi filio impuberi, & in poteſtate exiſtenti fiat, ut diximus ſupra, & eſt text. in l. Centurio ff. de uulg. & pupill. & in l. præcibus C. de impub. unde non uideo rationem aliquam, cur non contineatur hic pupillaris ſubſtitutio: neque reperio legem aliquam in iure, quæ dicat illud non procedere, quando compendioſa eſt facta per uerbum commune.

389 † Immo uerò contrarium potius expræſſum reperitur, uidelicet in d. l. præcibus ſecundum omnes intellectus, qui ad illam legem traduntur, excepto illo Fulgoſij, ubi dicitur in effectu, quòd ſi in pupillari ætate decedat, ualet iure pupillaris: ſi uerò poſt, iure fideicommiſsi. Et ſi diceres, non apparet ibi, quòd ſubſtitutio fuiſſet facta per uerbum commune. Reſpondeo, quòd poſito quòd non appareret, tamen adhuc text. ille hóc probat: quia non facit uim in hoc, ſed ſimpliciter, & abſolute illud dicit: ideo ſequitur generaliter, & indiſtincte id eſſe uerum, nec faciendam eſſe differentiam, an directis, uel communibus uerbis facta fuerit compendioſa: & non eſt credendum, quòd ita ſimpliciter locutus fuiſſet Imperator ibi, ſi procederet tantum modo eo caſu, quo uerbis directis facta fuiſſet illa ſubſtitutio.

390 † Præterea expreſſum hoc in iure habemus, quòd ſubſtitutio in dubio eſt cenſenda directa, dum modo perſonis conueniat, & uer

ba ſint

ba ſint apta, caſus eſt de hoc in c. ſi pater, de teſtam. in 6. ubi erant tres ſubſtitutiones compendioſę, una ſi filius abſquè liberis decederat, filio moreretur; & pariter ſi filius ſine liberis obiret, eidem filiæ moreretur, & demum eſt tertia de Chriſti pauperibus; ſi uterquè abſquè liberis deficeret; poſtea tex. ille dicit, quod præmiſſæ ſubſtitutiones de filio ad filiam, & è contra: item illa de pauperibus directæ debent intelligi pupillares; ſed illæ duę primæ ſubſtitutiones fuerant factæ per uerbum commune, quale dicunt eſſe uerbum moriatur ut per Bart. in l. Centurio ad finem ff. de uulg. & pupill. & tamen infra pubertatem directæ pupillares ibi appellantur.

391 † Omitto hic generalia, quòd quæ uariantur tempore, uariantur etiam ſecundum diuerſitatem temporis, l. pretia rerum §. fin. ff. ad l. falcid. item omitto text. in l. pater Seuerinam §. conditionum uerba ff. de condit. & demonſtrat. de quo tex. in præcedenti articulo mentionem habuimus. Nam ſupra proxime allegata ſunt in ſpecie ad materiam noſtram.

Non obſtant, iſtis ſic ſtantibus ea, quæ ſupra in contrarium adducta fuere, & primò quòd ſi uerbum ſubſtituo capiatur in ſenſu directo, ſequitur quòd poſt pubertatem corrueret in totum ſubſtitutio, quia Paganus non poteſt poſt pubertatem directo ſubſtituere §. fin. inſtitut. de pupilla: namque reſpondeo quod non dicimus nunc ſubſtitutionem iure directo poſt pubertatem ualere, nec de hoc nunc contendimus: nam, prout ſupra dixi in principio huius quæſtionis, omnes in hoc conueniunt, quòd poſt pubertatem ualeat iure fideicommiſsi: & iſtud nos quoque fatemur; ſed difficultas eſt infra pubertatem, & nos dicimus eam iure directo ualere, ſi caſus contingat, quòd ille in pupillari ætate decedat, per ſupradicta: ſed hoc nihil repugnat, quia poſt pubertatem uerbum illud ſubſtituo trahatur ad fideicommiſſum, ſi caſus illo tempore contingeret, ut omnes fatentur.

392 † Et eo maxime quia conſiderandū eſt, quòd ſemel tantum fit interpretatio huius uerbi ſubſtituo ante pubertatem, uel poſt pubertatem, prout contingit illum, cui fuit facta ſubſtitutio, deceſsiſſe: ipſo enim uiuo, non eſt neceſſe quicquam tractare de ſignificatione huius uerbi: aut ergo caſus contingit, & mortuus ille eſt in pupillari ætate; & tunc, cum uerbum iſtud ſit de ſe aptum directam ſignificare ſubſtitutionem, & cætera omnia concurrant, nihil eſt, cur non ſic interpretemur: cum lex ita dicat

faciendam

faciendam eſſe interprætationem in dubio, dummodo perſonis conueniant, & uerba ſint apta, d. c. ſi pater, de teſtamen. in 6. Nec eſt ad propoſitum hic conſiderare caſum poſt pubertatem: quia cum iam mortuus ille fuerit in pupillari ætate, non poteſt iterum etiam poſt pubertatem mori, aut uerò extitit caſus poſt pubertatem, quia tunc mortuus ille fuit: & eo caſu ſine dubio ualebit iure fideicommiſſi: & ita fiet interprætatio illius uerbi, quia aliter ualere non poteſt ſubſtitutio à pagano facta d. §. fin. inſtit. de pupill. nec hic pariter eſt ad propoſitum, quòd fuerit ante pubertatem facta interprætatio iure directo: quia non eſt uerum, quoniam cum ſit mortuus, poſt pubertatem, non potuit obijſſe ante pubertatem, quia ſemel tantum quis mori poteſt. uiuo autem ipſo, non fuit tractatum de interprætatione, ſubſtitutionis, cuius caſus nondum extitit.

393 † Non obſtat ſecundum: quia argumentum de tempore ad per-
394 ſonam non procedit, quando eſt diuerſa ratio † & pariter regula l. iam hoc iure ff. de uulg. & pupill. cum ſimil. non procedit, ut tradit Alex. in conſil. 50. col. fi. uol. 4. & quòd tradit Corne. circa illam regulam in conſi. 142. uolum. 4. Dec. in conſil. 394. colum. 2. in fine & in conſi. 456. colum. fin. uerſic. ſecundo reſponderi poteſt, & quòd in propoſito noſtro illa regula non procedat, apparet manifeſto, quia, illa attenta, ſubſtitutio compendioſa deſtrueretur: quia oporteret, ut non tantum ſpetiem ſubſtitutionis contineret, quibuſcunque uerbis facta reperiatur, quia ſemper illa ratio militaret: adeo quòd illa regula repugnat naturæ compendioſæ ſubſtitutionis: quæ ſecundum uarietatem temporum, & caſuum uarias continet ſubſtitutiones, ut ſupra uidimus in prima, & in quinta quæſtionibus.

395 † Vnde approbo illud, quòd dicit hoc loco Polit. in ſuo tract. uidelicet quòd ſi duo imparis conditionis inſtituantur, puta unus pubes, alter uerò impubes, & eis ita ſubſtituatur, quandòcunque deceſſerit, ſubſtituo ſeruum: in illa ſubſtitutione nihilominus continebitur pupillaris, & ex illa ſubſtitutus admittetur: ſi quidem caſus eueniat, quòd in pupillari ætate decedat: item continebitur fideicommiſſaria in perſona maioris, quando decedet. Iſtud enim ueriſsimum puto, & hæc eſt natura compendioſæ, quicquid in reciproca ſit, ultra quòd ut ipſe dicit, nec eſt natura huius uerbi ſubſtituo, ut utranque poſsit ſubſtitutionem ſignificare.

† Non

396 † Non obſtat etiam per eandem rationem regula legis cum qui ædes ff. de uſucap. nec læditur in aliquo illa regula per hanc opinionem. nam uerum eſt, quòd una, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, ſcilicet eodem tempore, ſed ſecus diuerſo tempore conſiderato: nam quandiu res illæ mobiles ſunt ædibus affixæ, non debent ut mobiles, & ut immobiles cenſeri, ſed tantum ut immobiles: poſtea uero quam contingerit, illas ab ædibus ſeparari, tunc ut res mobiles reputantur: adeo quòd ille tex. potius retorquetur. Fateor ergo quòd ſi eueniat caſus, quòd ille in pupillari ætate decedat, non reputabitur hæc ſubſtitutio ut directa, & ut fideicommiſſaria, & ſic diuerſo iure, ſed tantummodo ut directa: ſed ſi eueniat caſus poſt pubertatem, tunc pariter ut fideicommiſſaria tantum iudicabitur, non etiam ut directa, & ſic non diuerſo iure: ſed ſemper uniformis in ſuo caſu, qui exiſtet, erit: ut idem quoque eſt in caſu d. l. cum qui ædes.

397 † Non obſtat quartum. quia nulla hic fit ſciſsio uoluntatis, immo in totum ualida remanet non autem pro parte, prout dicitur pro parte non debere ualere in d. l. cum qui tacitam §. pen. pro parte ff. de his quib. ut indig. Tota enim hic ualet iure directo, aut tota iure fideicommiſsi ſecundum contingentiam caſus, qui extitit: & uno tantum ex illis duobus modis ualere poteſt: quia ſemel tantum exiſtere poteſt, cum ſemel tantum qui moriatur. & ex iſtis apparet hanc opinionem de iure eſſe ueriorem, ſecundum quam ego ſemper & conſulerem, & iudicarem.

399 † Limitatur autem iſta concluſio, uidelicet quòd infra pubertatem ualeat ſubſtitutio iure directo, & ſic ut pupillaris, ut non procedat, quando mater ſuperſtis eſſet: quia illius fauore trahetur ad fideicommiſſum, etiam infra pubertatem: & uerbum illud cōmune ſubſtituo hoc caſu fauore matris accipietur in illa ſignifica-
399 tione, ſcilicet iure † fideicommiſsi: arg. l. qui duos §. 1. ubi glo. ff.
400 de reb. dub. † Item arg. eorum, quæ dicuntur in l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. Item facit communis concluſio Docto-
401 rum, quæ habet, † quòd pupillaris tacita, ad quam porrigitur expræſſa uulgaris, ut in l. iam hoc iure ff. de uulg. & pupill. cum ſuis ſimil. non habet locum contra matrem, ut in l. 2. & in l. Centurio
402 ff. eo. tit. † & uerè eſt non modicus fauor matris, quòd ualeat ſubſtitutio potius iure fideicommiſsi, quia retinere poteſt ſibi duas quartas, uidelicet legitimam, & Trebellianicam: Item efficietur hæres filij ab inteſtato. & illæ duæ quartæ ſimul iunctæ abſorbent dimidium uniuerſi patrimonij, ut not. in c. Rainutius extra de te-

ſtam. in l.eam quam C. de fideicom. & alibi ſæpe per Doctores ut per Crau. in conſi. 50. Et complures Doctores ſunt, qui ſequuntur hanc limitationem, ut per Dec. & alios in d.l.pręcibus,& in d. l. Centurio. Et ita iudicatum fuit in Sacro Regio Conſilio Neapolitano, ut per Afflict. Deciſ. 367. Et aliqui hanc appellant communem. Alij uerò plures etiam ſunt, qui hanc limitationem non probant,ſed indiſtinctè & ſic etiam matre exiſtente in medio principalem concluſionem ſequuntur: & hanc pariter communem appellant. Quos referre tędet,uideri poteſt per Riminal. in d. l.præcibus num. 469. cum multis ſeq. qui omnes ferè recenſet. Dec.
403 autem ibi dicit † quòd propter uarietates opinionum iudex debet cogere partes ad concordiam, ut mater ſaltem legitimam habeat, dimiſſa Trebellianica, & ſic ut media uia eligatur, prout in l. neſſennia ff. de neg.geſt. & in l. ſi paterfamiliàs ff. de hæredib. inſtit.
404 † Ego uerò concludendo puto hanc limitationem non eſſe ueram, nec alicubi in iure eam probari. Sed in primis ad unum eſt aduertendum, quia Doctores aliqui redarguentes hanc limita-
405 tionem deducunt ſic argumentum. † Pupillaris, quæ in compendioſa continetur, excludit matrem, ut omnes fatentur, quia illa non eſt tacita, ſed expręſſa, ut ſupra uidimus ex intentione Doctorum, licet ego aliter in hoc ſenſerim ſupra in ſexta quæſtione, & etiam in materia pupillaris in illa quæſtione an tacita pupillaris, ſeu præſumpta matrem excludat. Sed quicquid in hoc ſit, certum eſt quòd illa pupillaris, quæ in compendioſa ineſt (quæcunque tandem ſit, matrem excludit, ut omnes in hoc conueniunt.
406 † Supra dicta limitatio ſi uera eſſet, illa concluſio deſtrueretur, & nunquàm haberet locum: quia quòd pupillaris excludat matrem: item quòd fauore matris deſinat eſſe pupillaris, & efficiatur fideicommiſſaria, iſta non ſtant ſimul.
407 † Iſtud enim argumentum hoc modo deductum non concludit: neque uerum eſt, quòd hæc limitatio concluſionē illam deſtruat: quia non negat, pupillarem, quando in compendioſa continetur, matrem excludere: ſed bene negat hoc caſu pupillarem in compendioſa contineri: quia dicunt Doctores quòd uerbum illud ſubſtituo uti aptum comprehendere & directam, & fideicommiſſariam nunc,fauore matris fideicommiſſariam continebit, non autem pupillarem: uerum ubi pupillaris continetur, ut quando fuiſſet uerbis directis, non autem communibus facta, non negant matrem tunc excludi: & ſic in illo caſu uerificabitur concluſio illa, quòd pupillaris in compendioſa contineatur, & matrem excludat.

Aliter

408 Aliter igitur deduco argumentum cõtra hanc limitationem, quàm faciant Doctores: & illud in primis dico, quòd ſecundum omnes Doctores uerum eſt pupillarem in compendioſa comprehenſam matrem excludere, & quidem etiam à legitima, ut eſt text. in c. ſi pater, de teſtam. in 6. Quemadmodum etiam pupillaris ſpecificis uerbis facta l. Papinianus §. ſed nec impuberis ff. de inoffic. teſta.
409 Rurſus dico, quòd uerbum iſtud ſubſtituo eſt aptum ita directam, ſicut fideicommiſſariam ſubſtitutionem ſignificare, ut ſupra dictũ
410 eſt. † Item tertium dico, quòd in dubio ſubſtitutio eſt potius directa, quàm fideicommiſſaria intelligenda d. c. ſi pater, ad finem.
411 † Quibus ſic ſtantibus dico quòd ſupradictæ regulæ, ſcilicet quòd uerbum ſubſtituo directam ſignificet ſubſtitutionem, ſicut fideimiſſariam: item quòd ſubſtitutio in dubio potius directa, quàm obliqua intelligatur, nullibi reperiuntur limitatæ, ut non procedant, quando mater eſt in medio: igitur à regula non eſt recedendum: & qui uult dicere contrarium, debet probare, ut not. Bart. in l. 2. ff. ſi quis in ius uoc. non rerit. & in l. quotiens ff. ſi quis caut. tradit Petr. de Anch. in conſi. 368. colu. 2. in prin. & quòd Not. Bal. in conſ. 468. uer. Modo quæritur uol. 5. Crau. conſi. 25. col. 2. uer. ſimiliter, & conſi. 241. col. 11. uer. non obſtat.
413 Immo uerò dico contrarium potius probari, quod ſcilicet prædictæ regulæ locum habeant, etiam quando mater ſupereſt, ut pro-
414 batur in d. c. ſi pater de teſtam. in 6. ubi primæ duæ ſubſtitutiones ibi, uidelicet de filio ad filiam † & è contra fuerant factæ per uerbum commune, ſcilicet moreretur, ſecundum doctrinam Bart. in l. Centurio, ad fi. ff. de uulg. & pupill. & mater ſupererat: & tamen dicitur, quòd omnes illæ ſubſtitutiones ſunt directæ pupillares eueniente caſu (prout euenit) quòd illi in pupillari ætate deſſerint, ua dicitur in uer. Præmiſſæ nanquè ſubſtitutiones, &c. Item dum ponit ille tex. generalem deciſionem, quòd ſemper in ſubſtitutionibus hæc facienda eſt interprætatio, ut directæ potius, quam obliquæ eſſe intelligantur, dummodo uerbis, & perſonis hoc conueniat, ſicut in caſu illo & uerbis, & perſonis illud conuenire dicit: in caſu autem illo & uerba erant communia, & mater erat in medio: ergo remanet ibi eſſe caſum contra hanc limitatio-
416 nem. † Item hoc ratione probatur, quia ſubſtitutio pupillaris eſt diſpoſitio fauorabilis, & utilis ipſi pupillo & probatur in l. ſi pupillus ff. de aquir. hæredit. fideicommiſſaria uerò dicitur onerosa:
417 Et hinc eſt, quòd pupillo arrogato poteſt reſpectu quartæ, quam habet à lege, fieri pupillaris ſubſtitutio, fideicommiſſaria uerò nõ

418 poteſt, ut eſt tex. in l. ſi arrogator ff. de adopt. † Modo nullibi in iure probatur, quòd tantus fauor matri debeatur, ut eius gratia tollatur, aut impediatur pupillaris ſubſtitutio fauorabilis, & utilis ipſi pupillo, & conuertatur in fideicommiſsariam, quæ onerosa
419 illi reputatur à lege d. l. ſi arrogator. † Immo contrarium reperitur expreſſum in iure, uidelicet quòd fauor pupilli in ſua pupillari ſubſtitutione præponderat, & præfertur fauori matris & eam omnino excludit etiam à legitima, ut eſt text. in l. Papinianus §. ſed nec impuberis ff. de inoffic. teſtam. & in ſupra allegato c. ſi pa-
420 ter. Poteſt etiam ad hoc induci tex. in l. præcibus C. de impub. & alijs ſubſtit. ubi ſubſtitutio pupillaris ſiue ſpecifica ſit, ſiue ſub cōpendioſa contineatur, matrem excludit, ut in uer. ſi uerò neque differentiã ullam ibi facit Imperator quibuſnam uerbis fuerit illa ſubſtitutio formata: immo utitur uerbo ualde generali, uidelicet eos habeat hęredes, quos ei pater conſtituit: ut denotaret nullam in hoc uim fieri debere an iſto, uel illo uerbo uſus fuerit teſtator in ſubſtituendo. Nec eſt uero ſimile, quòd Imperator illo uerbo generali uſus fuiſſet, ſi noluiſſet ſuam illam deciſionem procedere, quando facta eſſet ſubſtitutio uerbis communibus, maxime cum ibi procedat tradendo doctrinam, in iſta materia & diſtincta aliquos caſus conſiderando, & ſupplendo deffectum illius mullieris factum diminutè proponentis. Et illum tex. ad hoc perpendit etiam Paul. Caſtren. ibi, qui & ipſe hanc eandem opinionem tenet, & pro ea dixit, ſe ſemper conſuluiſſe.

421 † Non obſtant modo ea, in quibus fundatur hic limitatio per Doctores eam tenentes. Et primò non obſtat tex. in l. qui duos §. 1. ff. de reb. dub. Nam primo dico, quòd nullus fauor ibi ponitur
422 reſpectu matris, ita quòd ſecus eſſet reſpectu alterius † ſed illa eſt interpratatio, ſeu præſumptio ſumpta ſecundum naturæ curſum, ut pater, qui primò natus eſt, prius etiam mortuus credatur, quando aliud non apparet. Et quando ſecus contingit, lex dicit illud euenire turbato ordine naturæ, ut in l. nam & ſi parentibus ff. de
423 inoffic. teſtam. † Et ex illa declaratione, ſeu interpratatione, quã ibi facit lex, reſultat illud commodum matri ibi ſuper exiſtenti, quòd ipſa impuberi ſuo filio ſuccedit poſt patrẽ præſumptiue de-
424 functo. † Præterea ibi ſumus in ſucceſsione ab inteſtato: nos uerò uerſamur in ſucceſsione ex teſtamento, ubi adeſt expræſſa diſpoſitio teſtatoris uocantis ſubſtitutum: ideo ceſſat fauor matris, ut in ſupra allegatis iuribus manifeſtò probatur.

425 † Non obſtat ſecundò, quòd dicitur in l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit.

ſub

ſub condit. fact. Quia primò Deciſio loquitur in illis terminis tantum, quando ſcilicet mater pupilli fuerat etiam per teſtatorem expræſſe uocata: ex quo ſumitur coniectura affectionis erga ipſam,
426 prout text. ille expreſſe in illa ratione ſe fundat. † Præterea uerba ſubſtitutionis ibi expræſſe repugnabant caſui, qui euenerat: quoniam ille fuerat ſubſtitutus ſub conditione hac, ſi poſthumus editus non fuiſſet: & petebat ſe admitti, illo nato: in caſu uerò noſtro uerba ſubſtitutionis non ſolum non refragantur, ſed immo expræſſe conueniunt: & extitit ad unguem caſus in ſubſtitutione expreſſus: quia ille filius deceſſerat, prout ſub illo caſu ſuam ſubſtitutionem teſtator conceperat.
427 † Non etiam obſtant ea, quæ dicuntur de ſubſtitutione illa pupillari, ad quàm expræſſa uulgaris porrigitur, d. l. iam hoc iure, quæ contra matrem non habet locum. Quia primò ego contrarium tenui ſupra in materia uulgaris in ſeptima quæſtione in primo effectu, & in materia pupillaris, in octaua quæſtione in tertio effe-
420 ctu. Præterea, ut nuper dicebam in alio contrario, † uerba, quibus ille fuerat ſubſtitutus: repugnabant omnino caſui, qui extitit, & per quem uult nunc admitti: fuit enim ibi uocatus ſubſtitutus ſub illa conditione, ſi filius hæres non erit: ille autem hæres fuit. In caſu uerò noſtro uerba, quibus fuit uocatus ſubſtitutus, omnino conueniunt caſui, qui extitit, immo eſt illemet, quem teſtator expreſsit in ſubſtitutione.
429 † Et per iſtam rationem Doctores etiam tenentes illam opinionē quòd mater non excludatur per illam præſumptam pupillarem, de qua in d.l.iam hoc iure, fatentur ſecus eſſe in pupillari iſta, de qua nunc agimus, quæ ſcilicet in Compendioſa continetur: quoniam uerba non omnino repugnant: & iſtud negari non poteſt, cum ſit caſus in d.c.ſi pater, de teſtam. in 6. & ſic cum omnes Doctores fateantur diuerſam eſſe rationem inter iſtam, & illam, merito ſequitur non eſſe bonum argumentum de una ad aliam, & nihil concludere, etiam illam opinionem tenendo quòd mater non excludatur, cuius tamen contrarium ego uerius eſſe exiſtimo.
430 † Igitur concludendo dico, indiſtincte ſubſtitutionem iſtam Cōpendioſam etiam per uerbum commune factam infra pubertatem ualere iure directæ pupillaris etiam ſi mater ſit in medio. & ideo
431 † dico ſuperuacaneas eſſe ſublimitationes quaſdam traditas ad dictam limitationem per Doctores in d. l. præcibus, ut ſcilicet illa non procedat, quando mater tranſiuiſſet ad ſecunda uota uel quādo teſtator dixiſſet omnia bona ſua ad illum perueniant, &c. cum

enim

enim ego tenuerim ſimpliciter matrem non impedire, quia ſubſtitutio illa ut directa pupillaris ualeat, multo magis, & ſine difficultate aliqua hoc procedet concurrentibus illis, de quibus in ſupradictis ſublimitationibus.

432 † Vigeſimo quinto quæritur, † quid ſi fiat ſubſtitutio Compendioſa filio impuberi ſub illa conditione quandocunque ſine liberis deceſſerit, an infra pubertatem ualebit ut pupillaris, an uero omni tempore erit fideicommiſſaria? glo. in l. præcibus C. de impub. tenet, quòd ſit omni tempore fideicommiſſaria, quibuſdam rationibus ſatis leuibus, eas non curo referre illis enim reſpondent Iaſ. & alij communiter ibi, qui poſt Bart. glo. illam reprobant. & ego quoque puto illam glo. male loqui potiſsimum rationibus, de quibus ſupra in præcedenti quæſtione, quia ſcilicet ſemper ſumenda eſt in dubio interpretatio, ut ſubſtitutio iure directo potius ualeat, quam iure fideicommiſsi d. c. ſi pater de teſtam. in 6.

433 Solum intendo remouere contrarium, de quo meminit Iaſ. in d. l. præcibus tanquam difficillimum, & cui non poteſt ſine uiolentia reſponderi ſecundum eum, uidelicet tex. in l. credendum, in uer. ſi uero maritus ff. qui pet. tut. ubi diſpoſitio in perſona impuberis facta ſub illa conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, ualet ut fideicōmiſſum. nam uere tex. ille nihil penitus obſtat, neque meruit adhoc allegari: quia ibi illa diſpoſitio fuerat expræſſe per fideicommiſſum facta, adeo quod & ſi non fuiſſet appoſita illa conditio ſi ſine liberis deceſſerit, non aliter potuiſſet deberi, niſi per fideicommiſſum: quia ſic diſpoſuerat ibi teſtator expreſſe: quæſtio autem noſtra procedit in dubio, & quando nihil aliud apparebat circa hoc de uoluntate diſponentis, niſi quòd conditionem illam appoſuerat, uidelicet ſi ſine liberis deceſſerit: alioquin ſi expreſſum fuiſſet, quòd per fideicommiſſum ſubſtituebat, prout expræſſum fuerat in d. l. credendum, non eſſet quæſtioni oni locus, ſed res eſſet indubitata. & ſi quis diceret, cur non erat indubitata in d. l. credendum: dico quòd non dubitabatur ibi, an illud deberetur per fideicommiſſum, uel iure directo, ſed ſuper alio ibi uertebatur quæſtio, ut uideri poteſt: adeo quòd ille text. nihil obſtat huic concluſioni.

434 † Sed aliud inſuper eſt, quod uidetur obſtare, ne ſubſtitutio hoc caſu poſsit infra poſt pubertatem ullo modo nec directo, nec per fideicommiſſum ualere: quia cum teſtator dixerit, ſi ſine liberis deceſſerit, uidetur illo tempore tantum uoluiſſe ſubſtituere, quo liberos ille habere poterat: quod eſt poſt pubertatem tantum, quia

435 antea liberos habere non poteſt. † reſpondetur, quòd propter generalitatem uerbi quandocunque, quod quidem omne tempus comprehendit tam ante, quam poſt pubertatem, dicendum eſt etiam illud infra pubertatem fuiſſe comprehenſum.

436 † Et licet liberos ſuſcipere tantum poſsit poſt pubertatem, tamen non minus poteſt dici ſine liberis decedere etiam pupillus, ſaltem
437 impropriè, & large: † ut in ualde ſimili caſu de inteſtato dicitur, in l. 1. in prin. ff. de ſuis & legit. ubi licet inteſtatus proprie, & ſtricte ille tantum dicatur, qui, cum poſſet teſtari, non fuit teſtatus, tamẽ pro inteſtato ille etiam habetur, qui non poteſt facere teſtamentum propter defectum ætatis uel, aliter, ut impubes, furioſus, & is cui bonis interdictum eſt: & ita pariter ſine liberis decedere etiam impubes dici poterit, & in illo uerba generalia ſubſtitutionis uerificari poterunt.

438 Vigeſimo ſexto quæritur †, quid ſi ſubſtitutio Compendioſa fiat filio impuberi in poteſtate per uerba mere obliqua? in hoc enim non eſt difficultas, quin omni caſu ualeat iure fideicommiſsi ſecundum naturam uerborum per teſtatorem prolatorum l. cohæredi §. cum filio ff. de uulg. & pupill. & inſtit. de ſingul. reb. per fidei-
439 com. relict. §. fin. & hoc caſu attenditur, † quibus nam uerbis uſus teſtator fuerit, directis, an obliquis: quia cum utroque iure fieri, & ualere poterat ipſa ſubſtitutio, tam ſcilicet iure directo, quam etiã iure fideicommiſsi, merito attenditur, & inſpicitur quibus uerbis uſus fuerit teſtator.

440 † Sed dubitatur an dici tunc Compendioſa poſsit, necne? quaſi nõ poſsit dici, cum unam tantum ſpetiem ſubſtitutionis ſemper contineat, uidelicet fideicommiſſariam. ſed tamen ego uerius puto eam dici poſſe Compendioſam attenta illius forma, quæ eſt ſeruata, & quia ad plura tempora refertur.

LAVS DEO

PAVLI LEONII PATAVINI

IVRECONSVLTI DVCALIS CONSILIARII

In difficillimum totius legis Gallus, ff. de Liber. & Poſthum. Contextum

Scholia.

CVM PRIVILEGIIS.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.

VENETIIS,

Ex officina Marci, de Maria Salernitani Bibliopolæ Neapolitani. M. D. L XIII.

Ad optimum Beneuolumque Lectorem.

LEctor ſuauiſsime noſti (ni fallor) quæ, & quanta ſit in lege Gallus difficultas, ita ut præ cæteris in iure noſtro legibus famoſa hoc nomine apud omnes huius diſciplinæ profeſſores ſemper ſit habita. Ego igitur ſi hac in re quicquàm efficere poſſem ad tui commodum, ac ſolacium experiri uolui, ut mitiorem, ac leniorem aliquantulum hunc contextum redderem. Quod ſi aliqua ex partè aſſecutum me fuiſſe, tu meam hanc interpretationem legendo, ſenſeris, illud tantum præmij loco mihi ſat eſſe exiſtimabo, ſi tu laborem hunc meum non ingratum tibi fuiſſe fateberis: ſin minus, mihi haud ſuccenſeas, quòd tibi prodeſſe uoluerim. Interea uerò ego tuam, uel alterius cuiuſuis utiliorem, uberioremquè in hac re operam expectabo. Vale, & me ita dilige, ut ego te amo, & colo.

CLARISS. TRIVMVIRIS
PATAVINI GYMNASII
INSTAVRATORIBVS SAPIENTISS.
PAVLVS LEONIVS
S. P. F.

CVM iſta nunc ſtudiorum meorum monumenta edere mihi propoſuerim, nulli omnino hominum generi rectius aptiuſue ea uouere me poſſe ſum arbitratus, quàm uobis uiri optimi, Senatores præſtantiſsimi, uobis inquàm, qui rei litterariæ præeſtis, uobis, qui morum elegantia, grauitate, prudentia, cæteriſquè alijs uirtutibus ueluti micantia ſidera inter cæteros mortales maximo ſplendore fulgetis, uobis deniquè, ſub quorum iuſtiſsimo fæliciſsimoquè Imperio mihi naſci, ac degere Dei Optimi Maximiquè conceſsione contigit: Quòd non modico mihi uitæ meæ ornamento, ne etiam fœlicitati dicam, aſcribendum ſemper exiſtimaui: cum de Imperio iſto illud affirmari meri-

tò poſsit, Satius multò cuiq; eſſe huic ſeruire, quàm alibi regnare. Suſcipite igitur uiri ſapientiſsimi illari uultu hæc, quæ à me beneuolo, liberaliquè animo uobis in præſentia perſoluuntur: ueluti quidam non fortunarum, ſed fidelis, gratiquè mei erga uos animi debitus cenſus. Neque illum ueluti exiguum, aut tenuem aſpernetis: qui enim liberaliter offert quicquid ſuis uiribus conſentaneum eſt: reyci (Xerſis exemplo) non meretur. Quòd ſi puſillum hoc non inuiſum uobis fuiſſe intellexero, ad cenſum augendum in dies magis accendar. Diu ac fæliciter valete.

AD L. GALLVS.

SVMMARIVM.

1 Difficultas legis Gallus ab omnibus prædicatur.
2 Poſthumus quis dicatur, ſecundum primam uerbi ſignificatione.
3 Poſthumus quinq; modis dici poteſt per extenſionem iuris conſultorum, immo ſeptem.
5 Poſthumus, qui uiuo teſtatore poſt factum teſtamentum naſcitur, non cadit ab inteſtato.
6 Poſthumus, qui poſt teſtamentum adoptatur.
7 Poſthumus, qui poſt teſtamentum aui incipit tenere primum gradum ob mortem præcedentis, uel aliter.
8 Poſthumus, qui ob mortem aui incipit eſſe ſuus patri poſt teſtamentum conditum, ab illo de caſtrenſibus aut quaſi.
9 Qui eſt in alterius poteſtate alium in poteſtate habere non poteſt.
10 Poſthumus, qui per legitimationem de ſe poſt teſtamentum patris factam effectam efficitur ſuus ad inſtar illius, qui poſt teſtamentum adoptatur.
11 An talis legitimatus reuocaret donationem antea factam ex diſpoſitione legis ſi unquàm C. de reuoc. donat.
12 Poſthumi loco etiam habetur Monaſterium, quòd quis poſt teſtamentum à ſe factum ingreditur, quando eſt ſucceßionis capax.
13 Alia poſthumorum diuiſio.
14 Poſthumus poteſt dupliciter dici ſuus, uel alienus.
15 Poſthumi ſui, & ex ſuo corpore nati.
16 Puſthumi ſui non tamen ex ſuo corpore nati.
18 Poſthumi alieni, & ex alio corpore nati.
19 Poſthumi nati ex ſuo corpore, non tamen ſui.
20 De iure antiquo ante diſpoſitionem Galli non poterat alius poſthumus inſtitui, quàm ille, qui tempore teſtamenti ſuus erat:
21 An illud eſſet expræſſe prohibitum, an uerò quia lex non àßiſteret. Emendari etiam dicitur quando ſuppletur, in eo quòd deficiebat.
22 Tota lex Gallus tendit ad hoc, ne teſtamenta rumpantur per poſthumos, qui poſt ſui efficiuntur.
23 Tres principales diſpoſitiones ponuntur in l. iſta uidelicet Galli, Velleí, & Iuliani & ſimul additiones & interpratationes Scæuolæ.
24 Diuiſio principalis totius legis.
25 Scæuola non procedit reprehendendo, ſed potius ſupplendo.

25 Deciſio Galli.
26 Quinque requiruntur, ut habeat locum Deciſio Galli. 1
27 Mulieres non ſolent ultra decem menſes in utero partum geſtare.
29 Poſthumus nepos natus, & conceptus poſt mortē aui non naſcitur ſuus auo.
30 Prima declaratio Scæuolæ ad deciſionem Galli.
31 Secunda declaratio.
32 Tertia principalis declaratio, ſeu extenſio Scæuolæ.
32 In l. Gallus tractatur potius de ſubſtitutione, quàm de inſtitutione poſthumorum.
33 Quarta declaratio, uidelicet in §. quid ſi is.
34 Fictio legis Corneliæ, & fictio poſtliminij.
35 Intellectus §. quid ſi is, in illis uerbis, uel etiam adhuc illis uiuis.
37 Quinta declaratio in §. ſi eius- 2
38 Sexta declartio in §. forſitan.
39 Septima, & ultima declaratio Scæuolæ in §. in omnibus.
39 Exhæredatio fruſtra poſt mortem exhæredati concipitur.
40 Lex uelleia diſpoſuit de poſthumo inſtituēdo, qui uiuo auo teſtatore naſcitur
41 Duo capita legis uelleiæ.
42 Tex. mendoſus reſtituitur.
43 Secundum caput legis uelleiæ non loquitur de poſthumo, ſed de iam nato, qui tempore quo fuit inſtitutus non erat ſuus, ſed poſt factus eſt ſuus.
44 Extenſio, ſeu declaratio Scæuolæ ad ſecundum caput legis uelleiæ in §. uidendum.
45 Diſpoſitio Iuliani in caſu ab alijs prætermiſſo, uidelicet in nepote poſthumo, qui nec tempore teſtamenti, in quo inſtituebatur, nec etiam tempore, quo naſcitur erat ſuus, ſed poſt factus eſt ſuus.
46 Declaratio Scæuolæ ad caſum Iuliani in §. ult. huius legis.
47 Suus hodie poteſt ex beneficio prætoris abſtinere.
48 Breuis clauſula, in qua oēs ſupradicti caſus cōprehenduntur effectualiter.
49 Poſthumus, de quo inſtituendo locutus fuit Gallus, an debeat dici alienus, an uerò ſuus? & nu. 52.
50 Sui, qui dicantur.
51 Lex pen. ff. de leg. 1.
52 Prouiſio Galli loquitur in caſu neceſſario.
53 Tex. in §. poſthumo inſtit. de legat. & num. 55. & 56.
57 Quæ ſit ratio, quòd ante Gallum inſtitui non poterat poſthumus, qui ſuus tunc non erat.
58 Ratio incertitudinis non eſt bona.
59 Ratio ſiniſtræ ſuſpitionis turpis coitus reijcitur.
60 Aliter declaratur, quæ ſit ratio.

LEX

LEX Gallus. Quanta ſit huius legis difficultas
1 † Neminem latere exiſtimo, inde enim per eui-
denter apparet, quia ſcribentes omnes eius diffi
cultatem prędicant, ut per glo.fin.in fi. in l.iſta,
& per glo.inſtit. de obligat. ex quaſi delicto. in
prin.in uerſi. ideo per Bar. hic & per Moder.re-
pet. quo igitur in maiori uerſamur difficultate, eo diligentius at-
tendendum erit, quoniam uerò obſcuritas nõ parum in contextu
uerſatur, ideirco ſingulas ipſius partes declarare ſtatui. Sed prius,
quia per totam ferè hanc legem de poſthumis mentio habetur, id-
què diuerſimode, uidendum in primis erit, qui dicantur in iure
noſtro poſthumi? Item quot ſint eorum ſpecies? Poſthumus
2 enim, † ſecundum primæuam ipſius uerbi & originariam ſignifi-
cationem dicitur filius ille, uel nepos, aut pronepos, qui naſcitur
poſt mortem patris ſui, aut aui, uel proaui, &c. quaſi poſthu-
mum, ſeu poſthumationem illorum natus ſit: ad differentiam filij,
ſuperſtite adhuc patre, aut nepotis, uel pro nepotis, ſuperſtite auo,
uel proauo nati, de his loquitur text. in l. 3. §. poſthumus Pri-
mo reſponſo infra tit. proximo: & hoc (ut dixi) ſecundum ſtrictam
iſtius uerbi ſignificationem: uerùm per extenſionem iuriſconſul-
torũ latius ſumpta fuit ſignificatio huius uerbi; adeo quidẽ ꝙ pluri
bus alijs modis poſthumos dici certum eſt. Secundo igitur ſciẽ-
3 dum eſt, † quod quinq; modis poſthumus dici poteſt. ut per glo.
in rub. C. de poſthum. hæredib. inſtit. immo tu dic ſeptem modis
4 dici poſſe: † Et Primo, prout ſupradixi, poſthumus eſt ille, qui na-
ſcitur poſt mortem ſui patris, aut aui &c. ut in d. l. 3. §. poſthumos
5 primo reſpõſo ff. de iniuſto rupto. † Secundo modo dicĩt poſt-
humus, qui uiuo teſtatore naſcitur poſt tamen factum teſtamentũ
& de iſto ẽt loquitur text. in d. §. poſthumos in ſecũdo reſpõſo. ſed
iſte in eo tantũ cadere põt, qui facit teſtamentũ, ab inteſtato nõ ca
6 dit. † Tertio poſthumus dicitur qui poſt teſtamentum adoptatur
uel arrogatur ad ſimilitudinẽ præcedẽtis, qui poſt teſtamentũ na-
ſcitur, ſic dictus, de quo loquitur text. in l. filius a patre §. filiusfami
7 liàs iſto tit. & inſtit. quib. mod. teſtam. infir. in prin. † Quartò dici
tur poſthumus, qñ nepos poſt factũ teſtamẽtũ ab auo, in cuius erat
poteſtate ſed nõ in primo gradu, quia pater eius, & ſic filius aui te-
ſtatoris illũ in gradu præcedebat, ideo nõ poterat dici ſuus, effici-
tur ſuus ob mortẽ patris, qui illũ in gradu pręcedebat, aut ẽt ꝑ emã
cipationẽ, ut declarat imperator in §. ita demũ inſti. de hæred. quæ
ab inteſt. defer. & in §. ſui autem inſti. de hęred. qualit. & differ.

Nam

Nam iſti, quaſi nunc naſcantur, poſthumorum loco dicuntur, ut eſt tex.in §.poſthumorũ,inſtit.de exhæredat.liber.& in l, poſthumorũ loco infra tit.proximo. & de his poſthumis loquitur l. no-
8 ſtra in §.nunc de lege uelleia. † Quinto dicitur poſthumus in caſu contrario, uidelicet qñ ob mortem aui nepos, qui erat in illius poteſtate,tranſit in poteſtatẽ ſui patris,qui iam teſtamentũ condiderat: nam auus habet filiũ, & ex eo nepotem omneſque in pote-
9 ſtate: nepos tamen interim nõ eſt ſuus patri ſuo:† quia nec in eius poteſtate, cum ipſe in alterius exiſtat, non põt alium in poteſtate habere. arg.l.homo liber §.fin.ff.de acquir.rerũ dom.in l.ult.C.de legit.tut.& eſt tex.in l. patri,& in l.ſeq.ff.ad l.Iul.de adult. & habetur inſtit. de patria poteſt. §. ult. Si igitur pater iſte interim,dũ eſt in poteſtate ſui patris faciat teſtamentũ,ut quia miles erat, ideo de caſtrenſibus bonis,aut etiam de quaſi caſtrenſibus,teſtari poterat, non obſtante patria poteſtate, iuxta diſpoſitionem tex.in l.fin.C. de inoff.teſtam.& demum eius pater moriatur,tunc eius filius,qui antea fuit in poteſtate aui, incipit eſſe in poteſtate ſui patris poſt eius teſtamentũ factũ:& ſic quaſi nunc naſci uidetur,quo ad iſtud: & ſi quidem reperit ſe præteritum,rumpit teſtamentũ tanquã ſuus nunc effectus,ad ſimilitudinem caſuum *præcedentium*, & de hoc eſt tex.ubi ponitur exemplũ in l.filius a patre §. filiusfamiliàs, iſto tit. & has quinq; ſpeties poſthumorum ponit glo. ordinaria in d.
19 rub.C.de poſthum.hæredib.inſtit. † Vltra quam addi poteſt ſexta ſpeties uidelicet, quando filius naturalis tantum poſt teſtamentũ a patre factũ legitimatur,ad inſtar illius qui poſt cõditũ teſtamentum adoptatur,ut per Bart.in §. & quid ſi tantũ in l.noſtra,& poſt eũ per Bal.in d.l.filius à patre. & iſte pariterq̃, cum efficiatur ſuus, rumperet teſtamentum, ſi ſit præteritus,ſicut de adoptato, uel ar-
11 rogato dictũ eſt ſuperius. † An uero iſte talis reuocaret donationẽ ex diſpoſitione l.ſi unquam C.de reuocan.dona.uidendum eſt per
12 Modernos in §.poſthumi inſt.de exhær.liber. † Addit Alc. in rub. huius tituli ſeptimo loco poſthumũ dici poſſe, ut qñ quis poſt teſtamentũ factũ ingredit̃ monaſteriũ,quia illud loco filij nunc poſt teſtamentũ nati,uel arrogati habet̃,ut ibi ꝑ eũ. qḋ tñ eſt intelligẽdũ de monaſterio habili ad ſucceſsionem: ſecus uerò ſi de mẽdicãti-
13 bus foret,& ſic de inhabilibus ad ſucceſsionẽ. † Poſſet ẽt aliter di-
14 ſtingui ſpecies poſthumorũ, ut duplicem eſſe dicamus, † quia aut qui naſcit̃ poſt mortẽ teſtatoris,aut qui in uita poſt tñ factũ teſtamẽtũ.& iſta ſecũda ſpecies põt plurib' modis uerificari,ut uel quia naſcitur poſt teſtamentum: uel quia adoptatur, aut arrogatur:

Aut

Aut quia per mortem patris efficitur ſuus auo: aut contra per mortem aui efficitur ſuus patri: aut quia legitimatur: aut ingreditur religionem bonorum capacem, ſemper poſt teſtamentum dicas.

14 † Tertio ſciendum eſt, quòd dupliciter poſthumus poteſt dici ſuus, uel alienus: uno modo dicitur ſuus ratione illius qualitatis, ſeu illius iuris, quod inde prouenit, quia eſt in poteſtate, & in primo gradu, ut in §. 1. inſtit. de hæred. qualit. & differ. & in §. 1. inſtit. de hęredit. quę ab inteſt. defer. & in l. in ſuis, iſto tit. in l. ſi filius qui patri ff. de uulg. & pupill. in l. apud Iulianum §. idem Iulianus ff. ad Trebell. plenè habetur in l. qui ſe patris C. unde lib. ubi aliquando dixi. alienus uerò poſthumus dicitur is, qui hoc ius non habet, ut poſthumus non legitimus, aut poſthumus nepos ex filio ſuperſtite in poteſtate exiſtente. prout etiam in iam natis contingit.

15 † Alio etiam modo poteſt dici poſthumus ſuus, quia natus, ſeu conceptus ex ſe, ſeu ex ſuo corpore ſit, ut filius. alienus uerò, qui ex alio corpore natus, aut procreatus eſt, ut nepos, & cæteri ſimiles.

16 † Igitur pro horum intelligentia, eſt dicendum, quòd quidam poſthumi ſunt ſui utroque reſpectu, & ſic ſui, & ex ſuo corpore nati, ut filij in uentris uxoris legitimæ relicti, qui poſtmodum nati ſunt
17 quidam ſunt poſthumi ſui, † non tamẽ ex ſuo corpore nati; ut ſunt nepotes ex filio præmortuo concepti uiuo adhuc auo, nati tamen poſt illius mortem, uel etiam poſt illius teſtamentum, iuxta ſupra dicta in ſecundo euidentiali: iſte enim ſuus auo dicitur: quia in poteſtate, & in primo gradu eſt, patre de medio ſubducto, ante quam naſcatur: non tamen ex ſuo corpore, quia fuit filius, qui uxorem prægnantem reliquit, cum mortuus fuit, uiuo ſuo patre, & ſic auo: quo demum defuncto, iſte natus fuit. & de iſto poſthumo loquitur Gallus, in prin. iſtius legis. & idem exemplum poni poteſt in eo, qui naſcitur etiam uiuo patre ſuo, qui fuerat ab auo emancipatus ante tamen huius nepotis conceptionem: ſi enim iſte poſt mortem aui naſcitur, ſuus eſt auo: quia pater eſt de poteſtate exemptus, ut habetur in §. & quid ſi tantum, hac eadem lege.

18 † Quidam & tertio loco ſunt poſthumi alieni, & ex alio corpore nati, ut qui ex uxore alicuius extranei naſcitur poſt mortem illius, de cuius ſucceſsione agitur. Item ſi naſcitur poſthumus ex filio meo uiuo, & in poteſtate exiſtente, & poſt mortem meam naſcatur, non eſt auo ſuus, quia pater eum gradu præcedit: eſt igitur alienus illo reſpectu: Item eſt ex alio corpore natus, ſeu conceptus. & ſic poſthumus alienus, & ex alio corpore natus. Item poteſt poni

exemplum in illo nepote poſthumo, qui natus eſt ex filio etiã emã cipato ante conceptionem ipſius: quia & tunc iſte naſcitur in poteſtate ſui patris, qui ſui iuris erat tempore conceptionis, adeo quòd iſte nepos nihil unquam auum nouit, aut tetigit: ideo ei alienus omnino, ut dicit tex. in §. poſthumo inſtit. de leg.

19 Poteſt etiam addi † quarta ſpecies. quia quidam ſunt poſthumi nati ex ſuo corpore, non tamen ſui ſunt, ut ſi quis moriatur muliere pregnante relicta, quę tamen non erat ei uxor: iſte enim poſthumus non poteſt dici ſuus, quia non eſt in poteſtate, ut in §. pen. inſtit. de nupt. & ſic deficit principale requiſitum, ut ſuus dici poſſit d. §. ſui inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. & §. ſui inſtit. de hęred. qualit. & differ.

20 † Quarto principaliter præmittendum eſt, quòd de iure antiquo, ſcilicet tempore legis 12. tab. non licebat alium poſthumum inſtituere, quàm illum, qui tempore, quo fiebat teſtamentum, ſuus erat, & ſic qui, ſi natus tũc fuiſſet, erat in poteſtate, & in primo gradu, ſecundum ſupradicta: alij uerò poſthumi non poterant inſti-
21 tui. † Et licet aliqui intelligant non fuiſſe tunc expreſſe hoc aliqua lege prohibitum, ſed tantum modo quia lex non aſsiſtebat inſtitutioni aliorum poſthumorum, ſecuti glo. in l. *non ambigendum §.* ubicunque ff. de bonor. poſſeſſ. tamen mihi probabilius dicendũ uidetur, quòd immo lex expræſſe reſiſtebat: iſtudque ex duobus iuribus ſatis neceſſariò probari uidetur, uidelicet in §. poſthumo quoque inſtit. de leg. & de bonor. poſſeſſ. in prin. in quorum utroque dicitur ius antiquum in hoc fuiſſe emendatum. quod ſi non ex titiſſet expræſſa iuris antiqui diſpoſitio prohibens tales poſthumos inſtitui, ſed fuiſſet tantummodo illud prætermiſſum, non fuiſſet opus aliqua iuris antiqui emendatione, ſed ſatis fuiſſet illud ſtatuere nouiter: niſi dicas, quòd ſatis dicitur emendari etiam quando ſuppletur in eo, in quo deficiebat ius illud antiquum non diſponẽdo quòd poſthumi de quibus in lege noſtra, inſtituerentur.

Sed quicquid in hoc ſit, hoc uerum eſt, quòd illo iure inſtituebatur ille tantum poſthumus, qui ſuus reperiebatur teſtamenti tempore: & hoc quia aliàs teſtamenta erant in aperta, & manifeſta cauſa nullitatis: quoniam natiuitate illius, ſi ſe præteritum repeririſſet, teſtamentum remanebat nullum: ideo illum inſtitui erat permiſſum. Verum ulterius non proceſsit lex diſponendo etiam de illis poſthumis, qui licet ſui tunc non reperirentur, ſcilicet tempore, quo teſtamentum fiebat, tamen ex poſt in multis caſibus ſui fieri poterant: adeo quòd ipſi uti præteriti rumpebant teſtamenta:

quod

quod fortè caſuum contingentia,& ſic experientia ipſa rerum magiſtra edocuit.
Et iſta erat iniquitas non parua,quòd ius illud antiquum ita ſtrictè procedebat:ut poſthumus ille tantũ inſtitui poterat,qui ſuus erat tempore teſtamenti,alij uerò minime: qui tamen ſui effici poſt poterant, & ideo ut præteriti rumpebant teſtamenta: & ſic uix fieri poterat teſtamentum, quòd ſubſtineri poſsit.
22 † Vnde ad iſtud inconueniens tollendum tendit tota iſta lex, quæ in effectu prouidet,& permittit, ut poſthumi, qui, licet tempore teſtamenti ſui non ſint, ſed alieni,hoc eſt non in primo gradu ſuitatis, poſſunt tamen nanciſci illum primum gradum,& conſequẽter ſui effici,inſtitui poſsint: ne aliàs præteriti rumpant teſtamenta,ut in §.poſthumi inſtit.de exhæredat. liber. & in l. ſi poſthumus
23 tit.noſtro,& in l.poſthumi infra tit. 1.† Et tres hic ponuntur principales diſpoſitiones,quæ in iſta materia emanarunt, uidelicet Galli,de qua in prin.legis. Item Velleij,de qua in §.nũc de lege uelleia, Item Iuliani,de qua in §.ille caſus. & iſti omnes iuriſconſulti materiam iſtam poſthumorum inſtituendorum ampliarunt. haſq; omnes deciſiones ut pote de eadem materia loquentes ſimul hic congeſsit Scæuola ſummæ autoritatis iureconſultus, eas interprætando,& nonnullos,caſus & ipſe per uiam extenſionis addendo.
23 † Et quoniam tex.huius legis horribilis quodammodo reputatur: diuiſio autem non parum ad intelligentiam confert,icciro placet totum hunc cõtextum per ſuas partes diuidere:uidelicet in ſex par
25 tes,in prima ponitur deciſio Galli. † in ſecunda ponuntur quædã ſuppletiones,ſeu extẽſiones ad illam factæ per Scæuolam autorem legis. & hoc magis placet,quam illud,quod glo.& aliqui alij dicebant Scæuolam ibi Gallum reprehendere:non enim reprehendit, ſed potius interprętatur,ac etiam extendit. in tertia ponitur diſpoſitio legis uelleiæ, quæ nonnullos & ipſa in hac materia addidit caſus, in quibus poſthumi non ſui tempore teſtamenti inſtituantur. in quarta ponitur interprætatio Scęuole tam ad primum,quam ad ſecundum caput dictæ legis uelleiæ. in quinta ponitur tertia principalis diſpoſitio in iſta materia ſcilicet,Iuliani.
In ſexta, & ultima ponit ipſe autor Scæuola alium caſum iuxta illum Iuliani. ſecunda ibi quidam recte. tertia ibi nunc de lege uelleia. quarta ibi quid ergo. quinta ibi ille caſus. ſexta ibi quæramus tamen.
Et rurſus quęlibet ex iſtis partibus põt ſubdiuidi in alias particulas, prout quilibet uel mediocriter in iure uerſatus ex ſe ipſo colligere

 poterit

25 poterit. † Redeundo igitur ad primam partem principalem, in qua ponitur deciſio Galli, dico quòd cum iure antiquo ille tantum poſthumus inſtitui poterat, qui eo tempore quo teſtamentū fiebat ſuus erat, prout erat filius, qui tunc erat in uentre uxoris: & iſte dicebatur poſthumus ſuus &c. ſuo corpore natus: item nepos in uentre nurus exiſtens ex filio iam mortuo, uel etiam emancipato: qui dicitur ſuus ex alieno tamen corpore natus, ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt: ex hoc non erat ſatisfactum conſeruationi teſtamenti: quoniam poterat eſſe poſthumus talis, qui licet non reperiretur ſuus tempore teſtamenti, quia fortè pater in poteſtate exiſtens illum in gradu tunc præcedebat: tamen quia poterat euenire, quòd interim pater ipſe póſt factum teſtamentum per auum, ante mortem ipſius aui teſtatoris de medio ſubduceretur, puta quia fortè decederet, ita quòd nepos poſthumus in utero unus exiſtens in primo gradu reperiretur, & ſic efficeretur ſuus auo: unde rumpebat teſtamentum, dum naſcebatur, reperiens ſe præteritum: ideo Gallus Aquilius iureconſultus, qui etiam autor fuit tit. de dolo. item legem Aquiliam, nec non & Aquilianam ſtipulationem ab eo denominata introduxit, uidens iniquum eſſe, ut teſtamenta hoc modo per talem præteritionem euerterentur, lege expræſſe cenſuit, ut quemadmodum lege 12. tab. ſancitum erat poſthumum illum inſtitui poſſe, qui ſuus erat tempore teſtamenti, ita etiam illi inſtitui poſſet, qui erat factus tempore mortis aui teſtatoris, licet non eſſet ſuus tempore conditi teſtamenti: quoniam in eo eadem ratio uerſabatur, quæ in illo, uidelicet ne teſtamentum rumperetur: & ſic ampliauit hoc modo facultatem inſtituendi poſthumum etiam in iſto caſu, ſecundum modum, & formam, de quibus in prin. iſtius legis. † Et

26 aduerte, ut apertiùs intelligatur, in quibus terminis locutus fuerit Gallus, quod quinque neceſſario ſimul concurrere oportet, quę ex ipſo tex. colliguntur: primum eſt, quòd tempore teſtamenti ſit uiuus filius teſtatoris pater ipſius poſthumi: quod in text. probatur, ibi ſi filius meus me uiuo moriatur, &c. Ergo tunc, quando teſtator hoc dicebat, uiuus erat filius: iſtudque etiam ratione manifeſta probatur, quia ſi iam mortuus reperiretur filius teſtatoris tempore teſtamenti, nepos poſthumus ſuus tunc eſſet, & ſic eſſemus in caſu per legem 12. tabul. permiſſo; & non eſſet neceſſaria diſpoſitio Galli. Secundo requiritur, quòd iſte naſcatur poſt mortem ſui patris: quoniam aliàs ſi illo uiuo naſceretur, tunc non eſſet neceſſarium, quòd inſtitueretur pro con-

ſeruatione teſtamenti: quia cum non naſceretur ſuus, non poſſet præteritus rumpere teſtamentum: & conſequenter ceſſaret ratio principalis huius deciſionis. Iſtudq; etiam ex uerbis text. probatur ibi dum dicit, ſi in decem menſibus proximis, quibus filius meus moreretur, natus, fuerit. Tertiò requiritur, quòd naſcatur poſthumus iſte mortuo iam ipſo auo teſtatore, & ſic de poſthumo proprio & uerò loquitur ſecundum ſpetiem primo loco poſitam ſupra in primo præmiſſo. Quòd probatur ibi, tunc ſi quis mihi ex eo nepos, aut neptis poſt mortem meam naſcetur &c. Et ratio fortè fuit: quia Gallus conſiderauit, quòd eo caſu, quo uiuo teſtatore naſceretur poſthumus puta poſt teſtamentum, non neceſſariò rumperetur teſtamentum: quoniam ipſe teſtator, cum uiuus ſit, poteſt prouidere illum inſtituendo & aliud condendo teſtamentum.

Quartò requiritur, ut infra decem menſes à morte filij naſcatur poſthumus, ut in illis uerbis dicitur, ſi infra decem menſibus proximis, &c. Et ratio eſt, quia ultra illud tempus ſuſpitio oriretur,
27 alio nurum fuiſſe cognitam: † nam mulieres à communiter accidentibus non conſueuerunt, ultra illud tempus partum in utero geſtare l. inteſtato §. ult. ff. de ſuis & legit. & in §. ult. in auten. de re-
28 ſtit. & ea quæ parit. † Quintum addo, licet de hoc non explicite in tex. fiat mentio, uidelicet ut iſte nepos poſthumus ſit conce-
29 ptus uiuo auo, licet eo mortuo natus. † Aliàs autem ſi conceptus fuiſſet poſt mortem aui, tunc ei non naſceretur ſuus, ut eſt tex. in l. 1. §. ſi quis proximior ff. unde cognati, & in l. Titius ff. de ſuis, & legit. & §. hac ratione inſtit. de hered. quæ ab inteſtato defer. cũ ſimil. & licet (ut dixi) explicite hoc non dicatur in hoc tex. tamẽ uirtualiter colligitur: quia ſi dicit, quòd pater moriatur uiuo auo teſtatore, ergò eſt neceſſarium præſupponere, quòd prius nepotem poſthumum concepiſſet, & ſic uiuo adhuc auo, quia aliàs nõ poſſet ultra, cum iam mortuus ſit, concipere.

Et iſte eſt primus caſus principalis poſitus in l. iſta, qui fuit Deciſio Galli addentis hoc diſpoſitioni antiqui iuris 12. tabull. in materia poſthumorum inſtituendorum. Scæuola autem autor huius legis caſum iſtum Galli interpretatur, & extendit pluribus modis in §. quidam recte uſque ad §. nunc de lege uelleia unde iſta pars legis à §. quidam recte uſque ad d. §. nunc de lege poſſet diuidi in ſeptem partes, prout tot ponit declarationes ad iſtum caſum Galli, ut per ſe diſpicere quiſque poterit.

30 † Prima ergo declaratio eſt etiam ex ſententia quorundam aliorũ

iuriſcon-

iuriſconſultorum , quòd licèt Gallus loqueretur de inſtitutionē poſthumi expræſſe poſt mortem filij facta, tamen idem ſit, & ſi de morte filij nihil expræſſum ſit : quia ex uerbis illud ſatis percipi po teſt, uult (ut puto) dicere, quòd cum Gallus loquatur de poſthumo inſtituendo, qui ſuus naſcitur, licet ſuus non eſſet tempore te ſtamenti, neceſſariò colligitur eum loqui mortuo filio : quia ſi, illo uiuo, naſceretur, non naſceretur ſuus. Et hæc eſt prima decla ratio Scęuolę. Non autem dicas, quòd hic reprehendatur Gallus de ſuperfluitate : quia talis non eſt intentio iuriſconſuti hic.

31 †Secunda declaratio eſt, quàm ponit in ſeq. §. idem credendum: ubi ponit tres alios caſus ſimiles caſui per Gallum expræſſo : & in eis dicit credendum eſſe Gallum idem ſenſiſſe, & ex iſto modo lo quendi etiam aperte colligitur, quòd Scęuolæ intentio non eſt Gallum reprehendere : ſed eius mentē, & ſenſum exponere, & de clarare, Caſus ergò, qui per Scæuolam hic ponuntur ſunt iſti : Pri mò ſicut Gallus loquebatur de filio & nepote poſthumo, ita etiā ſit in nepote, & pronepote ex eo, ut ſi nepos meus, me uiuo mo reretur, tunc ſi quis mihi ex eo pronepos &c. præſupponendo tamen quòd filius eſſet de medio ſublatus, in cuius locum, & gradū nepos ſucceſſerat : tunc ergò idem dicendum eſt in nepote, & pro nepote poſthumo, ꝙ in filio & nepote dicitur in principio iſtius legis. Secundò idem eſſe dicit in caſu conuerſo, uidelicet quando nepos deceſſerat prius ſuperſtite filio : qui nepos uxorem prægnantem reliquerat : poteſt pronepotem poſthumum in utero tunc exiſtentem ita inſtituere, ſi filius meus, me uiuo morietur, tunc ſi quis pronepos infra decem menſes proximos à morte nepò tis natūs, &c. hęres eſto. Et ſic illud, quòd in filio & nepote: Item quòd in nepote ſupra dictum eſt, procedat etiam in filio & prone pote, ſublato tamen nepote de medio. Tertiò idem eſſe dicit Scę uola & ſi omnes uiui adhuc ſuperſint, ſcilicet filius & nepos, quan do fit per auum teſtamentum : & ipſe nepos prægnantem habebat uxorem : quia pronepos iſte, in uentre relictus poteſt naſci, iam mortuis filio & nepote ipſius teſtatoris, & ſic tunc ſuus factus teſtatori, & ideo tanquàm præteritus rumpere poſſet teſtamentū : ideo poteſt teſtator ipſe & hoc caſu talem pronepotem poſthumum ita inſtituere, ut ſi filius, & nepos uiuo teſtatore moriantur, tunc ſi quis pronepos naſceretur, hæres eſto. Quòd tamen dicit intelligendum eſſe ita, ut nepos teſtatoris decedat ante filium : ne aliàs ipſe, ſi forte non eſſet inſtitutus ſubintrando in locum patris

32 rumperet teſtamentum. † Vnde nota quia iſte text. præſupponit filium

filium ſemper fuiſſe inſtitutum: quia aliàs & ipſe ut præteritus rumpere poſſet teſtamentum. Et ſic potius tractatur de ſubſtitutione quàm de inſtitutione horum poſthumorum in iſta lege.

32 † Tertia principalis declaratio, ſeu extenſio Scæuolæ eſt in §. & quid ſi tantum: nam Gallus loquebatur, quando poſthumus efficitur, & naſcitur ſuus auo iam mortuo, per mortem filij, aut alterius, qui eum in gradu præcedebat: ſed hoc idem dicit Scæuola euenire, etiam ſi pater nepotis, aut pronepotis alio modo exiret de poteſtate teſtatoris puta per emancipationem, aut aquæ & ignis interdictionem: quoniam & iſtis modis nepos aut pronepos poſthumus poſt mortem teſtatoris naſcitur ſuus: ideo eſt eadem ratio, prout quando ille præcedens moritur; unde non pertinent ad legem uelleiam, quæ loquebatur, quando poſthumus ſuus naſcitur uiuo teſtatore, ut infra uidebimus in §. Nunc de lege uelleia. Ex ſententia tamen idem eſſe dicit; cum ſit eadem ratio (ut
33 dixi.) † Quarta declaratio ponitur in §. quid ſi is, in quo magna eſt difficultas circa uerba literę: ſenſus enim eius talis eſt: quòd ſi teſtator filium in hoſtium poteſtate habeat tempore teſtamenti, & domi Nurum ex eo pregnantęm: iſque filius apud hoſtes decedat, ſiue ante mortem ſui patris, ſiue etiam poſt (non eſt in hoc differentia) poſtea naſceretur nepos: qui naſcitur auo ſuus, patre ſic de medio ſublato propter captiuitatem; ideo non curatur, an uiuo teſtatore, uel eo mortuo ille decedat naturaliter, cum iam ſu-
34 ſpenſa ſit patria poteſtas. † Et licet poſt mortem teſtatoris ibi moriatur, tamen per fictionem legis Corneliæ fingitur præambula hora captiuitatis mortuus, quòd ſi ab hoſtibus reuerteretur, omnia ſua iura recuperaret, & per fictionem poſtliminij fingeretur retrò in ciuitate ſemper fuiſſe, ut eſt tex. in §. ſed ſi ab hoſtibus inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſol. Ad propoſitum igitur redeundo, dicit hic Scæuola cur Gallus non induxit, &c. & hinc magis, quã alio in loco uidetur reprehendere illum; ideo ipſe Scæuola dicit hunc caſum non pertinere ad legem uelleiam, quæ loquebatur de poſthumo nato in uita teſtatoris, ut infra uidebimus: Dicit tamẽ propter utilitatem conſeruandorum ſcilicet teſtamentorum, præſertim nunc poſt ipſam legem uelleiam, quæ in multis caſibus prouidit, ne teſtamenta rumperentur, poſthumum iſtum nepotem inſtitui poſſe; immo & generaliter quomodocunquè nepos poſthumus naſceretur ſuus poſt mortem teſtatoris recte inſtitui poſſit, & iſte eſt ſenſus huius tex.

35 † Sed difficultas maxima inſurgit ex quibuſdam uerbis, nam tex. ita legitur

legitur, quid ſi is, qui filium apud hoſtes habebat, teſtaretur, quare non induxit, ut ſi filius antequàm ab hoſtibus rediret, quamuis poſt mortem patris decederet, tunc deinde nepos, uel etiam adhuc illis uiuis poſt mortem ſcilicet aui naſceretur, non rumperet, & cætera, quæ ſequuntur. Difficultas ergò naſcitur, quia tex. loquitur, quando filius teſtatoris eſt apud hoſtes, & ibi decedit, ſiue uiuo patre, ſiue illo mortuo, in hoc non eſt uis: & poſt nepos naſcitur, & iſte eſt unus caſus. Alius caſus eſt, uel quando nepos naſceretur uiuo adhuc filio apud hoſtes poſt mortem tamen aui teſtatoris: quoniam licet ſit uiuus filius, cum tamen ſit apud hoſtes, pro mortuo habetur propter fictionem legis Corneliæ, quæ ſubſecuta poſt modum uerò morte, fingit eum deceſſiſſe præambula hora captiuitatis, ut ſupra dixi, uerùm difficultas naſcitur, quia uerba, ponentia hanc alternatiuam, uidelicet uel quando nepos naſcitur uiuo adhuc filio apud hoſtes, ſunt numeri pluralis, quia dicunt uel etiam adhuc illis uiuis &c. Quomodò ergo procedunt illa uerba, illis uiuis, cum tex. loquatur de ſolo filio uiuo. Item quia ſubijcit tex. ſecundum antiquam, & communem literam, poſt mortem ſcilicet aui, ex quo ſequitur, quòd illa uerba illis uiuis, poſſunt uerificari ſcilicet uiuo auo, & filio: cum ſtatim dicat poſt mortem aui. Ideo gloſ. ibi & Doctores communiter, ut dicit ibi Paul. Caſtren. intelligunt, quòd numerus pluralis ibi ponatur pro ſingulari, & ſic exponatur, illis uiuis, hoc eſt, illo uiuo, ſcilicet filio. Quæ tamen expoſitio ſatis uidetur periculoſa, & uidemur uelle exponere album pro nigro.

Vnde Alc. in lib. 3. Parad. cap. 13. aliter declarat, ut illa uerba, uidelicet illis uiuis, ſtent in eorum propria ſignificatione, & ibi ponatur alius caſus diuerſus à præcedenti, uidelicet quòd teſtator habeat filium & nepotem in hoſtium poteſtatem, & pronepos poſthumus in utero matris exiſtens inſtituatur, & qui naſcatur etiam illis uiuis, hoc eſt filio, & nepote apud hoſtes tamen exiſtentibus, & ſic patre, & auo ipſius poſthumi. Et quia uerba ſubſequentia huic intellectui repugnabant, dum dicunt poſt mortem ſcilicet aui: ergo non poſſumus exponere, illis uiuis, hoc eſt auo & patre, ſi ſtatim ſubijcit, poſt mortem ſcilicet aui: ideo ipſe dicit illum tex. eſſe mendoſum, & illum correxit, ut illud uerbum aui legatur qui. Quòd uitium literæ de facili induci potuit, dempta tantummodo linea porrecta ad iſtud elementum, à quæ facit q. addita linea porrecta. Et ita hodie in neotericis libris legitur, uel etiã adhuc illis uiuis, poſt mortem ſcilicet, qui naſceretur, non rumperet,

peret, poſt mortem ſcilicet, ſubintellige proauo teſtatoris, ut ſic ſit ad caſum Galli: qui locutus eſt de poſthumo nato, mortuo iam teſtatore.

Iſtum intellectum ante Alciat. quòd ſcilicet ille text. ibi intelligatur nouum ponere caſum, uidelicet in pronepote, poſuit Bal. in ido §. Verum iſte intellectus multas patitur difficultates, & inter cęteras iſtam, uidelicet quia in illo text. nulla unquam mentio fit de poſthumo pronepote, ſed ſemper ab initio ſui uſque in finem fit mentio de nepote tantum: & pariter de auo, nullibi autem de proauo. Præterea uult iſte intellectus, quòd iſte caſus de pronepote incipiat ibi in illis uerbis, uel etiam adhuc illis uiuis, & quòd illa uerba illis uiuis intelligantur de filio & nepote, qui ſint capti ab hoſtibus. Iſtud autem ſtare non poteſt, quia illud relatiuum illis refertur ad præcedentes perſonas, de quibus locutus fuerat: ſed in precedenti, ſecundum iſtum intellectum, locutus fuerat tantummodo de filio apud hoſtes exiſtente: ibi autem ſcilicet in dictis uerbis uel etiam adhuc illis uiuis, uolunt iſti quòd incipiat loqui de iſto alio caſu: ergo apparet quòd non recte procedit iſte intellectus. Præterea repugnant etiam uerba immediate ſequentia, uidelicet poſt mortem ſcilicet aui. Et mutare literam, ut dicat qui, non uidetur ſatis bene procedere, & præſertim cum omnes antiqui codices ita legantur, & inter cæteros unus antiquiſsimus manu ſcriptus in pecudine membrana penes me exiſtens ita ſe habet: item ita legitur in pandectis Florentinis Præterea ultra hanc inuerſionem literæ, oportet ſupplere unum uerbum, ſcilicet proaui: ibi dum dicit poſt mortem ſcilicet aui, immutatur uerbum aui, ut dicat qui. Item ſuppletur aliud uerbum loco illius, ſcilicet proaui: de quo tamen uerbo in nulla parte illius tex. mentio habetur. Ita quòd non exponitur ille tex. ſed nouus conficitur.

36 † Quapropter ego aliàs in iſto uerè ſcrupuloſo tex. ita dicebam intelligi poſſe uerba illa, illis uiuis, non ut exponantur hoc eſt illo uiuo: non etiam ut immutetur, & ſuppleatur litera, ſed ut referantur uerba illa ad filios teſtatorum in hoſtium poteſtate exiſtentes, de quibus in præcedenti locutus fuit: & quòd loquatur in numero plurali, habito reſpectu ad pluralitatem caſuum, & ſic prout ad iſtum, uel illum, uel alterum refertur, qui in hoſtium poteſtate reperiuntur, quorum patris teſtantur, & quorum uxores domi pregnantes reperiantur. Et iſtum intellectum puto amaritudinibus carere magis quàm cæteri, tu uerò interim de meliori cogitabis,

gitabis, quando iſte non placeat.
37 † Quintam inſuper addit declarationem Scæuola in §. ſi eius addē do alium caſum, in quo nepos poſthumus inſtitui poteſt, uidelicet ſi pater filium habeat, cuius nurus prægnans apud hoſtes reperiebatur: quæ ibi pariat filium, uiuo patre eius & auo in ciuitate, is que auus priuſquam nepos iſte naſceretur, fecerat teſtamentũ, in quo poſthumum illum nepotem in uentre tunc exiſtentem inſtituerat. & dicas tu ſecundum conſilium Galli, uidelicet ſi filius meus, me uiuo morietur, tunc ſi quis mihi ex eo nepos, &c. ut in principio iſtius legis dicitur. ille ergo nepos apud hoſtes naſcitur patre, & auo uiuis: quibus poſt modum mortuis ab hoſtibus reuerſus in urbem eſt: non eſt dubium inſtitutionem recte procedere, & teſtamentum non poſſe per natiuitatem iſtius poſthumi rumpi. ſed dubium in eo eſt, utrum iſte caſus ad prouiſionem Galli, an uerò ad prouiſionem uelleij pertineat. quod dubium aliter non decidit text. fortaſſe quia hoc nihil refert, ſatis ſit quòd teſtamentum ſuſtinetur.

An modo ex Galli, uel uellei diſpoſitione nihil eſt curandum: ſolum ergo nunc referram cauſas dubitationis: nam uidebatur ad Galli diſpoſitionem caſum hunc potius pertinere, quoniam, quãdo iſte ab hoſtibus reuerſus fuit, quo tempore naſci fingitur, uter que ex parentibus deceſſerat, ſcilicet tam pater, quam auus: & in iſto caſu loquitur deciſio Galli, ut in prin. iſtius legis. contra uerò quòd ad legem uelleiam pertineat, uidetur dicẽdum, quoniam ueritate attenta, iſte natus eſt uiuo patre, atque auo, licet eſſet tunc apud hoſtes: indeciſam tamen rem ipſam dimittit iure conſultus hic, ideo quia nihil hoc refert. ex hoc tamen uidetur ſentire quòd potius ad Gallum, quam ad uelleium pertineat, cum hoc loco caſum hunc ponat, ubi de caſibus ad Gallum pertinentibus loquitur. de caſibus uero ad uelleium pertinentibus loquitur in §. nunc de lege & §§. ſeqq.

Et idem, quod ſupra etiam procedit in nepote, & pronepote: ſi forte, filio iam mortuo, ſit nepos, cuius uxor prægnans apud hoſtes pariat, iſque partus redeat mortuo iam proauo teſtatore, ac etiam tu dic patre ſuo, & ſic nepote teſtatoris. Verum tamen eſt, quòd Alciat. in 3. lib. parad. cap. 15. aliter intelligit, uidelicet in nepote apud hoſtes exiſtente, qui pronepotem iam natum domi habebat, quem proauus faciens teſtamentum hæredem inſtituit: mortuo prius eius filio, & ſic patre nepotis apud hoſtes exiſtẽ

tis

tis : iſquè nepos demum teſtatore mortuo ab hoſtibus reuerſus eſt : dicitur inſtitutionem pronepotis recte procedere, & nepotem nunc ab hoſtibus reuertentem non rumpere teſtamentum : quia iſte nunquam fuit ſuus : nam tempore teſtamenti, item tempore mortis, & tempore additæ hæreditatis ſemper apud hoſtes fuit:nec fictio poſtliminij hoc caſu quicquam poteſt operari, ut ibi per eum. Sed iſte intellectus, poſito quòd ſit in ſe uerus, uidelicet quòd nepos iſte præteritus ab hoſtibus nunc rediens non rumpet teſtamentum, & quod fictio poſtliminij nihil ſibi proficiat, ſuper qua re ego ſubſiſto, & non parum dubito. tamen non uidetur ad mentem tex. ſe ad materiam iſtam pertinere : quia agitur hic de permittenda inſtitutione poſthumi, qui natus ſit poſt teſtamentum factum aut poſt mortem teſtatoris : uel de illo qui nõ erat ſuus alterutro ex his temporibus,licet eſſet natus, ſed poſt factus eſt ſuus:iſte autem pronepos inſtitutus, ſecundum hunc intellectum erat & natus,& ſuus nedum tempore mortis teſtatoris, ſed etiam tempore conditi teſtamenti:unde nulla prorſus erat dubitatio quin illa inſtitutio ualeret, & fieri poſſet, quo uerò ad nepotem, qui apud hoſtes erat,& reuerſus eſt, non permittitur hic, ut inſtituatur,ſed ut prætereatur. unde non puto eſſe a communi intellectu recedendum, ſecundum quem iſte text. cum præcedentibus recte connectitur.

57 † Sexta inſuper ponitur declaratio in §. forſitan, ubi alius additur caſus in iſta materia : pater habet filium iam natum, & nepotem in utero matris exiſtentem,facitque teſtamentum, in quo filium ſibi hæredem inſtituat,uentrem uero prætereat, & dicat,ſi filius meus me uiuo morietur tunc ſi quis mihi pronepos naſcetur, hæres mihi eſto : & ſic inſtituat, pronepotem naſciturum ex nepote in utero adhuc exiſtente & præterito poſtea uerò nepos naſcatur, uiuo adhuc patre ſuo, & etiam teſtatore : iſq; nepos grandior natu factus uxorem ducat, ex qua tandem naſcatur pronepos, mortuo prius patre,& ſic nepote teſtatoris,qui fuerat præteritus, ac etiam poſtea auo,& ſic filio teſtatoris inſtituto : & dicas tu mortuo etiã proauo teſtatore,licet tex. hoc non dicat, tamen neceſſario iſtud eſt præſupponendum, quia uiuo ipſo teſtatore non eſſet de ruptura teſtamenti agendum : dubitari ergo poterat, an iſte pronepos, qui ſic ſuus poſt mortem omnium naſcitur,ſit recte inſtitutus, ita quòd non rumpatur per eum teſtamentum : & ratio dubitationis erat, quia cum pater iſtius pronepotis, & ſic nepos ille, qui tem-

pore teſtamenti erat in utero matris, non fuerat inſtitutus, non ui debatur quòd inſtitutio pronepotis recte poſsit procedere, quaſi teſtamentum nullum ſit.

Sed tamen tex. dicit iſtud minime eſſe expaueſcendum, quia immo inſtitutio recte procedit iuxta diſpoſitionem Galli: cum iſte pro nepos ſuus naſcatur.

Nec quicquam facit, quòd nepos teſtatoris, & ſic pater illius pro nepotis fuerit præteritus: quoniam per hoc non uitiatur teſta mentum, cum ille non ſuus ex quo text. dicit, quòd deceſsit nepos iſte non inſtitutus, uiuo adhuc patre ſuo, qui illum in gradu ſemper præceſsit. Alij quoque intellectus traduntur per Doctores ad iſtum tex. uideatur ibi per eos. Alciat. etiam in 3. lib. parad. ex ca. 17. intelligebat, quod nepos ille in utero matris tempore teſtamēti exiſtens non fuerit omnino præteritus, ſed quòd fuerit inſtitutus, non tamen legitimè: quia, cum pater illum in gradu præcede bat, non erat ut ſuus inſtitutus. & iſte intellectus uidetur uerbis tex. ſatis congruere, quia non dicunt illum non fuiſſe inſtitutum, ſed quòd non recte fuerat inſtitutus, quaſi minus ſolenniter, & non ut conuenit inſtitutus, & ideo non omnino præteritus. & ſic ut etiam ipſe nepos fuerat inſtitutus.

38 † Septima demum, & ultima ponitur declaratio per Scęuolam ad conſilium Galli, quæ quidem eſt generalis ad omnes caſus præcedentes, uidelicet ut in omnibus ſupradictis caſibus filius teſtatoris, qui tempore teſtamenti in poteſtate & in primo gradu reperitur, & ſic ſuus, ſit in aliqua ſaltem parte inſtitutus: ne aliàs præteritus rumperet teſtamentum: exhæredatio autem hic non ſufficit, licet regulariter contrà ſit, quia ſatis eſt, quod ſuus inſtituatur, uel exhæredetur l. inter cætera iſto tit. & inſt. de exher. liber. in prin.

39 cum ſimil. † & rationem aſsignat tex. quia fruſtra poſt mortem ex hæredabitur: nam ſi ita dicatur filius meus me uiuo morietur, exhęres eſto, & tunc ſi quis mihi ex eo nepos, ſiue quæ nepotis &c. non ualet exhæredatio uti poſt mortem concepta, ut eſt tex. in l. ſi ita ſcriptum §. ult. tit. noſtro. & in l. ſuus quoque §. ult. infra de hæredib. inſtit. quod declarat Alciat. in d. lib. 3. parad. cap. 19. eſſe uerū, ſi quidem filius ſuperuiuat, quòd illi non nocebit illa exhæredatio ſic poſt mortem facta, iuribus ſupra allegatis: ſed ſi decedat ipſe filius non erit dicendum exhæredationem inutilem ideo remanere & ſic inſtitutionem poſthumi nepotis, aut pro nepotis, &c. nullam ex hoc fieri, & totum teſtamentum uitiari, ut ibi per eum iſtud autem,

tem, quod ſupra dictum eſt, neceſſe eſſe filium inſtitui, non procedit in eo filio, qui apud hoſtes reperitur, ibique decedit: quoniam, cum non ſit ſuus, nec unquam ſuus efficiatur, non eſt hoc neceſſarium pariter non erit neceſſarium in nepote, aut in pronepote, quorum liberi ſecundum ſupra dicta inſtituerentur hæredes, aut potius ſubſtituerentur: non enim eſt neceſſe, quòd dicti nepotes, aut pronepotes inſtituantur: quia pariter eos procedit in gradu; ideo ſui non ſunt, & ſic præteriti poſſunt. & hæc quo ad diſpoſitionem Galli dicta ſufficiant, & quo ad declarationes Scæuolæ ad illam traditas.

40 † Nunc uerò ſequitur, ut de lege uelleia uideamus de qua in hac lege habetur in §. nunc de lege uelleia: quoniam enim Gallus locutus fuit de poſthumo, qui mortuis patre, & auo naſcebatur, & hoc non omnino erat prouiſum conſeruationi teſtamentorum. quia poterat naſci poſthumus uiuo adhuc auo teſtatore, quo caſu teſtamentum rumpebatur per talem poſthumum, qui non poterat inſtitui: quoniam de iure antiquo, uidelicet ſecundum legem 12 tabul. non erat permiſſum poſthumum illum inſtitui, qui non erat ſuus tempore teſtamenti, ſiue quòd eſſet expræſſe prohibitum, ſiue quòd lex non aſsiſteret: & diſpoſitio Galli non hoc caſu loquebatur: ideo uelleius iureconſultus, a quo fortè ſenatus conſultum uelleianum fuit introductum, & denominatum, huic caſui prouidit expræſſe cauendò, ut etiam poſthumus ille, qui uiuo teſtatore naſceretur, inſtitui poſſet ne aliàs præteritus rumperet teſtamentum; quam legis diſpoſitionem hic pariter poſuit Scæuola autor huius legis, & etiam ſuas interpretationes.

41 † Et nota, quia duo quidem capita habebat iſta lex uelleia: cuius ſenſum hic refert Scæuola in iſto §. nunc de lege, in prin. uerba autem quædam refert in uer. tametſi ita uerba ſint.

Primo igitur capite huius legis uelleiæ, cauebatur de poſthumo nepote inſtituendo, qui ſuus naſcebatur uiuo tamen auo, & ſic in hoc ad differentiam prouiſionis Galli, quæ loquebatur de poſthumo nepote, qui ſuus naſcebatur mortuo tamen auo teſtatore. igitur ſi quis filium habeat ſuperſtitem, & ex eo nepotem nondum tamen naturam, ſed in utero matris exiſtentem: illumque inſtituat: mox filius moriatur, ac deinde poſthumus uiuo adhuc teſtatore naſcatur; dicendum eſt inſtitutionem recte procedere, & ſic poſthumum hunc & hoc caſu inſtitui recte poſſe ex permiſsione legis uelleiæ in hoc primo capite. quod quidem caput duo membra

bra habere poteſt, alterum eſt quando poſthumus nepos etiam tempore teſtamenti ſuus erat quia pater eius filius teſtatoris iam deceſſerat.

Alterum uero membrum eſt, quando tempore teſtamenti poſthumus non erat ſuus, quia pater adhuc ſuperſtes illum in gradu pręcedebat, ſed tempore natiuitatis ſuus erat, quia iam pater mortuus erat ſuperſtite auo teſtatore, ut in uerſi. ut non ſolum. & caue,

42 † quia in fine illius uerſiculi adeſt unum uerbum uitioſe poſitum, uidelicet uerbum naſcatur, quòd legi debet inſtituatur: quoniam ſi uiuo patre intelligimus quòd naſcatur, nihil ad præſentem materiam pertinet, cum ſi uiuo patre naſcitur, non eſt ſuus, & ſic licet præteritus eſſet, non rumperet teſtamentum. & ita reperi, poſt quam hæc ſcripſiſſem, legi in pandectis Haloandri, quia non adeſt ibi illud uerbum naſcatur. Sed ſubauditur repetitum uerbum inſtituatur, quod in præcedenti oratione poſitum erat. ſic enim ibi legitur.

VT NON SOLVM ILLVD PRIMO CAPITE NOTAVERIT, SI NEPOS EO TEMPORE INSTITVATVR, QVO FILIVS NON SIT, VERVM ETIAM SI VIVO PATRE.

Tu ſupple inſtituatur & minor, quòd nemo animaduerterit, præſertim Alciat. qui profitetur ſe leges omnes mendoſas reſtituiſſe ſiue ergo poſthumus ſit ſuus tempore, quo fit teſtamentum, ſiue non illo tempore, ſed tempore, quo naſcitur, pertinet ad iſtud primum caput legis uelleiæ: quia dicit ſcæuola autor huius legis nihil eſſe neceſſarium tempus teſtamenti inſpicere: cum ſatis ſit, obſeruari illud tempus, quo naſcitur, licet uerba legis uelleiæ aliud innuere uidebantur.

43 † Secundum uerò caput legis uelleiæ loquebatur de eo, qui tempore teſtamenti iam natus erat, ſed non erat tunc ſuus, quia alius eum in gradu præcedebat, & ſit inſtitutus, poſt modum ante mortem teſtatoris efficitur ſuus: exemplum ſi filium habes in poteſtate exiſtentem, & nepotem ex eo iam natum inſtituas: deinde filius te uiuo decedat, adeo quòd nepos efficiatur ſuus, non rumpit, licet non eſſet ſuus tempore inſtitutionis factæ: & iſta erat ratio dubitationis. & idem eſt ſi filium, nepotem, & pronepotem habeas, illumque inſtituas, poſtea te uiuo filius & nepos morientur, & ſic pronepos incipit eſſe ſuus, non rumpet teſtamentum ex diſpoſitione huius legis in hoc ſecundo capite:

ſatis enim eſt, quòd ſit inſtitutus, licet non eſſet ſuus tempore factæ inſtitutionis.

Vnde hæc lex in hoc ſecundo capite nō permittit inſtitui aliquem, qui aliàs inſtitui non potuiſſet; quoniā cum loquatur de illo, qui iā natus erat ſatis inſtitui poterat: ſed tantum prohibet, ne rumpat tanquàm poſt teſtamentum ſuus factus: prout hoc expræſsius dicitur in §. ille caſus, ubi etiam iuriſconſultus refert diſpoſitionem huius ſecundi capitis, & ibi Caſtren. declarat. Et illud, quòd ſupra dictum eſt de filio, nepote, & pronepote procedit, ſi modo præcedentes illi in gradu ſint inſtituti, aut exhæredati; quoniam aliàs rumperetur teſtamentum alia ratione. Cauetur igitur hoc poſteriori capite, ut licet tempore mortis teſtatoris efficiatur ſuus ille, qui non erat ſuus tempore teſtamenti, in quo fuit inſtitutus, non tamen ut ſuus factus poteſt rumpere teſtmentum. Licèt Alciat. in lib. 3. Parad. cap. 19. alium ſenſum dederit ad hanc legem uelleiam, qui mihi nullo pacto probabilis eſſe uidetur, uide per teipſum.

44 Iſtud autem † quòd in hoc ſecundo capite per legem uelleiam fuit diſpoſitum, uidelicet quòd ſi quis ex ſuis hæredibus deſinat eſſe ſuus hæres, tunc ſequentes in gradu ſui efficiuntur, & ut ſui ſuccedunt, licet non fuerint ut ſui inſtituti, extenditur, & declaratur per ſcæuolam in §. uidendum, ut procedat non ſolum ſi ſuus præcedens deſinat eſſe ſuus per mortem naturalem, uerùm etiam ſi per mortem ciuilem, puta ſi filius teſtatoris apud hoſtes ſit, nepos autem ex eo inſtituatur, indiſtincte non rumpet: hoc eſt non ſolum ſi filius apud hoſtes exiſtens uiuo patre decedat, quo caſu non dubito, nepotem ſubintrare in eius locum, & effici ſuum, uerùm etiam ſi poſt illius mortem decedat apud hoſtes exiſtens. Quia etiam hoc caſu nepos eſt ſuus tempore mortis teſtatoris: nam cum filius eſt ab hoſtibus captus deſinit eſſe ſuus, quia in hoſtium eſt poteſtate, ideo nepos eius locum ſubintrauit: ſiue quando apud hoſtes moritur, fingitur, quòd præambula hora captiuitatis deceſſerit, propter fictionem legis Cõrneliæ: ideoque fictione iſta mediante nepos factus eſt ſuus uiuo teſtatore licèt poſt inſtitutionem: non tamen rumpit teſtamentum, uetante hac lege uelleia in hoc ſecundo capite.

45 † Vltimo eſt in hac materia caſus Iuliani, qui animaduertens teſtamentum poſſe alio caſu rumpi, qui nec per legem antiquam duodecim tabularum, nec per Gallum, nec per legem uelleiam

in

in primo, nec in ſecundo capite fuerat deciſus: ideo ipſe eūm decidit: & illum hic pariter cumulauit Scæuola. Eſt autem huiuſmodi, ſi pater filium habeat, & ex eo nepotem poſthumum inſtituat, iſque poſthumus naſcatur uiuo ſuo patre, qui poſtea decedat. Iſte enim caſus omni iure fuerat omiſſus, tempore enim legis duodecim tabularum non poterat iſte inſtitui: quia ille iure ille tantum poſthumus inſtituebatur, qui ſuus erat tempore conditi teſtamenti, qualis iſte non erat. Non etiam per prouiſionem Galli: quia illa loquitur de poſthumo illo, qui naſcitur ſuus & poſt mortem tam patris, quàm etiam aui: quæ hic non concurrunt, meritò, &c.

Non etiam ad legem uelleiam in primo capite pertinebat caſus iſte: quoniam loquebatur de eo, qui naſcebatur ſuus uiuo auo, ſiue fuiſſet ſuus tempore teſtamenti ſecundum verba ipſius legis, ſiue etiam tempore natiuitatis tantum ſecundum ſententiam ipſius legis iuxta interpretationem Scæuolæ, iſte autem poſthumus neutro tempore eſt ſuus. Non etiam pertinet ad ſecundum caput, quia illud loquebatur de iam nato tempore teſtamenti: iſte autem erat poſthumus. Item illo capite non permittit inſtitui, ſed vetat rumpi. Remanebat ergo iſte caſus non deciſus, & ſic teſtamentum hoc caſu rumpebatur. Igitur Iuliano placuit legem ſuper hoc condere, ut inſtituere & hunc liceret, ita quòd infirmari ex hoc minime poſſet teſtamentum, & ſicut utiliter iſte poſthumus inſtitui poſſet, licèt nullo iure id eſſet permiſſum. Et participat caſus iſte de utroque capite, & ideo dicit text. duobus quaſi capitibus commixtis: nam de primo capite participat, quia loquitur de non nato tempore teſtamenti: de ſecundo, quia loquitur de eo, qui natus reperitur ante mortem ſui patris: item de eo, qui naſcitur uiuo teſtatore.

46 † Ponit tandem Scæuola unam declarationem etiam ad iſtum caſum Iuliani, uidelicet quia ſecundum hos terminos poſthumus iſte nepos efficitur ſuus, & neceſſarius: uerum ſi emanciparetur, tunc fieret uoluntarius, quia per emancipationem deſinit eſſe ſuus, & ſic ſponte adire poterit, aliàs uerò coactus adire cogebatur. † Sed tamen hodie indiſtinctè & ſic etiam ſine amancipatione poteſt abſtinere propter beneficium prætoris, de quo in §. ſed his permittit præter, inſtit. de hæredi. qualit. & differ. & in l. neceſſarijs ff. de acquir. hæredit. ubi Alex. & alij. Et ex his remanet declarata tota iſta lex tam in tribus iſtis principalibus Deciſionibus

bus uidelicet Galli, legis uelleiæ in primo, & in ſecundo capite, & Iuliani, quàm etiam in additionibus, ſeu declarationibus Scæuolæ: quæ omnes Deciſiones ad conſeruanda teſtamenta, & ad
48 euitandam eorum ruptelam tendunt. † Si uis ergò breuem clauſulam formare, in qua omnes iſti caſus in lege iſta comprehenſi uirtualiter contineantur, ſic dicas in teſtamento. Filium inſtituo, & ſi filius me uiuo morietur, aut aliter deſinet eſſe ſuus, tunc ſi quis mihi poſthumus me mortuo, ſeu etiam uiuo naſcetur, uel etiã ſi naſcatur me & filio meo adhuc uiuis, & filius, me adhuc uiuo morietur aut aliter deſinet etiam mihi eſſe ſuus, illum inſtituo ſeu ſubſtituo: hic enim omnes caſus effectualiter comprehenduntur, excepto ſecundo capite legis uelleiæ: quod loquitur de nepote iã noto: ideoque ut illum etiam caſum comprehendat, ſi dicas, filium inſtituo, & nepotem illi ſubſtitutio. Quo caſu, & ſi nepos poſtea efficiatur ſuus, non poterit ut pręteritus rumpere.

49 † Non leuis eſt difficultas inter Doctores, utrum poſthumus de quo inſtituendo diſpoſuit Gallus in prin. huius legis, debeat dici alienus, an uerò ſuus: & ſic an poſthumus, qui tempore teſtamenti, in quo eſt inſtitutus, non eſt ſuus, ſed tempore quo naſcitur, reperitur factus ſuus, dicatur ſuus an uero alienus. Bart. in prin. huius legis, & etiam in §. ille caſus in 4. opp. appellat illum poſthumum alienum, & idem quoque hæres Caſtren. & Iaſ. & in effectu ita communiter tenent Doctores. & ratio eſt,
50 † Quia ſui dicuntur illi, qui ſunt in poteſtate, & in primo gradu §. ſui inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. & §. ſui inſtit. de hæred. qualit. & differ, qualis iſte non eſt, quia tempore teſtamenti non eſt in primo gradu, cum filius eum præcedit, me-
51 rito, &c. † Præterea de hoc eſt text. expreſſus in l. pen. ff. de leg. 1. ubi expræſſe dicitur per Gallum acquilium inductum fuiſſe (& eius ſententia obtinuit) ut alienus poſthumus inſtitui poſſit: & ſic poſthumus Galli alienus ibi appellatur.

52 † Denique iſtud ratione concludenti probatur: nam ante Gallum non eſt dubium, quòd poſthumus ſuus inſtitui poterat ex permiſſione iuris antiqui legis duodecim tabularum: ſi ergo uolumus intelligere Galli prouiſionem loqui de poſthumo ſuo, certe erit ſuperflua, ſeu ſaltem in caſu non neceſſario: quod tamen nullo modo dici poteſt, & omnes fatentur Gallum in caſu neceſſario ad conſeruationem teſtamentorum fuiſſe locutum: ergo

ergo neceſſe eſt fateri poſthumum, de quo locutus fuit Gallus eſſe alienum, non autem ſuum. Contrarium tamen tenent moderni Hiſpani in d. l. Gallus in prin. uidelicet quòd immo poſthumus de quo locutus eſt Gallus, dici debet ſuus, non autem alie-
53 nus, † & mouetur per tex. qui tribuit occaſionem hanc opinionẽ tenendi, in §. poſthumo, inſtit. de leg. ubi poſtquam imperator dixit, quòd poſthumo alieno innutiliter antea legabatur, declarat quis dicatur alienus poſthumns, & dicit, quòd is eſt, qui natus inter ſuos futurus non eſt. Sed poſthumus, de quo loquitur Gallus, naſcitur ſuus ipſi teſtatori, ergo non eſt alienus. & dicunt, duo ibi requiri, ut poſthumus dicatur alienus, uidelicet quod in aliena familia naſcatur, & ſic quòd alteri ſit ſuus, item quòd non ſit ſuus hęres teſtatoris. Item quia ſi eſt alienus, oportet quòd ſit alterius. ut per eos. Sed iſtæ inductiones Hiſpanorum euitari de facili poſſunt. nam ſi recte illum text. inſpiciamus, non eſt uerum, quò d duo illa requirat, ſed unum tantum, uidelicet quòd non ſit ſuus ipſi teſtatori: nullum autem uerbum: quod ſit neceſſarium, cum eſſe in aliena familia. non etiam obſtat, quòd dicitur, ſi eſt alienus, ergo oportet, quòd ſit alicuius, cuius ergo erit? ſi enim dicimus, eſt teſtatoris: non eſt tunc uerum, quòd *ſit alienus*. ſi uerò dicimus eum eſſe nullius, ergo non eſt alicuius, & ſic non alienus. Dico enim quòd ſufficit eum non eſſe ſuum hoc eſt ipſius teſtatoris: & uerum eſt in iure, quòd ille, qui non eſt mihi ſuus, dicitur mihi alienus: & uerum etiam eſt, quòd eſt interim nullius, ideſt nulli ſuus hæres. aliàs enim ſequeretur, quòd ſi ſit nepos ex filio iam emancipato mortuo, qui nepos ſit natus, & etiam conceptus poſt emancipationem, quòd iſte erit dicendus ſuus auo ex quo non poteſt alterius eſſe: quod tamen non eſt dicendum.

Solum igitur obſtat ille tex. ſecundum ſuperiorem inductionem, dum dicit, quòd poſthumus alienus eſt, qui natus, hoc eſt dum naſcitur, inter ſuos futurus non eſt. poſthumus autem Galli naſcitur ſuus, ergo non eſt alienus, Soc. in l. Gallus reſpondebat reſtringendo text. illum ad ſucceſsionem ab inteſtato, & illo reſpectu uerum eſt, attendendum eſſe tempus natiuitatis, & ille qui naſcitur ſuus, alienus non dicatur. lex autem Galli loquitur in ſucceſsione ex teſtamento, ut ibi per eum. Sed iſta reſponſio non procedit, quia text. in §. poſthumo non patitur hanc reſtrictionem: cum ſimpliciter loquatur: immo uero text. ille potius loquitur de ſucceſsione ex teſtamento: Quia dicit, qui natus inter ſuos

ſuos hæres teſtatoris futurus non eſt.

54 † Ego igitur concludendo dico, ueriſsimum iſtud eſſe quòd Gallus locutus fuit de poſthumo alieno, per tex. expræſſum in d. l. pen. ff. de leg. 1. cui non ſatisfacit reſponſio, ſeu potius cauillatio tradita per Hiſpanos in d. l. Gallus in prin. non refero, uideri enim poteſt, & etiam per alia ſupra allegata per me.

55 † Non obſtat text. in d. §. poſthumo inſtit. de legat. Nam primò poſſem ſic dicere, quòd tex. ille non concludit poſthumum illum, qui ſuus naſcitur, ſuum dici. Licet enim ad dicendum poſthumũ eſſe alienum, ſufficiat eum non naſci ſuum, ut in illo tex. dicitur, tamen non ſic contra ſequitur, quòd ſufficiat, ad hoc ut ſuus dicatur, eum naſci ſuum: & ideo quòd quia poſthumus Gallus ſuus naſcitur, ſuus dici debeat. Ille enim defectus, quòd non naſcatur ſuus, bene ſufficit ad conſtituendum eum alienum, uerùm ſolus eius concurſus non ſic itidem ſufficiet, ad conſtituendum eum ſuum: ut ſi dicamus teſtamentum, in quo non ſunt ſeptem teſtes, non dicitur ſolemne: non tamen ſequitur, ergo illud, in quo adſunt ſeptem teſtes, ſolemne dicetur: quoniam & alia requiſita concurrere oportet, ad hoc ut teſtamentum ſolemne dici poſsit. Quorum ſi quod deficit, non dicetur ſolemne, & ſi ſeptem teſtes ſint, & ſic apparet illum text. non ita neceſſariò concludere.

56 † Aliter etiam tollo difficultatem: quia in materia iſtius prouiſionis factæ per Gallum conſideratur, an iſta qualitas ſuitatis adeſſet tempore conditi teſtamenti, necne: quoniam de iure antiquo poſthumus ille tantum inſtituebatur, qui erat ſuus tempore, quo teſtamentum fiebat: Gallus autem uoluit, quòd etiam ille, qui tunc erat ei alienus, & ſic non erat ei ſuus, poſſet inſtitui: quoniam poterat poſt ſuus fieri, & ita rumpere teſtamentum.

Vnde dico, quòd in hac diſpoſitione Galli conſideratur tempus conditi teſtamenti: & illo tempore uerum eſt, quòd iſte poſthumus eſt alienus, ut dicitur in d. l. pen. ff. de leg. 1. hoc eſt non ſuus. At in d. §. poſthumo inſtit. de leg. conſideratur tempus, quo naſcitur: & non eſt dubium, quòd ſi illo tempore non naſcitur ſuus hæres, hoc eſt in poteſtate, & in primo gradu, dicitur alienus poſthumus: Sed pariter alienus poſthumus dicetur ille, qui tempore teſtamenti non habet hanc eandem qualitatem, quòd ſit in poteſtate & in primo gradu, quando tempore illo conditi teſtamenti hoc diſpiciendum contingit: nec quicquam repugnat

hoc, quòd tempore, quò naſcitur, iſte dicitur poſthumus alienus, cum non naſcatur in primo gradu, cum etiam alienus dici poſsit tempore teſtamenti, ſi quidem illo tempore pariter non eſt in primo gradu. Et de hoc tunc quæri contingit. Neque enim adeo taxatiue locutus fuit tex. ille in d. §. poſthumo, ut nullo alio tèmpore poſthumum alienum dici noluerit, niſi tempore quo naſcitur. Adeo quòd difficultas horum iurium ceſſat, diuerſis temporibus conſideratis, prout diuerſis temporibus loquuntur: qualitas enim illa, per quàm alienus dicitur in d. §. poſthumo, uidelicet quòd non eſt futurus ſuus dum naſcitur, uerum eſt, quòd non cadit in poſthumo Galli: quia naſcitur ſuus, ſublato filio teſtatoris de medio, ut dicitur in l. Gallus, in prin. Et ideo illo tempore ſuus diceretur, non autem alienus, prout etiam in d. §. poſthumo: uerùm quia illamet qualitas, quæ illum reddit alienum, uidelicet quòd non ſit in primo gradu, militat tempore teſtamenti, & ſic tempore, quo poſthumus inſtituitur: meritò alienus pariter illo tempore dicitur: & illud tempus teſtamenti conditi tunc inſpicitur, quia agitur de poteſtate inſtituendi poſthumum, hoc eſt quæritur qui poſthumus inſtitui poſsit, & quando poſsit. Et alienus tunc dicitur: quia filius tunc ſuperſtes eum præcedit, ideo non poteſt dici ſuus, ut etiam erat in d. §. poſthumo. Adeo quòd ſi prudenter hæc iura conſiderentur, non ſolum non facient ad inuicem difficultatem, ſed idem per omnia dicunt, & uolunt.

57 † Dubitatur etiam ualde per Doctores, quæ ſit ratio, quòd ante Gallum inſtitui poſthumus non poterat, qui ſuus tunc non eſſet.

58 † Aliqui dicunt iſtud fuiſſe ratione incertitudinis: ſed non eſt bona, quia immo eſt certa, & deſignata perſona, uidelicet ille, qui in utero eſt. Vnde potius dici poſſet incognita, quàm incerta perſona. Præterea ſi hæc ratio eſſet uera, ſequeretur, quòd etiam poſthumus ſuus non poſſet inſtitui: quia in eo pariter militaret illa ratio.

49 † Alij dicunt, iſtud eſſe ratione ſiniſtræ ſuſpitionis turpis coitus, ſed nec iſta ſubſiſtit: quia non uideo cur magis in poſthumo, quàm in iam nato filio alterius mulieris,& non propriæ uxoris cadat hæc ſiniſtra ſuſpitio, ultra quòd etiã in poſthumo ſuo ex Nuru ſuſcepto poſſet hæc ſuſpitio militare, qui tamen inſtitui poterat, quando ſuus erat, filio prius è medio ſublato.

60 † Ego uerò puto aliter eſſe dicendum, uidelicet quòd non ſit inueſtiganda

ueſtiganda ratio illius diſpoſitionis, quæ nòn eſt, non enim cautum reperiebatur, quòd poſthumus non inſtitueretur, ſed ita de facto euenerat, & uſus, ita ſeruabat, ut non inſtituerentur poſthumi, quos nondum teſtator nouerat, aut uiderat. Verùm poſt neceſsitas conſeruandi teſtamenti reddidit teſtatores aduertentes, ut deberent inſtituere poſthumos illos, qui tunc ſui erant: nec in hoc fuit neceſſaria aliqua correctio iuris: quia nullum erat ius in contrarium. Deinde poſtea experientia docuit, in alijs quoque caſibus neceſſe eſſe ab illo antiquo uſu recedere, ut ſcilicet inſtituerentur etiam poſthumi hi, qui tunc ſui non erant, poterant tamen ex poſt effici ſui. Quod Gallus primum in apertam iuris Deciſionem tradidit: & poſtea alij iuriſconſulti ſucceſsiuè, ut uelleius. Iulianus, & Demum Scæuola, qui fuit autor, & Compilator huius legis. Et hoc procedit ſecundum opinionem illorum, qui ſequuntur glo. in l. non ambigendum §. ubicunque ff. de bonor. poſſeſſ. ſi uerò tenes aliam opinionem, dic quòd fortè erat, quia non uidebatur conueniens, ut ille inſtitueretur, qui nondum erat in rerum natura, & fortè etiam non erat futurus; quia poſſet mulier prægnans abortum facere: in ſuo tamen poſthumo illud admittebatur; propter neceſsitatem euidentem rumpendi teſtamentum, quæ imminebat: uerum illa ratio non erat bona & concludens, ideo ab illa iuris obſeruantia, ſeu Deciſione fuit receſſum poſtea per iſtas aliàs leges.

F I N I S.

Regiſtrum:

A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z, AA, BB, CC, DD, EE, FF, GG, HH, II, KK, LL, MM, NN, OO, PP, QQ, RR, SS, a, b, c, d.

Omnes ſunt duerniones.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE


HI SVNT ADMINISTRA ORII SPIRITVS
HVMILIS SICVT LILIVM GERMINABIT

